cõsideret id ad qõ intellectus ei⁹ tendebat lȝ exprimere
nesciret: mirabili⁹ ⁊ subtili⁹ locutus est q̃s aliq' preceden
tiũ pbox: pp duo. ¶Pri⁹ qz magis accessit ad vã materie
cognitionẽ. Qõ pȝ ex hoc q̃ in illa permixtione rex qñ
nihil erat ab alio discretũ sed oĩa erant pmixta de illa sb
stantia sic permixta quã ponebat rex materiam: nihil po
terat predicari vere. Non enim de ea poterat predicari
aliq̃ spẽs coloris: q: opȝ illã spẽm esse alijs nõ permixtã
sed distinctã. Silr̃ nec de ea poterit aliqd predicari. qa
de quocũqȝ predicat genus necessariũ est de eo predica
ri aliquã spẽm ipsi⁹ generis: sine sit predicatio vniuoca si
ue sit denoiatiua. Sed nulla spẽs coloris nec alicuius ge
neris sine alicuius trãscẽdentis poterit de tali sba vere
p̃dicari ſm eũ q: oportet illã spẽm esse distinctã ab alijs
⁊ impermixtã. Cuius ȝrijs posuit Anaxa. Sȝ cũ hoc sit
de nã materie. ſ. vt nõ habeat de se aliquã formã sed sit
in potẽtia ad eã vt pȝ primo pȳ. ⁊ similiter ipsũ mixtũ
nõ hẽat aliquid actu eorũ que ad cõmixtionẽ eoꝝ cõue/
nunt: sed po⁹ trñ: pȝ q̃ magis accessit ad verã cognitio/
nẽ materie q̃s alij. Unde pp hanc silitudinez materie⁹ ad
mixtũ videt̃ posuisse na⁹ralẽ materie: tãgendo mixtionẽ
illã. Scdo subtili⁹ locut⁹ ẽ ceteris: q: magis accessit ad co
gnitionẽ primi ꝑncipij agentis: dixit. n. oĩa eẽ permixta
preter intellectum. Et hũc dixit solum esse impermixtũ
⁊ purum. ¶Considerandum secundo secundum Doc/
torem Sanctum in presenti parte lectionis ⁊ secũdum
philosophũ hic ⁊ in primo de generatione q̃ aliter ma/
teria prima est in po⁹ ad formam: ⁊ alr̃ mixtũ ad miscibi
lia seu miscibilia ad mixtũ. ¶Nam miscibilia ⁊ si sint i po⁹
in mixto: nõ tñ in po⁹ pure passiua manent in mixto. qõ
pȝ ex hoc q̃ mixtũ bȝ vtutẽ motũ ⁊ opationes corporũ
miscibiliũ: qõ nõ põt dici de hijs que sunt in po⁹ in mã
prima. Est aũt ⁊ alia differentia. q: mixtũ ⁊ si nõ sit actu
aliqõ miscibiliũ: est tñ aliqd actu: qõ nõ põt dici õ mã.
¶Hec ille formaliter. Qualr̃ aũt elinta ⁊ miscibilia remane/
ant in mixto ꝓbatũ est p⁹ pȝ y. quattuor rationib⁹ vbi ma
gis insudandũ erat de opinionibus antiquoꝝ q̃s in ꝓti
libro. probabitur etiam inferius in septimo huius que
stione. 26. articulo quarto.

Ad primuz ergo dicendũ q̃ infinitũ accipit̃
dupliꝛ. Unomõ vt est⁹ passionis
us determinati generis. ſ. quantitatis. Et isto modo mã
nõ est infinita. Aliomõ accipit̃ vt est passio entis in coĩ.
Et hoc dupliꝛ. Unomodo vt se tenet ex parte forme que
. ſ. nec est recepta nec receptibilis. Et tale ifinituȝ est du
plex. Quoddam est infinitum inferius ⁊ non superius.
Sicut intelligentie dicuntur infinite inferius: quia ea/
rum essentie non sunt receptibiles in alio. Et non sunt
infinite superius: quia esse earum suscipitur ab alio in
essentia. Quoddam vero est infinitum ⁊ superius ⁊ in
ferius: sicut ipse deus. Istis autem modis materia non
est infinita. Aliomodo accipitur infinitum secundum q̃
se tenet ex parte materie p̃inationi admixte. Et tale infi
nitum dicit imperfectionem: ⁊ non est de se cognoscibi/
le. Et hoc modo materia dicitur infinita. Quando au/
tem Anaxagoras posuit infinita principia: loquebatur
de infinito primo modo ponendo scilicet illa principia
esse infinita ⁊ secundum multitudinem: ⁊ secundũ ma/
gnitudinem. ¶Hec autem distinctio alicitur ex Doc.
S. in multis locis ⁊ diuersis ⁊ potissime in de poten/
tia questione prima artĩcu. 4. Ubi sic ait. Infinitum dici
tur dupliciter. Unomodo⁹ priuatiue. Et sic dicit̃ infini/
tum quod natum est habere finem ⁊ non habet. Tale
autem infinitum non inuenitur nisi in quantitatibus.
Aliomodo dicitur infinitum negatiue: quod scilicet nõ
habet finem nec aptum natum est habere finem. Sed in
finitum primo modo acceptum: deo conuenire non po/
test. Tum quia deus est absq3 quantitate. Tum quia
omnis p̃inatio imperfectionem designat que longe est
a deo. Infinitum vero negatiue dictum. conuenit deo
q̃tum ad omnia q̃ in ipso sunt. ¶Hec ille. ¶Ad secun/
dum dicendum q̃ aliquid potest dici infinitum genera
tione dupliciter. Unomodo secundum speciem. Et sic
generationes rerum ⁊ res naturales non sunt infinite.
Aliomodo secundum numerum. Et hoc dupliciter. vel
quo ad nos. Et sic bene generationes rerum sunt infini/
te. Uel quo ad naturam. Et hoc dupliciter. Uel actu
vel potentia. Si primum sic non sunt infinite. Si secun
dum hoc est⁹ dupliciter. Uel q̃ talis potentia possit re/
duci in actum ad hoc q̃ sint infinite actu. Et sic etiam
non sunt infinite actu. Uel q̃ in potentia sunt infinite sci
licet q̃ talis potentia possit reduci in actum: vt sint per
successionem infinite stante sẽpiternitate mundi. Et sic
bene res naturales ⁊ earum generationes possunt dici
infinite. ¶Ad tertium dicendum q̃ primum princi/
pium simpliciter scilicet ipse deus est infinitum for//
maliter nec habet principium nec finem. Non tamen
est infinitum multitudine vl̃ magnitudine vt dictũ ẽ.

Lec. 13. ⁊ cõmen. 69

¶Q.6.xj. De opinionib⁹ antiquoꝝ q̄stū ad cāz efficiēte.

Onsiderandum restat de opinionib⁹ antiquoꝝ q̄stū ad cām efficiēte siue principiū effectiuū: ⁊ aliqua ꝑn⁹ occulta. Circa qō q̄rūt tria. ¶ Primo vtrū positio phoꝝ de cā efficiēte ponentiū intellectū: aut amorē: aut aliquid hmōi primum effectiuū sit sufficiēs. ¶ Scōo vtr̄ positio pytagoricoꝝ de principijs sit sufficiens. ¶ Tertio vtrū tantū sit vnuz ꝑncipium entis ⁊ immobile.

¶ Ibi in Doc.S. ⁊ phō. Isti qdē igit̄ ⁊ est in lec.6ª.

a **D primū** sic ꝓcedit. Uidet q̄ pictagoras ⁊ Empedocles ō ꝑn cipio rerum effectiuo sufficienter tractauerint Dicit.n.Doc.S.i de pō⁹.q.9.ar.vltimo q̄ deus nō accipit sciam suā a reb⁹ sz ꝑ suā sciaz causat res. Sicut ergo se hz intellect⁹ practic⁹ artificis ad artificialia ita intellect⁹ dei ad oīa entia creata. Sed intellect⁹ artificis est prim⁹ effectiuū oīum artificialiū. Ergo intellectus diuinus est prim⁹ effectiuū oīum rerū. Et sic vr̄ q̄ positio eoꝝ sit sufficiens qui dicebāt intellectū esse principiū effectiuū oīum rerū. ¶ Ꝑ 2º. In hijs que ab intelligente aguntur forma effectuū a cōceptiōe intellect⁹ derivatur vt dicit Doc.S. vbi supra. Sed oīa entia nālia procedūt a ꝑmo intelligēte qō est suū intelligere vt ꝓbat phūs. 12. huius ⁊ 8. physicoꝝ. Uſ ergo q̄ intellect⁹ sit ꝑmū prim⁹ effectiuū. Et sic idē pō prius. ¶ Ꝑ 3º. De⁹ intelligendo cōcipit verbū: ⁊ est rō oīum intellectoꝝ per ipsum: ⁊ ex hoc vbo ꝓcedit in amorē oīum. Uñ quidā dixerunt q̄ monos monaden genuit: ⁊ in se suū reflectit ardorē: vt dicit Doc.S. vbi supra. Dicit etiā q̄ de⁹ ex hoc q̄ amat seipsū: oīa quodā ordine ꝓducit: ⁊ in seipsū cōuertit. Uidet̄ ergo q̄ positio eorū qui posuerūt amorem esse prim⁹ effectiuū oīuz rez: sit vā. Sed ⁊tra ē phūs in lra dicens. Isti quidē igit̄ sicut dixim⁹ ⁊ vsqz ad hoc duas cās tetigerūt: q̄s in physicis determinauimus: materiāqz ⁊ id vnde motus obscure quidē ⁊ non manifeste: sed qualr in bellis ineruditi faciunt. Et enim illi circūducti bonas plagas faciunt. Ac nec illi ex scia nec isti sunt assimilati scientib⁹ dicere qō dicūt in hijs enim videnr fere vsi nihil nisi parum.

12. Lec.6.

Respondeo dicēdū q̄ posteriores phy: vt dicit Doc.S. in de pō⁹.q.3. ar.5. in corpore sbales formas aliquaten⁹ cōsiderare ceperunt. Nō tñ puenerunt ad cognitionē viuz: sed tota eoꝝ intentio circa formas speciales vſabatur. Et iō posuerunt aliqui aliquas cās agētes: nō tñ que vſr reb⁹ eē cōferunt: sed que ad hāc vel illā formā mām per mutarent sicut intellectū amicicia ⁊ litē: q̄ū actiōes ponebāt in segregando ⁊ cōgregando. Et iō ētiā ſm ipsos nō oīa entia a cā efficiente procedebant: sed mā actioni cause agentis presupponebat. ¶ Posteriores vō phy vt ¶ Plato ⁊ Arx. ⁊ eorū sequaces peruenerunt ad cōsiderationem ipsius eē vlis. Et iō ipsi soli posuerunt aliquā cāz actiuā vlem rerum que oīa illa in eē ꝓduceret vt pz ꝑ Aug^m 9. de ciui. dei hec ille formalr. Uñ ꝓ ampliori noticia ꝓsiderandū est ꝓmo ſm Doc.S. in ꝓñti lcōne ⁊ ſm Albertū magnū in primo hui⁹ tractatu. 3. ca. 9. ⁊ quattuor sequētibus capitulis q̄ Anaxa. qui habuit aliū cōcitē ⁊ patriotā eiusdem opinionis qui cognomiabat ¶ Hermotimus ciuis clarus meni⁹ posuit intellectū ūmixtū ⁊ puruz esse primū prim⁹ effectiuū qui eēt cā totius vniuersi: ⁊ ordinis oīum formaꝝ: qui ēt lumine suo sic se hz ad res nāles sic ars ad mām arti opatiue subiectā. ¶ Ꝑmenides aūt tēptans monstrare gñonē mūdi ostendendo q̄ mūd⁹ ē fact⁹: ⁊ ñ fuit ab eterno: primū oīum prim⁹ posuit amorē deoꝝ dicēs q̄ amor deoꝝ puidebat oib⁹ ⁊ pordiauit vnūqōqz. Et ſm q̄ ꝓposuit ⁊ ordinauit per amoris puidētiā: sic vnūquodqz pduxit in ordine ⁊ tpe suo. ¶ Hesyodus vō dixit oīum prim⁹ fuisse chaos: qō est vacuū spaciuz in quo mūdus factus est. Deinde vō dixit terrā eē factā pectore latā natantē super aq̄s quā dicebat eē factā amore mouente: qui oīa condocet īmortalia que deos appellauit. Ab hys.n. sicut dixit inuidia relata est longe: ⁊ quicqd faciunt ex puidentia faciunt ⁊ a more. Et hunc amorē influūt inuitum rerū sed cōueniēs sue nature. Ipse.n. diffluens amorem dixit amorē esse mutuā quādam virtutem superiora mouentē ad inferiorū puidentiā. Et diuidit hunc amorem indiuinū intellectualē aialem ⁊ naturalē. Hic igitur amor ſm Hesyodū est cā que mouet aīas ad corporū puisionē: ⁊ mouet nāliter totā materiā. Et in hoc amoris vinculo oīa cōnexa sunt ⁊ seinuicē complectunt. Sed q̄ in nā que toti motui ⁊ mutatiōi subiecta est videnr aliq̄ eē cōtraria quia in nā videnr nō solū ordinatū ⁊ bonū sed ēt aliqñ inordinatū ⁊ turpe: nō aūt pōt dici q̄ malū non habeat cām. sed q̄ a casu accidat q̄ bona sunt plura melioribus ⁊ mala sunt plura bonis vt videtur. que aūt sunt a casu sunt vt ī pauciorib⁹. vnde cū ꝓtrariorū sint ꝓprie cause: visuz est aliquibus antiquis physosophis q̄ nō oportet solum ponere amorem cām rerum ex quo puenunt ordinationes ⁊ bona: sed etiam odiuz ex quo pueniūt ī ordinationes ⁊ mala cui causas ꝓprias habeant. Et huius opīonis videt ēt fuisse Empedocles: si quis considerare voluerit siām eius quā dicere voluit ⁊ nō tñ verba que imꝑfecte ⁊ balbuciendo dixt. Ipse enim dixit q̄ amoris est congregare. ⁊ odij est disgregare. Sed q̄ ꝑ congregationē fit rerum ⁊ gñatio que est via ad esse ⁊ bonū per segregationē vō fit corruptio que est via ad non esse ⁊ ad malum: patet q̄ amorem voluit esse causam bonorum ⁊ odium causam malorū. ¶ Considerandū est secundo ꝑ predicti phy mouebantur ad ponendum cām efficientem ꝓter causam materialē ꝓpter hanc rōnē vt dicit hic phūs: q̄ nulla materia vel subiectū transmutat seipsum. Sicut lignum nō transmutat seipsum vt ex eo fiat lectus: nec es vt ex eo fiat statua. Sed oportet q̄ aliquid aliud sit qō sit cā permutationis rez quod est ipse artifex. Sed ponentes cām materialem vnam vel plures: dicebant ex ea sicut ex subiecto fieri generationem ⁊ corruptionem rerum. Ergo opz q̄ sit aliqua alia causa permutationis rez. Et hoc querere est querere aliqd aliud gratia cause vnde principium motus. Ad hāc igit rōnem phy tripliciter se habuerunt. Qz primi phy dicētes vnam causam esse materialem. non multum se grauabant in solutione huius rōnis. quia erant contenti rōne materie penitus causam motus negantes. Secundi vero dicentes omnia vnum eē quasi per predictam rōnem deuicti non valentes peruenire ad assignandū cāz motus negauerunt totaliter motum. Unde dixerunt q̄ totum vniuersum fuit vnum ens ⁊ īmobile: qui fuerūt sonofanes ⁊ permenides ⁊ Melissus: vt infra patebit ī 1º. ¶ Hij enim non naturaliter locuti sunt. Unde cum motū totaliter negarent: frustra quesiuissent causam motus. ¶ Permenides tñ hz poneret omnia esse vnum ſm rationem: ponebat tamen esse plura ſm sensum. Ideo inquantum plura ponebat cōueniebat ei ponere plures causas quarū vna esset mouens ⁊ alia mota qz sicut pluralitatem ſm sensum ponebat. ita etiaz oportebat q̄ poneret motum ſm sensum. Nam ex vno subiecto non potest intelligi pluralitas constituta: nisi. per aliquem modum motus. Tertij vero qui plures esse asserebant substantia rerum consenserunt predicte rationi: ponētes causam motus. Quorum quidem posuerunt causam efficientem vt principium motus tñ ꝓter predictos superius adductos: vt ignem: aerem: aquam: ⁊ terram: Et igne vtebantur. vt habente naturam motiuaz. Aqua vō ⁊ aere ⁊ terra vt habentibus naturam passiuam. Et sic ignis ſm eos erat causa efficiens. Alij vero posuerunt causam efficientem non solum vt principium motus: sz etiam vt principium boni ⁊ mali quod habet rationez cause finalis licet ab eis non ponatur nisi per accidens: vt ſinferius patebit in ſcōo huius. q.3. ar.1. Et mouebant ꝓpter

ꝓpter hoc ꝙ diuerse dispōnes inueniūtur in animalibus que exigunt habere causas: q̄ nō determinātē ad vnum sicut ignis: aer: aqua: ⁊ terra determinate mouentur ad vnū locū. Ille etiā diuer e dispōnes ⁊ vtilitates non fiunt a casu: cum sint vt in pluribus. Igit̄ opz ꝙ sit aliq̄ cā illarū dispositionum ⁊ vtilitatem que habeat rōnem boni. Sed sciendū 3°. ꝙ licet predicti ꝓpter illā bonaz ⁊ veram rōnem mouerent̄ ꝓter causam mālē ponere causam efficientē q̄uis etiam in genere bñ dixerint ꝙ ꝓter cām materialem opz ponere cāz efficiētē: tñ in specia li: male ⁊ insufficiēter de causis nāliū rerū tractanerūt: qz obscure ⁊ ñ manifeste tradiderunt cognitionē illarum causarum. Illō enim exprimebat ad que genera cāz re ducuntur ille cause quas posuerāt sed simules exītes bel latoribus ineruditis qui ab aduersarijs circūducti faci/unt aliquādo bonos ictus nō per artem: sed a casu: quia hoc nō accidit eis semp aut frequenter: sed raro. Ex quo pz ꝙ Anaxa. vtitur intellectu ad mūdi gnātionē i aliquā aliā cām distinguētē oēs alias res nisi intellectū. Empe/docles āt deficit in duob⁹. ¶Primo qz ñ sufficiēter huius modi causas tradidit. Utiē. n. eis quasi dignitatib⁹ per se notis que nō sunt per se nota. Supponebat. n. quasi ꝓ se notum ꝙ lis in determinato tpe dominabat̄ elementis. Alio aūt tpe determinato dñabat̄ amor. Secundo qz in hijs que ꝙquirit nō inuenit̄ id qō ē ab eo suppositū qua si principium scilicet ꝙ amor congreget ⁊ lis disgreget. ¶Patet ergo ex predictis ꝙ positio eoz qui de ꝑn cipio effectiuo locuti sunt est insufficiens.

Ad primum igitur dicendū ꝙ intellectus diuinus qui non differt a deo est cā efficiens prima omnū rerū. Tamē ꝓdicti phy nō ita accipiebant intellectū. Dicebāt enim intellectū perti nere ad deos ⁊ ad corpora celestia que lucē emittebant. ¶Et silr dicēdū est ad scām. ¶Ad tertium dicendū ꝙ amicicia siue amor diuin⁹ qui est idē ꝙ ipse deus est cā oīum rerū. Sed predicti phy nō accipiebant amorē qui est essentialr ipse de⁹: qui dr de⁹ per essentiā de quo cō cludit phus. 12. hui⁹. Jō insufficienter posuerūt amorez esse primū principiū oīum rerū. ¶Unde sciēdū ꝙ ali/quid dr ens diuinū siue de⁹ dupliciter. Uno mō essen/tialiter. Et sic solū est vn⁹ deus. Alio mō participatiue. ⁊ sic sūt plures dij ⁊ plura entia diuina. Unde ꝓpter igno rantiā huius parūcule distinctiōis decepti sunt illi q di cūt ens diuinū esse sām in theologia sm Doc. S. in ꝓ sitiarū: ⁊ non deum vt ipse vult i prima parte. Si. n. ac cipiatur ens diuinū pro eo quod est diuinū per essentiā ⁊ deus pro deo per essentiam: de quibuscunq̄ predi/catur vnum ⁊ reliquum.

Le.6.⁊ 9m.46

¶Ibi in Doc. S. ⁊ phō. Quicūq̄ vō de oīb⁹ ⁊ ē le. 12

a **D secundum** sic procedit. Uꝝ ꝙ pictagorici sufficienter tractauerint de principijs ponētes numeros esse ꝑncipia rerū. Illā totū vniuersum ꝓsistit in determinata ꝓportiōe ⁊ armonia cū sit ꝓducta a sūmo artifice: ꝓportio aūt maxime consistit in nūeroꝝ vt est ꝓportio tripla q̄dripla ⁊c. Uidet ergo ꝙ nume/rus sit ꝑncipiū rerū. ¶Ꝑ 2°. Quecūq̄ sūt principia ꝓ/ris bñt magis rōnē principij q̄ illa que sūt principia po steriorꝝ. Corp⁹ aūt sm nām precedit corpus mobile. er go prin° corp⁹ magis bñt rōnem principij q̄ prim⁹ cor/poris mobilis que sunt q̄ttuor elīta sm antiquos. ¶Dr̄ cipia āt corpis sm ꝙ corpus videnē esse mathematica/lia: inter que potissime numeri collocāt. Ergo idē qō prius. ¶Ꝑ 3°. Secūdū Euclidē in. 7. geometrie ⁊ sm pictagorā in arismetricis vnitas est qua q̄lz res est vna. Sed q̄lz res est vna nā qua ipsa est hoc qō est: videl. er go ꝙ vnitas sit principiū rei. ¶Ꝑ 4°. Ab eodē res hz esse. s. ꝙ sit: ⁊ ꝙ sit vna. Sed res hz ꝙ sit vna ab vnitate: sicut res alba dr alba per albedinē. Ergo res hz esse per vnitatē. Et sic idē qō pri⁹. ¶Ꝑ 5°. Scām phm primo nō differt sm rem a sua vnitate qz ens ⁊ vnū nō dīnt ꝛz rem. Sicut ergo forma est prin^m rex: ita est vnitas for/me. ¶Ꝑ 6°. Illud est primū prin^m qō est principiū ꝓ suā essentiā: ⁊ nō illud cui aliquid aliud ab ipso confert ꝑncipiare. Sed numerus binarius cōfert materie prin cipiare. Si. n. in mā nō poneret̄ aptitudo quedā ipsius forme faciens dualitatē cū ea: mā non principiaret. Uꝝ ergo ꝙ dualitas sit prin^m sine causa rerū. s. vnitas mate/rialis ⁊ vnitas formalis seu aptitudo ipsius materie ad formā. ¶Sed ꝛ est phus in lra dicens. Quicūq̄z vō de oībus entibus faciunt theoriā ⁊c. Et paulopost subdit. Ex quo tñ mō motus in erit finito ⁊ infinito solū suppo sitis ⁊ pari ⁊ impari: nō dicunt a quo possibile sine mo/tu ⁊ transmutatiōe gñonē ⁊ corruptionem esse aut eorū que feruntur opera circa celum.

Respondeo dicendū ꝙ duo fuerunt phō rū gña vt dic̄ Doc. S. hic nā quidam vocabant̄ ꝙnici qui morabant̄ in illa terra que nūc grecia dr. Et hij sumpserunt originē a Thalete. alij fuerunt ytalici in illa ꝑte ytalie que quōdā magna grecia dicebatur que nūc Apulia ⁊ calabria dicitur: que sunt i regno neapolitano. Quorū phorū princeps fuit pycta/goras. Albertus vō in ꝑmo huius tractatu. 4. ca. p° di/cit ꝙ duo fuerunt gña phoz. Quidam enim erant Epy curi qui cōuenieb̄t i hoc ꝙ posuerunt principia rerum esse corpora. Quorū quidam posuerunt causas manife/stas sicut omnes predicti phy: de quibus superi⁹ deter/minatū est ar. 1. Alij vero posuerunt causas immanife/stas: sicut Leucippus ⁊ amicus ei⁹ Democritus. Illij enim posuerunt plenū ⁊ inane siue vacuū esse principia ⁊ elementa rerū quorū plenū est ens: ⁊ vacuum nō ens. Dicebant vlterius vnūscuiusq̄z corporis magnitudinē esse constitutā ex indiuisibilibus corporibus implentib⁹ indiuisibilia spacia: ⁊ ex quibusdam spacijs vacuis ipsis corporib⁹ indiuisibilibus interiacentibus. que poros dicebant esse. Ex quo patet ꝙ non magis ponebant ens q̄z non ens pertinere ad cōstitutionē rei. Illij autem phy conueniebant cū precedentib⁹ in duob⁹. ¶Primo quia ñ cut primi phy posuerunt vnam mām ex qua alia gñant̄ sm diuersas materie passiones que sūt rarū ⁊ densum: que accipiebant vt principia oīum aliarū passionum: ita isti duo dicebant ꝙ ꝑ aliquas differentias illoꝝ corpo/rū idiuisibilū ⁊ poroꝝ diuersa entia cōstituebāt. Qua rum differentiam vnā dicebant esse sm figurā: que attē ditur ex hoc ꝙ aliqd dicitur circulare: aut rectū: aut an/gulatū. Aliā differentiā dicebant esse sm ordinem que ē sm prius ⁊ posterius. Aliam vō differentiam sm posi tionem que est sm ante ⁊ retro dextrum ⁊ sinistruz sur sum ⁊ deorsum. Sic ergo dicebant ꝙ vnū ens dr ab alio figura ordine ⁊ situ dantes exēplum de litteris gre cis quaz vna dr ab alia in figura: differt etiam ordine ⁊ situ: sicut patet etiam de litteris latinis. Secūdo conue/niebant isti cū alijs: qz sicut precedentes causam ex qua motus inest reb⁹: posuerunt: ita ⁊ isti hz ipsa indiuisibilia corpora dicerent esse mobilia. Unde pz ꝙ sicut precedē tes insufficienter tractauerunt de causis rerum: ita ⁊ isti. Quid ergo Epicuri phy d principijs rerū senserūt: huc usq̄z determinatū est. ¶Considerāndum est autem pri mo ꝙ Stoyci oēs cōueniebant in hoc ꝙ principia reruz naturalium dicebant esse incorporea. Inter quos pycta/gorici tāq̄ principes primi in hac secta floruerunt. Ipse enim primi ꝓdixerunt mathematica. vt ea rerū sensibi lium substantias ⁊ principia dicerent. Quos secuti sunt platonici. Et qz inter mathematica numeri sunt priores ideo conati tsūm speculari similitudines rerum natura/lium ⁊ quātū ad esse ⁊ quātū ad fieri magis in numeris q̄z in in sensibilibus elementis adaptantes proprietates rerum sensibilium ad numeroꝝ passiones dicentes ꝙ aliqua passio numeroꝝ est iusticie causa ⁊ aliqua est causa anime ⁊ intellectus. ¶Considerabant etiam pas/siones armoniarum ⁊ earum proportiōes ex natura nu meroꝝ dicentes motum celestium corporū fieri ꝛz quā dam armoniam. Uꝝ sicut armonia fit ex sonoꝝ cōtrario

2.15.⁊ cōm.77

rū ꝓportione.ſ.grauis ⁊ acuti ſoni:ita ponebant pycta/
gorici .q̄ in celo erat vn⁹ mot⁹ in oppoſitā partem alijs
motibus vt fieret armonia. ¶Poſuit enim Anaxa.q̄ de/
cem erant celi:q̄uis nouē eſſent tm̄ apparentes. Appre
hēderunt.n.ſeptē ex motibus planetaꝝ.Octaua aūt ſpe/
ra apprehendit̄ ex motu ſtellaꝝ fixarū. Nona vō ex mo
tu diurno .¶Preter has aūt posuit decimā.q̄ eſſz in ꝓtrariū ſonans.
¶Cōſiderādū eſt ſcōm q̄ lz pyctagorici oēs cōuenirent
in hoc q̄ ponerent numeꝝ eſſe principiū rerū ꝗſi māz
⁊ paſſiones numeri quaſi paſſiones entiū:tm̄ erant tripar
titi. Quidā .n.ponebāt tm̄ vnā ꝓtrarietatē in principijs.
Dicebant.n.prin⁹ numeroꝝ eē par ⁊ impar:q̄ iſte ſunt
p̄me numeroꝝ dſie. ¶Parem quidē numerū dicebat eē
p̄n⁹ infinitatis imparē vō prin⁹ finitatis q̄ infinitū in re
bus:precipue vł ſequi diuiſionē cōtinui. ¶Par aūt nume
rus eſt apt⁹ diuoni. Sed impar ſub ſe cōcludit par addi/
ta vnitate que indiuiſionē cāt. ¶Numeri ēt impares per ordi
nē ſibi additi ſemp retinēt figurā q̄drati. ¶Pares vō nūe
ri:figurā variant. Trinarius nāq̄ additus vnitati que ē
p̄n⁹ numeri facit q̄ternariū qui eſt prim⁹ quadratus.rur
ſus quaternario q̄narius addit⁹ qui eſt ſcōs ipar nouena
riū cōſtituit. Et ſic de alijs. Si vō binari⁹ qui eſt prim⁹
par vnitati addaē :triāgularē cōſtituit numeꝝ.ſ.trinarū.
Cui ſi addaē quaternarius:qui eſt ſcōs par ſeptangulū
ꝓſtituit numeꝝ qui eſt septēnari⁹. Et ſic deinceps nume
ri pares ſibi inuicem additi vnā figurā variant . ¶Dac igi
tur rōne:infinitū attribuūt pari:finitū vō impari. Et q̄
finitū eſt ex pte forme infinitū vō ex pte materie cui cō
petit vis paſſiua:ideo pares numeros dicebāt eē femi/
nas:impares vō maſculos. Et q̄ vnitas lz nō ſit numer⁹
actu eſt tm̄ numerus par ⁊ impar virtute ſicut ex nume/
ro pari ⁊ impari finitū ⁊ infinitum conſtituebant nume
rū:ita ⁊ vnitas. ¶Alij vō phy nō ſolū poſuerūt tm̄ vnā
ꝓtrarietatē eē in principijs ſicut p̄dicti:ſed poſuerunt de
cē cōtrarietates pro principijs .ſ.finitū ⁊ infinitū par ⁊ i
par vnū ⁊ plurale dextrum ⁊ ſiniſtrū maſculū ⁊ femiaz
curuū ⁊ rectū motū ⁊ quietē lucē ⁊ tenebras bonū ⁊ ma
lū quadratum ⁊ altera pte longius. Quadratū autez vt
dicit hic Doc.S. eſt figura cōſtans ex quattuor laterib⁹
equalibus:cuius quattuor anguli ſunt recti:⁊ cōſurgit ta
lis figura ex ductu alicui⁹ linee in ſeipſam:ſed figura al
tera parte longior dſ:cui⁹ oēs anguli ſunt recti : ⁊ latera
viciſſim ſibi oppoſita ſunt equalia oīb⁹. Et cōſurgit ex
ductu duarū lineaꝝ in vnā. Sicut ergo poſuerunt decez
ex vna parte.ſ.de genere maloꝝ ita ⁊ decem ex alia pte
.ſ.de gñe bonoꝝ. ¶Alij aūt phy poſuerunt indetermi/
nate quaſcūq̄z cōtrarietates quaſi a fortuna narrantes p̄n
cipia eſſe rerum :ſicut Alcheneon de Creatomaria ciui/
tate exortus. ¶Cōſiderādū eſt autē tertio q̄ predicta po
ſitio de principijs rex eſt inſufficiens. Qō .pbat phs tri/
bus rōnibus. ¶Prima rō eſt.q̄ pyctagoras non pote
rat aſſignare qūo mot⁹ aduenieb at rebus:q̄ nō ponebat
principia niſi finitū ⁊ infinitū par ⁊ impar: que ponebat
tāq̄ prin⁹ materialia. Sed determinantē de mā ⁊ gñone
⁊ corruptione rex opz determinare de motu . Qūo.n.
poſſibile eſt ſine motu ⁊ tranſmutatione eſſe gñonē ⁊ cor
ruptionē: ergo pyctagoras inſufficienter locut⁹ē. ¶Se
cūda rō eſt. Q̄ pyctagoras poſuit ex numeris conſtitui
magnitudines.ſed ſiue hoc ipſe .pbet ſiue hoc ſibi conce
datur nō poterit ex numeris aſſignare cām :quare que/
dam ſunt grauia ⁊ q̄dā ſunt leuia:q̄ rōnes numeroꝝ nō
magis aptantur corporib⁹ ſenſibilib⁹:q̄s mathematicis q̄
nō ſunt grauia aut leuia. Inſufficienter ergo pyctagorici
tractauerunt de principijs rerum .pretermittētes cauſas
eorum que ſunt propria ſenſibilibus. ¶Tertia rō eſt:
Q̄ nullū eſt principiū eſſentialiter cōſtitutiū alicui⁹ cor
poris:niſi quod incorporatur illi. Si ergo numerus cō/
ſtituat a principio mundi corpora incorruptibilia ⁊ non
ſit alicuius numerus niſi ille:tunc opz q̄ aut ille nume/
rus excorporetur illis ⁊ illa corrūpanē quod ē abſurdū
aut opz q̄ ſit alius numerus quo illa ⁊ iſta corporalia cō
ſtituant. Sed de tali numero non fecerunt mentionez.
Ergo inſufficienter determinauerūt de rerū principijs.

Ad primum igitur dicendū q̄ lz perfectio vniuerſi cōſiſtat i numero:pō
dere ⁊ ordine vt dicit Boecius tm̄ nō propter hoc ſeq̄t
q̄ numerus ſine ꝓportio ſit p̄n⁹ rex lz q̄ ꝓſeq̄t̄ ꝓductio
nē rerū ab agēte p intellectū ⁊ volūtatē. ¶Ad ſcōz dōm
q̄ vnū ⁊ numer⁹ p̄t accipi dupl̄r. Uno⁰ abſolute vt trā
ſcēdētia. Et ſic ſunt prin⁹ rex eſſentialia ſaltē ſm rōnē. Si
vō accipiant vt ſūt ptes quātitatis:ſic nō ſunt p̄n⁹ rex cō
ſtituentia ipſas res ineſſe. ¶Et ſil̄r dicēdū ē de mathe.
Et ſil̄r dōm eſt ad tertiū ⁊ q̄rtū. ¶Ad qntū dōz q̄ vni
tas que ē ō gñe quātitatis dſt real̄r ab ente. Et ſic vnitas
forme dāt real̄r a forma. Si vō accipiat vnū trāſcēdēter
ſic nō dſt vnitas a foīa ⁊ ſic ē ē p̄n⁹ rei: ¶Pyctagorici aūt
ꝓſiderabāt vt mathematicalia ſunt de gñe quātitatis. Et
ſil̄r dicendū eſt ad vltimū. Utrū aūt ſit inchoatio forme
in materia aut qualiter diximus in p⁰ phy⁹ ⁊ clarius vi
debitur inferius in.7.huius.q.17.ar.4.
¶Ibi in Doc S.nam hec ſcia eſt de coīb⁹ entib⁹ ⁊ē.

B tertium ſic ꝓcedit . Uſ̄ q̄ ſit tm̄ vnum ens ⁊ imo
bile. Nā ens eſt vnū ⁊ vnū eſt ens. Et q̄ vnū
cōuertibiliter p̄dicaē de ente ⁊ nihil aliud ab
vno eſt ens accipiēdo ly vnū trāſcendēter. Ergo tm̄ vnū
eſt ens. ¶P̄ 2⁰. Quicqd eſt eſt ens. Ergo quicqd ē: eſt
vnū: ſi ergo nihil aliud ab ente eſt: ſequtur q̄ nihil aliud
erit ab vno. Et ſic tm̄ vnū erit ens. ¶P̄ 3⁰. Quicqd ē in
finitū :ē vnū tm̄ . Sed ens ē infinitum. Ergo ens eſt tm̄
vnū. Maior ꝑbaē. Q̄ ſi eſſent plura entia:aliqd eſſz ex
tra infinitū qō ē impoſſibile. Minor ꝑbaē. Q̄ qō non
hz p̄ncipiū neq̄z finē eſt infinitū. Sed ens nō hz prin⁹ q̄
nō eſt factū. Ex nihilo .n.nihil fit. Ergo ens eſt infinituz
Sed qō ē infinitū .eſt īmobile. Ergo oē ens eſt infinitū
vnū ⁊ immobile. ¶P̄ 4⁰. Quicquid eſt p̄ter ens ſ̄ē nō
ens. Sed non ens eſt nihil. Ergo qcqd eſt p̄ter ens ē ni
hil .ſed ens eſt vnū .Ergo quicquid ē p̄ter vnū ē nihil: er
go tm̄ eſt vnū ens: ⁊ p ꝓns īmobile: q̄ nō hret locū ad
quē poſſz moueri. ¶Sz ꝓ eſt phs h in lra ⁊ i prio phy.
⁊ expimentalis cognitio: ⁊ ꝓtrariū ēt ad ſenſum patet.

Reſpondeo dicēdū q̄ pmenides ⁊ Meliſſus ꝓpter duas rōnes vlti/
mas ante oppoſitū adductas: dicebāt tm̄ vnū eſſe prin⁹
rex ⁊ id īmobile .Uñ negabāt motū ⁊ cauſalitatē. Leno
fanus .n.qui fuit prim⁹ inter dicentes oīa eſſe vnū cuius
diſcipul⁹ fuit pmenides nihil explanauit qua rōne dice/
ret oīa eſſe vnū neq̄z ſumēdo rōnē aliquā ex pte forme
aut ex pte materie. ¶Permenides vō q̄ apparebat ad
ſenſum aliq̄ moueri dicebat illud vnū ens eē īmobile ꝑz
rōnē ⁊ mobile ſm ſenſū volens vtriq̄z ſatiſſacere .ſ. rōi
⁊ ſenſui. Et inquātū poſuit plura ſm ſenſum: poterat po
nere cālitatē in reb⁹ vt clarius dictū eſt in phyſicis .ſ. in
p⁰ phy⁹. Sed q̄ p̄ns poſitio repugnat ſenſui ⁊ reproba
ta eſt in phyſicis:iō breuiter hic de ea trāſeūdū ē. ¶Ex
predictis ergo patet q̄ aliqui p̄dictoꝝ phoꝝ tetigerunt
cām mālē tm̄. Quidā vō cām mālē ⁊ efficientē. Sz nul
li eorū tetigerunt cām formalē ⁊ finalē per ſe ⁊ expſſe.
¶Platonici aūt primo cām formalē tetigerunt: vt in ſe/
quētib⁹ patebit.q.12.ar.1. Et p̄dictis ēt p̄t colligi breuis
recapitulatio de p̄dictis oīb⁹ opinionib⁹. nā phorū q̄
dam poſuerunt rex nāliū prin⁹ eſſe corporalia ⁊ phyſica
ſicut Epycuri. Quidā vō incorporalia ⁊ mathematica:
ſicut Stoyci. Epycurioꝝ aūt qdā poſuerūt vnū prin⁹
tm̄: quidā plura . ¶Donctiū vnū tm̄ quidā poſuerūt illō
eſſe infinitū ⁊ īmmobile ſicut pmenides ⁊ Meliſſus: ⁊
Lenofanes. Quidā poſuerunt illud eſſe mobile. Quoꝝ
qdam poſuerunt aquam ſicut Thales. Quidā aerem ſi
cut Dyogenes. Et quidam ignem: ſicut yppaſſus. Qui
dam aūt mediū inter aquā ⁊ aerē .ſ. vaporē . Sed ponē
tium plura: qdā poſuerunt finita. Quoꝝ qdā poſuerunt
quattuor eſſenta: ſicut Empe. Quidā āt preter q̄ttuor ele
mēta: poſuerūt ītellectū. Alij autem litē ⁊ amicitiā. Alij
amorē

amorē tñ cū quattuor elementis. Quidā vo posuerūt infinita: sicut Anaxagoras ⁊ Leucippus. Stoycorū aūt q dā posuerunt vnā ctrarietatē. Quidā aūt decē. Alij vero indifferenter oēs cōtrarietates dixerunt eē principia rex. Alij vo ydeas ⁊ spēs separatas ⁊ mathematica media.

Ad primum ergo dicendū q hec ꝓpositio tñ est vnū ens: pōt itelligi dupliciter. Unomō fm q ly tñ accipit cathegorematice: vt. s. significat solitudinē. Et sic illa ꝓpō ē falsa. Alio° accipit syncathegorematice: vt. s. excludit predicatū ab omni eo qō est aliud a subo. Et sic illa ꝓpō pōt intelligi tripliciter. Uno° fm ly ens ponit ꝑ sbō: ⁊ ly vnū ꝑ predicato. Et sic est sensus. Tñ ens est vnū. Et sic est vera q: ens est vnū: ⁊ nihil aliud ab ente est vnū. Secdo mō pōt intelligi q ly vnū sit sbm: ⁊ ly ens ꝑdicatū vt sit sensus. Tñ vnū est ens. Hoc aūt pōt intelligi. vel loquēdo de vno qō est de gñe quātitatis. Et sic ipsa est falsa: q: ē sensus. Unū de genere quantitatis est ens: ⁊ nihil aliud ab vno de gñe quātitatis est ens. qō est falsū. Uel loquēdo de vno qō est trāscēdens. Et sic est vā: terminis equalr acceptis. Tertio mō pōt intelligi q hoc totuz ens ⁊ vnū ponatur a parte subiecti: ⁊ hoc vbū est a parte predicati. Et sic est sensus. Tamē ens vnū ē. Et hoc dupliciter. vel exponendo gra pluralitatis sic dicendo. Tñ ens vnū. i. vnū ens est ⁊ nō plura ab vno. Et sic ē falsa: vl' exponē do gratia alietatis sic dicendo. Tñ vnuz ens est. i. vnuz ens est ⁊ nihil aliud ab vno ente est. Et sic terminis eodē mō sumptis: est vā: hoc ē si fiat locutio de eo qō ens simpliciter ⁊ vnū simpliciter: vel de ente fm quid ⁊ ō vno fm quid. ¶Ex quo pz q illa ꝓpō pōt esse vera multipliciter. Sed q: antiqui pbȳ accipiebant vnū de gñe q̄n titatis exponēdo gra plalitatis: vt esset sensus: vt nō sunt plura entia ab vno vt satis ex narratiōe eoz̄dē pz iō fla iudicanda est illa eoz̄ ꝓpō simplr: vt ꝓpositū deserunt.

¶Et per hoc pz solutio ad scōm. ¶Sed sciēdū est fm doc. S. in prima pte. q. 51. ar. 3. ad scōm q differentia ē inter hāc dictionē solū ⁊ hāc dictionē tñ. Illā hec dictio solū ꝓprie loquendo nō ponit ex pte predicati: qō sumitur formalr. Respicit. n. suppositū inquātū excludit aliō suppositū ab eo cui adiungit. Sed hoc aduerbiū tñ cū sit expluſiuū pōt exponi ex parte subiecti ⁊ ex pte predicati. Possum enim dicere tñ sortes currit. i. nullus alius ⁊ hoc ex pte subiecti. Ex pte vo predicati. Sortes tñ currit. i. nihil aliud facit. ¶Itē sciendū est fm ipsū: vbi supra in corpore: q dictio dr cathegorematica que absolute ponit rem significatā circa aliqō suppositū: vt albuz circa hoiem: cū dr. Hō albus. Dictio vo syncathegorematica dr que importat ordinē predicati ad sbm: sicut hec dictio ois ⁊ nullus ⁊ silr hec dictio solus: q: excludit oē aliud suppositū a cōsortio predicati: sicut cū dicim⁹. Solus Sor. scribit: nō datur intelligi q sortes sit solitarius: sed q nullus sit ei cōsor: sin scribendo multis tñ exñtib⁹ cum illo. hec ille. ¶Sciēdū est ēt fm eūdē Doc. S. vbi supra ad vltimū q dictio exclusiua ūmobilitat terminū cui adiungitur vt nō possit fieri descēsus ꝑ aliquo supposito rum. Hō enim sequitur. Solus hō est aīal rōale. Ergo solus Sor. Hec ille ⁊ silr iudiciū est de dictiōib⁹ exclusiuis. ¶Sciēdū est ēt fm eundem Doc. S. vbi supra. q. 4. ad. 3. q dictio exclusiua nō excludit illa que sunt de intellectu termini cui adiungit si non differant fm suppositū: vt pars ⁊ vle. Hec ille. Hō enim sequtur. Tñ sortes est albus. Ergo manus ei⁹ nō est alba: vel ergo hō nō est albus. Aut ergo aīal nō est albū. ¶Ad tertiū dōz q sola rō Melissi non sillogizat. Peccat. n. fm fallaciā ꝓsitis: ⁊ cōmittit fallaciam equocationis: q: hoc nullum ꝓin^m capit pro principio tēporis ⁊ gñon is ⁊ pro ꝓin^o magnitudinis. Item fm assumit: vt pz primo phȳ^e. q: dicit ens infinitū esse ⁊ ūmobile. Dato. n. q ens esset infinitū: adhuc vna pars posset moueri in suo loco sicut ps aque ⁊ in tota aqua: posset ēt moueri motu alterationis. Dicit etiā infinitū esse tñ vnū. Hoc aūt est fm. Dato enim q ens esset infinitum: adhuc possent esse plura entia rōne: sicut subiectū ⁊ accidens ⁊ sicut substātia que diuiditur per plures partes ipsam diffinientes. ¶Ad quartū dicendū q illa ratio ipsius permenidis etiā fm assumit. Primo enim accipit ens dici vno°: cū tamē dicatur multipliciter. Secundo cū dicit. Quicqd est ꝑter ens est non ens si ibi accipiatur ens: vt diuiditur in deuz ⁊ creaturam: sic verum est. Et tunc ista erit falsa. Accūs est ꝑter ens. Si vo ens accipiat ꝑ sba tñ: sic falsa ē. Itē nō sequit ens est vnum ergo est ūmobile: vt satis deducitur primo physicoz̄. q. 3. ar. 1.

¶Questio. 12ª. De opinione Platonis quantuz ad ꝑncipia essendi rerum.

Einde ꝓsiderandū restat de opinione Platonis de substantijs rerum q̄tū ad cām formalem.

d ¶Circa quod duplex occurrit consideratio. ¶Prima est de opinione Platonis de rerum substantijs. ¶Secūda erit de opinione einsdē de principijs rerū. ¶Circa primū querunt. 5. ¶Primo vtrū opinio Platonis de rerum substantijs sit sufficiens. ¶Secūdo vtrū sit necessariuz sit ponere ydeas separatas. ¶Tertio vtrū necessariuz sit ponere ydeas separatas ad cōseruandas gñones ⁊ eē rex vt Plato posuit. ¶Quarto vtrū numeri sint sbe rerum. ¶Quinto vtrū sint ponenda aliq̄ mathematica media inter species ⁊ individua ⁊ separata.

¶Ibi in Doc. S. ⁊ pbō. Qui vo ydeas posuerunt.

B primum sic proceditur. Ulr q opinio Platonis de rerum substantijs sit sufficiens: qua dicebat: rerum substantias esse ydeas: nam quidditas rei dicitur substantia rei vt patet per pbm in. 5. huius ſz species est quidditas: vt ibidem patet. Cum ergo Plato posuerit ydeas esse species videtur q ydee sint substantie rerū. ¶Sz dicebat q plato posuit ydeas esse separatas: ideo positio eius redditur insufficiens. ¶Sed contra Methaphysica abstrahit a singularibus ⁊ a materia fm esse ⁊ fm rōnem: vt concedit pbs in. 6. huius Si ergo ydee sint species separate ad methaphysice scientie considerationem pertinentes: vt Plato voluit: sequtur q non deficiebat in hoc q posuit eas esse separatas. ¶Sed dicebat q Plato posuit ydeas separatas per se existentes in quo deficiebat. ¶Sed contra Natura vniuersalis si consideretur fm suam essentiam: nihil potest de ea verificari nisi quod est de eēntia eius: vt patet per Doc. S. primo perȳer. Natura ergo speciei sic considerata: non est in singularibus nec est in intellectu. Et si queratur: vbi est respondet Albertus magnus q fatua est questio. videt ergo q Plato non deficiebat in hoc q posuit ydeas per se existere. ¶Confirmatur quia omnis substantia est ens per se existens: vt patet in ꝑdicamētis. Sed Plato posuit ydeas esse substantias. Ergo sunt per se existentes. ¶Ꝑ 2°. Illud quod predicatur in quid: est de substantia rei: vt pz. 7. huius. Sed Plato fm pbm concedit q ydee predicantur in quid de singularibus. Ergo idem quod prius ¶Sed contra est pbus in littera dicens. Qui vo ydeas posuerunt primum quidem horum existentium accipere causas querentes alia hijs equalia numero attulerunt vt siquis numerare volens paucioribus quidem existētibus putet non posse: plures vero faciens numeret.

Respondeo dicendum q Plato diuinus singulariter studiosus ad veri

Lect. 6. ⁊ cōmen. 15.

Lectio. 1. ⁊ cōmen. 2.

Lectio. 2.

Lec. 20. ⁊ cōmē. 20.

Lc. 2. ⁊ cōm. 7.

tatis inquisitionē existens vbiq3 terraru3 pb̄os quesiuit vt eorum dogmatata sciret. Unde ꝛ in ytalia3 Tharentū venit: ꝛ ab Archyta Tharentino pytagore discipulo de opinionibus pytagoricis est instructus. Sed cū consuetus esset audire id quod conueniens videbatur cuidā philosopho nomine Cratulo ꝛ opinionibus Eraclliti Ephesini pb̄y eos sequi voluit. Cū ergo ipsi tāquā poste riores pb̄o ponerent oīa sensibilia esse influxu ꝛ ꝙ de eis non posset haberi scientia: ℣Plato idtidem posuit dicens particularium sensibilium esse scientiam relinquēdam. Quinq3 plato etiam videret ꝙ Socrates qui fuit maior eis ꝛ discipulus Archelay qui fuit auditor Anaxagore propter hanc opinionem que tēpore suo surrexit nollit aliquid de rerum natura perscrutari sed solum circa moralia negociari. primo incipiens immorabilibus querere: quid esset vniuersale ꝛ assisteret ad diffinien dum: ipse ℣Plato tamquam eius auditor existens sūscepit hoc ad inqrendum in rebus naturalibus vt. ſ. in eis vniuersale accipiatur de quo diffinitio traderetur ita ꝙ diffinitio non traderetur de aliquo sensibilium sed de vlibus separatis que conueniret omni contento sub diffinito. Uñ posuit vniuersalia separata: q̄ vocabat ydeas ꝛ spēs. ydeas inquātū erant cā essendi: ꝛ spēs inquātum erāt cā cognoscēdi: volēs ꝙ ydea hoīs eēt natura hoīs q̄ si exīs hō per essentiā. Indiuiduū āt dicebat ꝙ eēt hō p participationē: inquātū. ſ. nā spēi in hac nā designata participatur. Uñ qō totalr est aliqd nō pticipat illud. sed ē p essentiā idē illi. Qō vo nō totalr est aliqd: hīs aliqd aliō adiūctū: ꝓpter pticipare dr: sicut si eēt calor p se existēs nō diceretur pticipare calorē: qr nihil eēt in eo nisi calor. Ignis vo quia est aliquid aliud q̄ calor: dr pticipare calorē. Silr vt dicit hic Doc. S. cū ydea separata nihil habeat nisi ipsā nām speciei: est essentialr ipse hō. Et ꝓpter hoc vocat per se hō. Sortes vo vel plato hīt p̄ter nām spēi p̄m indiuiduatiōis qō est mā signata. Et iō dr ſm platonem nām participare. ¶Sed dicēdū est ergo ꝙ p̄dicta positio platonis est insufficiens. Quod probat pb̄s hic vnica ratione. Quia qui querit causas aliquarum rerum debet ipsas res certificare ꝛ non alias res addere ex quarum positione accrescat necessitas inquisitionis. Sed ℣Plato querens causas rerum ad notificandū res sensibiles multiplicauit rerum gratia quod adiunxit difficultatem accipiens quod est difficilius ad manifestationem faciliorīs. Ergo positio eius est insufficiens. ℣Probatio maioris. Sicut numeratio est quedā rerum certificatio quātū ad numerum: ita inquisitio de causis ireruz est certissima quedam mensura ad certificationem rerum. Sed pauciores res numerate: facilius certificant quantum ad earum numerum q̄s plures. quia numerus tanto est certior quanto minor ꝛ propinquior vnitati q̄ est certissima mensura. Ergo pauciores res facilius cognoscuntur quātum ad earum naturaz q̄s plures. Unde qui querit causas rerum notificare: nō debet aliās alias res addere ex quarum positione accrescat necessitas inquisitionis. sed hoc volens facere: stulte mouetur: quia simile est ac si aliquis vellet numerare res aliquas quas putat se non posse numerare ipsis pauciorib̄ existentibus sed vult res numerare multiplicando eas per additionē aliquarum rerum. ℣Probatio minoris. Quia ydee separate quas ℣Plato adiunxit reb9 sunt equales numero aut non pauciores numero rebus sensibilibus de quib9 platonici inquirentes rerum causas determinauerunt procedētes de hīs sensibilib9 ad predictas species siue ydeas. Quod patet ex ratione qua platonici mouebantur ad ponendum ydeas. Quia enim videbant in omnibus vnuocis vnam esse in multis: ideo illud vnum ponebant speciem separatam. Sed circa substantias omnium rerum aliarum ab ydeis: inuenitur vnum in multis per modum vnioce predicationis non solum in sensibilibus q̄ sunt corruptibilia: sed etiam in mathematicis, que sunt sempiterna. Ergo omnibus speciebus rerum sensibiliū ꝛ mathematicarum correspōdet aliqua ydea. Et sic ydee sunt equales numero aut non pauciores rebus sensibilibus. Quarum ydearum vnaqueq3 est quoddam equiuocum cum rebus sensibilibus quia communicant in nomine cum eis: ꝛ non ratione quia ratio Sortis est cum materia: ratio vero hominis ydealis est sine materia.

¶Considerandū est tamen primo ſm Doc. S. ꝙ ydee dicunt eq̄les aut nō pauciores reb9 sensibilib9 qr ydee vel ponuntur solum esse specierum. Et sic erunt equales istis reb9 sensibilib9 si nūerēt hec sensiᵃ ſm diuersas spēs ꝛ nō ſz diuersa indiuidua q̄ sunt infinita. Uel ponuntur ydee non solum specierum: sed etiam generum. Et sic sunt plures ydee q̄s species rerum sensibilium: quia ydee tūc erunt omnes species ꝛ preter has etiam omnia genera. Uel dicunt etiam non pauciores sensibilibᵃ inquātum plato ponebat eas non solum sensibilium. ſz etiam mathematicarum. ¶Considerandum insuper secundo ꝙ plato hoc nomen participationis a pytagoricis accepit sed tantum transmutauit ipsum nomen. ℣Pytagorici enim dicebant numeros esse causas rerum. sicut platonici ydeas. Et dicebant ꝙ huiusmodi entia sensibilia erant quasi quedam ymitationes numerorū. Inquātum enim numeri qui de se non habent positionem accipiebant positionem: corpora causabantur. Sed tamē qr plato posuit ydeas immutabiles ad hoc ꝙ de eis possent esse scientie ꝛ diffinitiones: non conueniebat eiꝰti nomine immutationis sed loco eius vsus est nomine participationis. Uerū tamen licet pytagorici ponerent participationem ꝛ ymitationem nō tamen perscrutati sunt qualiter species cōmunis participatur ab indiuiduis sensibilibus: qō tamen platonici tradiderunt. Et huic sentētie concordat sententia Alberti in primo huius tractatu. 5. ca. 12. ¶Considerandum est tertio ꝙ si quis positionē ydeaꝝ sustinere voluerit: dicere poterit ad maiorem p̄dicte rationis pb̄y concedendo ꝙ querēs certificare res non debet alias res addere. que non sunt principia essendi aut cognoscendi illarum rerum. ℣Potest tamen illas resoluere res vsq3 ad causas ꝛ elementa ipsarum: vt patet per pb̄m primo ꝛ secundo pb̄y. ꝛ. 7. huius. Dicit enim in primo pb̄. Tunc arbitramur cognoscere vnūquodq3 cum causas cognoscimus primas ꝛ principia p̄ma vsq3 ad elementa. Cum ergo ℣Plato posuerit ydeas principia ꝛ causas rerum: non superflue de eis determinauit. ℣Poterit etiam dicere ꝙ rō Ari. vt iacet peccat secundū fallaciā petitiōis p̄incipij qr assumit id qō dz ꝓbare vt inferius clarius manifestabitur in hoc primo ꝛ in. 7. huius. q. 16. ar. 2.

pbᵘ. 7. ꝛ cō. 1.

Ad primum igitur dicēdū ꝙ ydee dicunt species vel forme rerum.

Sed forma alicui9 rei p̄t dici tripliciter. vt dicit Doc. S. in de vitate. q. 3. ar. 1°. in corpore. Uno mō a q̄ forma tur res. Sicut a forma agentis procedit effectus formādo. Et talis forma proprie non potest dici ydea: qr effectus non de necessitate pertingit ad completam rationes forme agentis. cum frequenter deficiant maxime in causis equiuocis. Aliomodo accipitur forma secundū quā aliquid formatur. Sicut anima est forma hominis ꝛ figura statue est forma cupri. Et quāuis talis forma vere dicatur forma partis compositi. non tamen ei conuenit dici eius ydea. quia hoc nomen ydea videtur significare formam separatā ab eo cui9 ē ydea. Tertio modo dr forma alicui9 de quo aliqd format. Et hoc est forma exemplaris: ad cui9 silitudinē aliqd cōstituit. Et in hac significatiōe ꝓsuetū ē nomē ydee accipi vt idem sit ydea quod forma. Hec ille. Cum ergo talis forma lz sit spēs ꝛ species sit idem ꝙ similitudo rei: nō tñ est species p̄dicabil de indiuiduis vnioce. nec est extra singularia ſm ee existentie vt platonici posuerunt sicut pb̄us asserit. Igitur ydee nō dicūt sbe rez. licet nature specifice non qdē ſm ee qō habent in mēte artificis sed in singularibus sint sb̄stantie ꝛ quidditates rerum. ¶Ad scd̄m dicēdū ꝙ plato nō posuit ydeas ad saluandū methaphysicalia sed ad hoc ꝙ de rebus materialibus ꝛ variabilibus posset ee scientia

scientia ⁊ diffinitiovt infra patebit. Et ideo licet metha physicalia sint abstracta ꝟm esse ⁊ ꝟm rōnem a materia vt supra expositum est.q.8.ar.5.tamen nō ꝓpter hoc opz ponere ydeas separatas extra omnia singularia ⁊ extra oēm intellectū per se existentes. ¶Ad 3m dicendum ꝙ si ꝑplato intellexit sicut multi doctores affirmant ꝙ ydee sunt per se exītes in mente sūmi artificis.ſ. dei: sic verū est ꝙ sunt entia per essentiā sicut ⁊ ipse deus. Sed si intellexit ꝙ sunt forme separate per se exītes ⁊ entia p essentiam extra intellectū diuinū angelicū ⁊ humanum: sic nō bene dixit. ¶Ad 4m dicendū ꝙ si plato intellexit ꝙ nature rex sint spēs vt pie credendū est ꝟm se considerate ꝟm abstractionem ⁊ a singularibus ⁊ ab intellectu: verū dixit ꝙ vt sic nō sunt intellectu nec in singularibus qō aliqui doctores de difficili credere volunt. Sed si intellexit ꝟm ꝙ pbs ⁊ Doc.S. volūt.ſ.ꝙ ꝟm esse existentie existant in rerū natura extra singularia ⁊ extra intellectuz diuinū: sic inter omnes pbos antiquos fatuissime locutus est plato: quod quidam doctores de difficili credere voluerunt. ¶Et ad confirmationē dicit ꝙ aliquid dicitur per se existere dupliciter. Uno⁰ qz non existit p accidens.ſ.ad existentiam alicuius alterius generis. Et sic quelibet substantia per se existit: accidens autem per aliō scz per substantiā. Alio⁰ aliquid dicitur per se existere: quia non per alterū eiusdem generis. Et sic secūde substantie ⁊ similiter ydee non dicunt̄ per se existere. ¶Ad 5m dicendū ꝙ si plato non poneret ipsas ydeas esse naturas ꝑificas ⁊ existere extra singularia: argumentū haberet locum. Sed quia posuit eas separatas vt dicit philosophus: ideo non opz̄tet ꝙ sint substantie rerū formaliter. ¶Unde sciendū est ꝟm Doc.S. ī de veritate vbi supra ꝙ epicurij ponebant omnia a casu accidere. Ideo non poterant ydeam ponere: quia id qō fit vel qō imitatur aliquam formam a casu nō dicitur fieri ad illam formaz que ꝓprie dicitur ydea vt dictuz est. Sed hec opinio est falsa ⁊ a philosophis reꝓbata: quia que sunt a casu: non se habent nisi vt in pauciorib⁹ eodem modo. Sed cursus nature semper eodem modo ꝓgredit̄ aut vt in pluribus. Empedocles vero ⁊ sui sequaces qui posuerunt omnia accidere ex necessitate nature ⁊ non p arbitrium volūtatis: nō potuerunt ydeas ponere: quia id qō fit ad imitationem alterius qō non cōstituit sibi finē: non dicitur exemplatum alterius: sicut non dicim⁹ ꝙ forma hominis generantis sit exemplū siue ydea hominis generati. Sed solū hoc dicimus quando agens ꝓpter finem determinat sibi finem: sicut dicimus formam artis in mente artificis esse exemplar artificiati. ¶Sed etiam eoz̄ motiuū est falsum. Quia si omne agēs ageret ex necessitate nature ⁊ non determinaret sibi finem: sequeret̄ ꝙ deus non determinaret sibi finem: sed determinaret̄ sibi ab alio. Et sic deus non esset ꝓma causa oīum rerū qō est cōtra philosophos ⁊ omnes ꝑytagoricos. ꝑplato igitur volens effugere epicurioz opinionem qui ponebant omnia a casu accidere ⁊ opinionem Empedoclis ⁊ aliorum qui ponebant omnia de necessitate nature accidere: misus est ponere ydeas. Et esset bonum motiuuz ei⁹ si nō poneret eas eē extra mentē ꝓmi artificis.ſ. dei. ¶Ibi in Doc.S. ⁊ pbo. Amplius aūt ꝟm qs modos.

a **Secundum** sic ꝓcedit̄. Uidetur ꝙ sint ponende ydee separate a singularibus ad saluandum rex scientias. Nam omne agens per intellectum: habet rationez sui operis apud se: nisi ignoret qd agat. Sed hō est agens per intellectū ⁊ non semper ignorat quid agat. Ergo apud homines sunt rationes rerum quas ydeas vocamus. Igit̄ necessariū est ponere ydeas. ¶Ꝑ.2⁰. Duplex est modus cognoscendi rem.ſ. p essentiam ⁊ per similitudinē vt dicit Doc.S. in de veritate. q.10.ar.8. Sed homo non soluz cognoscit rem per essentiam: quia sic solum cognoscunt̄ illa que sunt in cognoscente per sui ꝓsentiam: sed etiam cognoscit res per earum similitudinem cum scientiam habeat de rebus. Igit̄ idē qō ꝓius. ¶Ꝑ.3⁰. Tres cause coincidunt in vnam vt ꝓz 2⁰ phy⁹.ſ. forma efficiens ⁊ finis. Sed homo est efficiēs aliquaꝝ rerum. Ergo est etiam causa formalis. ꝑNon aūt informās. Ergo exemplaris. ¶Ꝑ.4⁰. Boetius dicit.3. de consolatione loquens ad deū. Tu cuncta superno ducis ab exemplo mundū mente gerens pulchrū pulcherrimus ipse. Ergo mūdi ⁊ omnū que in mundo sunt exemplū est in deo ⁊ per consequens etiaz ydea. ¶Ꝑ.5⁰. Scientie sunt necessarioꝝ ⁊ incorruptibiliū vt ꝓz ꝓmo posterioꝝ. Sed singularia sunt corruptibilia. Ergo vniuersalium ⁊ nō singulariū est scientia. Sed vniuersaliuz ꝟm ꝙ sunt in singularib⁹ non est scia: cū illud qō in singulari sit etiā singulare: qz qcquid recipit̄ in aliquo recipit̄ ad modū recipiētis. ¶Relinquitur ergo ꝙ vlium sepatoꝝ extra singularia exītium sit scia. Que vlia ꝑplato ydeas appellat. ¶Ꝑ.6⁰. Quidditates ⁊ diffinitiones non sunt singulariū vt ꝓcedit pbs.7⁰. hui⁹ ⁊ p⁰ posterioꝝ. Ergo ad saluandā demōstratōem necesse est ponere vlia separata quoꝝ sunt diffinitōes. Et sic idē qō ꝓi⁹. ¶Ꝑ.7⁰. Ars unitat̄ nām: vt dī 2⁰ phy⁹. Sed artifex ī agendo respicit exēplar separatū ab artificiato. Ergo nā in agēdo ꝑsupponit exēplar. ¶Ꝑ.8⁰. Effect⁹ pticularis nō ꝓducit̄ a causa vlī nisi cā vlis fit ꝓpria vel appꝛopꝛiata. Sz oēs pticulares effect⁹ sūt a deo q est cā vlis oīuz. Ergo opz ꝙ sint ab eo ꝟm ꝙ est cā ꝓpria vniuscuiusqz effect⁹ vel appꝛopꝛiata. Sz hoc nō pōt nisi p rōnes rex ꝓprias in ipo existentes. Ergo opz ī eo rōnes rex.i. ydeas existere. ¶Ꝑ 9⁰. Aug⁹. dicit in de ci.dei ca⁰. Qui negat ydeas eē infidelis ē: qz negat filiū esse. Ergo ⁊c̄. ¶Sed ꝯ est pbs in lra dicens. Amplius aūt ꝟm quos modos oſidim⁹: qz sunt spēs ꝟm nullū intellectū videntē hoꝝ. Ex quibusdaz enim nō est necesse fieri syllogismū. Ex quibusdā vo: sz nō quoꝝ putam⁹: hoꝝ aūt spēs.

Sed sunt accidētia necessario ꝙsequentia res sensibiles. ¶Sexta ratio phy. Impossibile est assignare distincta ꝑncipia his quibus solū nomē cōe est: nisi existētibus ab inuicem diuersis: q; illa que solo noīe conueniūt et ratione differūt non possunt habere ꝑncipia cōia: cum cuiuslibet rei ratio ex suis ꝑncipijs sumatur. Sed ens multipl̄r dr de substātia et accidēte: et nō vniuoce. Igitur incōueniēter Plato assignauit ꝑncipia existentiū nō diuidēdo entia abinuicem. ¶Nec valet dicere q; aliquis posset aliqb⁹ ratione differentib⁹ quox nomen est cōmune assignare ꝑncipia singulis ꝑncipia ꝓpria coaptādo sine hoc q; multiplicitatez noīs cōis distingueret. Sed Plato hoc non fecit. Non.n. adaptabat singulis ꝑncipia ꝓpria: sed solū de ꝑncipijs substantie tractauit et nō de ꝑncipijs accidētiuz. Non.n. sufficit tractare de ꝑncipijs substantie: q; ēt accidētia hñt ꝓpria ꝑncipia. Nec sunt oībus modis oīuz generū eadez ꝑn̄a: vt ꝓbabit in.12.hui⁹.q.4.ar.1. ¶Ad hanc rationē diceret disputator q; determinādo de causis rex in genere: nō opz determinare de singulis causis omniuz rex. Unde ex hoc positio Platonis non reddit improbabilis.

Ad primuz argm ergo dicendū sicut dictum est in obiectione admittendo solutionez ad primā replicā. ¶Ad scōam replicā dicendū q; iz methaphisicalia sint sepata ſm esse r rōnem a mā: q; eis nō repugnat eē sine mā: nō tn opz ponere formas rex nālium que hñt esse in mā esse sepatas ſm esse. Un Plato insufficiēter posuit ydeas esse formas rex. ¶Ad scōm dicendū q; iz eadē sint ꝑncipia essendi r cognoscēdi: nō tn ecōtra: vt pz p Doc. S. in de vitate. q.3.ar°.3. ad.7m. Ubi sic ait. Pro tanto dicunt eadem esse essendi et cognoscēdi ꝑncipia: q; quecūq; sunt ꝑncipia essendi ēt sunt ꝑncipia cognoscēdi: nō tn ecōuerso: cum effectus sint interdū ꝑncipia cognoscēdi causas. Unde nihil ꝓhibet formas intellectus speculatiui esse tn ꝑncipia cognoscendi: formas aūt intellectus practici esse ꝑncipia essendi et cognoscendi simul. Nec ille. Unde hoc argumētuz peccat ſm fallaciam cōsequentis arguendo a positione ꝑntis ad positionem antecedentis.

¶Ibi in Doc. S. et phō. Quō aūt aliquis dicet.

a **Dsecundum** sic ꝓcedit. Uidetur q; Platonis positio de ꝑncipijs rex cognoscēdi sit sufficiens. Quaz ānto res magis accedit ad īmālitatem que est natura cognoscentis inātum hmōi: tanto efficacius cognoscere facit: vt dicit Doc. S. in de vitate q.3.ar.p°.ad.3m. Sed Plato posuit ydeas īmāles sepatas a sensibilib⁹ que mālia sunt et nō scibilia. Igit videt cautum posuisse ydeas esse ꝑn̄a scie. ¶Ꝑ 2°. Omne qō est necessariuz est incoꝛruptibile. Cuz ergo scīa sit incoꝛruptibilium: scīa erit necessariox. Sed necessariuz singularitati repugnat cum singularia sint coꝛruptibilia. Ergo scīa est vliuum. Non aūt vt sunt in singularib⁹: q; sic sunt singularia. Ergo ſm q; sunt extra singularia que vlia dr ydee ſm Platonez. Igit idem qō ꝓius. ¶Ꝑ 3°. Ad speciem que est medium cognoscendi requiritur repꝛesentatio rei cognite et esse spirituale: vt dic Doc. S. vbi supra.ad.2m. Cum ergo ydee ſm Platonem ponuntur extra singularia: sic magis inducunt in cognitioez q; ſm esse qō hñt in singularibus. ¶Ꝑ 4°. Ydea est sitūdo rei. Sed non possum⁹ cognoscere nisi per similitudinem .s. per spēm intelligibilem. Non ergo possumus cognoscere nisi per ydeas. Et sic necessariuz fuit ponere ydeas esse ꝑn̄m scīe et cognitionis in nobis. ¶Sed ꝫ est phūs in lra dicens. Quō aūt aliquis dicet oīuz elemēta. Sala enīz q; nō est possibile ꝑexistere cognoscentē rē.

Respondeo dicendū q; Plato insufficienter posuit ydeas esse ꝑn̄m scīe in nobis. Quod ꝓbat phūs q̄ttuoꝛ rōnib⁹. ¶Prima ratio est talis. Si ex ipsis ydeis scīe in nobis causant: non ꝓtingeret aliquē adiscere. Sed ꝓns est falsum. Ergo et añs. Probatio ꝓsequētie. Nullus.n. cognoscit qō adiscē debet: sicut geometer r si cognoscit aliqua que sunt necessaria ad demonstrandū: tn ea que dz adiscere non cognoscit. Et sic in alijs scientijs. Sed si ydee sūt cause scīe in nobis opz q; oīuz habeam⁹ scīam: q; ydee sunt rōnes oīum scibilium. Ergo non possum⁹ aliqd aliud adiscere nisi dicatur aliqs adiscere id qō prius nouit. ¶Ad hanc rationē diceret disputato: q; iz ydee sint rōnes oīuz scibilium: nō tn opz q; habeam⁹ oīuz scīam: q; nō oīuz rerū ydeas cognoscim⁹ sicut nō cognoscim⁹ ꝑncipia ꝓpria et essentialia oīuz rex: sed acgrim⁹ cognitionē eoꝛ per studium et exercituz virtute luminis intellectus et virtute magistri docētis. ¶Scōa ratio phy: Si ydee essent eāe nostre scīe in nobis: oporteret nostrā sciam nobis cōālē esse q; sensibilia per hoc nām ipsaz sepatam adipiscunt: q; ydeas pticipāt ſm Platonicos. Sed cognitionis nālis que est potissima cognitio nō possumus obliuisci: sic̄ pz de cognitione primoꝛ ꝑncipioꝛ que nullus ignorat. Ergo nullo⁹ possumus obliuisci scīaz in nobis p ydeas acquisitaz sive causataz. Qō est ꝓtra Platonez qui dixit q; aīa ex vnione eius ad coꝛpus obliuiscit scīe quam nāl̄r habuit de oībus: et postea per disciplinaz adiscit hō id qō pri⁹ nouit: q̄si adiscere nihil aliō sit nisi reminisci. ¶Ad hanc rationē diceret disputato: q; scīaz esse nobis cōnālem pōt intelligi dupl̄r sive tripl̄r. Uno⁹ q; est ſm nām. Et sic scīa est nobis cōnaturalis. Alio⁹ dicit nālis: q; est a natura. Et hoc dupl̄r. Uno⁹ pfecte. Et sic scīe nō sunt nobis cōnāles. Alio⁹ habitual̄: et in virtute sic̄ effectus sunt in suis causis ꝓpriis et proximis. Et sic Plato posuit omnes scīas esse nobis cōnāles. Adiscere aūt nihil aliud est q̄ disciplinaz prius habitam ſm esse impfectum accipere ſm esse cōpletum et pfectū. Prima enīz ꝑn̄a sunt nobis nāl̄: nota ex quib⁹ possunt deduci omnes ꝓclusiones mediante lumine intellectus agentis. ¶Tertia ratio phy. Ad rex cognitionē requirit nō solū forma: sed etiā ꝑncipia mālia: ex quibus res cōponunt. Sed ydeis nō possunt cognosci nisi ꝑncipia formalia rerū: q; ydee sunt forme rex. Ergo ydee nō sunt sufficiētes cause cognitionis rex mālibus ꝑncipijs existentibus ignotis. Assumptum pbat per exemplum: Qz de hac littera Syllaquidam dubitant: vtrum sit composita ex quattuo: lris .s. S. y. m. a. Aut sit vna lra ꝑter ꝓdictas hñs ꝓpriū solum. Contingit ergo dubitationem esse de ꝑncipijs materialibus rex. Unde talia ꝑn̄a requirunt ad cognitionez rex. ¶Ad hanc rōnez diceret disputator q; ydea est forma totius ſm Platonez. Forma aūt totius rex sensibilium includit materiaz et formā partis. Unde diffinitiones rex mālium includunt mām et formā: vt pz p Doc. S. in.2°. phy[x]. et per phm ibidem: et in.10. huius. Un ista tertia ratio videtur supponere falsum. ¶Quarta ratio phy. Si per ydeas sufficiēter in nobis causarent scīez sequeret q; aliquis nō hñs aliquē sensuz posset cognoscē sensibilia illius sensus. Qō pz esse falsum. Maz cecus natus nō pōt habere scīam de coloꝛibus. Pz tn ꝓña: quia ad cognitionē rex opz habere noticiam de sensibilibus: q; sensibilia sunt mālia elementa rex: Sicut voces cōposite et syllabe et dictiones componunt ex ꝓpriis elemētis. Si igit sufficienter per ydeas causet in nobis scīa, opz q; p eas dē causetur in nobis cognitio sensibiliū. Sed cognitio que causat in nobis ex ydeis: est sine sensu accepta: q; per sensum nō habemus habitudinē ad ydeas in cognoscēdo. Ergo sequit q; aliquis nō habens aliquem sensum: possit cognoscere sensibilia. ¶Ad hanc rationez diceret disputato: q; ydee sufficiunt ad cognitionem rex per se: sicut diffinitiones rex seu qdditates. Non tamen ꝓpter hoc sequit q; sensus nō ocurrat ministerial̄: ad cognitionē rex. Nullus.n. diceret q; diffinitio nonsit ꝑncipiū cognoscendi et principiū scīe in nobis: cū diffinitio sit medium demōstrationis cuius effect⁹ est scire: vt pz p° post[x]. Plato aūt posuit ydeas esse naturas et qdditates rex que per diffinitiones significant. ¶Cōsiderandū est antē primo ſm phm ibi. Et vnam sbam q; Platonici et pytagoꝛici ꝓueniebant et differebant in aliquibus.

Conueniebant

Conueniebant.n. in duobus. ¶Primo in hoc q̄ vnum est ſba rerum. Dicebant .n. platonici sicut ꝛ pythagorici q̄ hoc q̄ dico vnū non p̄dicat̄ de aliquo ente sicut accīs de ſbo: sed ipsum vnū significat ſbam rei. Et hoc ideo q̄ non distinguebant inter vnū qđ conuertit̄ cū ente ꝛ vnuz quod est p̄n̄ numeri. Scđo conueniebant in hoc q̄ tā platonici q̄ pythagorici dicebant nūeros esse cāz ſbe oībus rebus. Et hoc ideo q̄ nūerus nihil aliud est q̄ vnitates collecte. Unde si vnitas est ſba rei: opz q̄ numerus sit ſba rerum. Sed differebant in duobus. ¶Primo q̄ pythagoras vt dictū est p̄obat duo p̄n̄: ex q̄bus res ꝓstituebant .s. finitū ex pte forme: ꝛ infinitū ex parte māe. ¶Plato vo posuit vnitatē ex pte forme ꝛ dualitatē. s. magnū ꝛ puuz ex parte māe. Et cā huius dr̄ie est: q̄ oēs numeri gn̄ant naturaliter ex dualitate p̄ter numeros p̄mos. ¶Unde considerandū est 2° ſm Doc. S. hic q̄ numeri illi dr̄ p̄mi: quos nullus nūerus numerat: sicut trinarius: q̄nari⁹: septenarius: nouenarius: vndenarius: ꝛ sic de alijs. Hij .n. a sola vnitate ꝓficiunt. Sed illi nūeri quos aliqs alī⁹ numerus numerat: non dr̄ p̄mi sz cōpositi: sicut t̄ter/narius quē numerat dualitas. Et vl̄ omnis nūerus par a dualitate numerat̄. Q̄z igit̄ nūeri pares māe attribuū/tur: ideo plato posuit dualitatez ex pte māe. Uidebat.n. plato q̄ vnūq̄dq̄z recipit̄ in alio ſz mensurā recipiētis. Una aūt mā est tm̄ vna mensura recipiendi. Unde diuerse acceptiones numeri ꝓuenire debēt ex diuersis materijs recipientiū. Uidit ēt plato q̄ agens qđ introducit spēm: facit multas res hr̄tes spēm: cuz tm̄ sit vnū agens. Et hoc ꝓpter diuersitatez que est in materijs. Et hoc appet in masculo ꝛ femina. Mā masculus se hz ad femīā sicut i/primens spēm ad mām. Sz vn⁹ mas p̄t ip̄regnare multas feminas. Femina autem ip̄regnatur ex vna actione viri. Inde est q̄ plato posuit vnitatē ex pte spēi: ꝛ dualitatē ex pte māe. Scđo dr̄nt: q̄: ¶Platonici posuerūt mathematica sepata que ſm suā ſbam nūeros esse dicebant. ¶Posuerunt ēt ydeas sepatas. Sz pythagorici dicebāt ip sas res sensibiles esse nūeros: ꝛ non posuerunt mathema tica media ꝛ ydeas sepatas. Et huius dr̄ie cā fuit: q̄: platonici pscrutati sunt de diff̄onibus rer̄ quas credebāt nō posse tribui reb⁹ sensibilibus sicut supra dictū est. Jō po fuerunt quasdā res sepatas q̄bus diff̄ones attribuebant. Sed pythagorici q̄ fuerunt p̄iores platone non ptcipauerunt dyalecticā ad quā ptinet ꝓsiderare vtia ꝛ diffēs quaz ꝓsideratio dirit platonē ad introducendum ydeas.

¶Cōsiderandū est 3° q̄ antiq̄ ꝑbyq̄ posuerūt vnitatē ex parte māe ꝛ ḋietatē siue dualitatē ex pte forme: rōna bilius locuti sūt q̄z platonici q̄ posuerūt ḋietatē ex parte materie. Cuius rō ꝑby talis est. Ex vna.n. mā multa fiūt per successionē formaz diuersaz in ipsa: q̄ illa mā q̄ nūc subst at vni forme: postmodū poterit substare multis vno corrupto ꝛ alio genito. Sed vna forma semel ꝓstituit aliquod generatū: q̄ cū aliqđ generat̄: accipit formā. Quidem forma non poterit eadē nūero alteri genito aduenire. Ex quo appet q̄ vna mā ad multas formas est i potentia. Et sic rōnabilius est vnitatē ponere ex pte māe ꝛ pluralitatē siue ḋietatē ex pte forme q̄z ecōuerso. ¶Considerandū est 4° hic ſm Doc. S. q̄ hec diuersitas inter platonem ꝛ nāles accidit pp diuersaz ꝓsiderationē de rebus. Nāles.n. tm̄ ꝓsiderabant que sunt sensibilia ꝑ quę sunt subiecta transmutationi in qua vnū ſbz successiue suscipit contraria. Ideo posuerunt vnitatē ex pte māe ꝛ ḋietatē ex parte forme. Sed plato ex ꝓsideratiōe vlīuz deuenie/bat ad ponendū p̄n̄a sensibiliū. Unde cuz diuisio māe sit causa diuersitatis multoz singulariuz sub vno vl̄: posuit diuersitatē ex pte māe: ꝛ vnitatem ex parte forme.

Ad primum ergo arg^m dōm: q̄ ydee siue quidditates rerum sunt p̄n̄a cognoscendi rez: non tm̄ ſm q̄ sunt separate ſm esse a singularibus: vt plato posuit. ¶Ad 2^m dōm: q̄ scia est vnius que hr̄t esse in singularibus: hz tm̄ vt sic non ꝓsiderent ſz qđ hr̄t in singularibus. Unde plato fuit decep⁹ credens q̄ sicut res se hr̄t ad intelligere: ita ꝛ ad eē. Mō. n. oportet q̄ si intellectus abstrahit vnum ab alio intelligēdo vnum ꝛ non intelligēdo aliud: q̄ ideo vnū sit sine alio ſm esse. Efficaciꝰ n. est operatio intellectus q̄z sensus. Et tm̄ sensus ꝑcipit plura diuisim que tm̄ sunt ꝓiuncta ſm esse: vt pz de sapore ꝛ colore in pomo. Jō intellectus ēt potest diuisim intelligere que sunt ꝓiūcta ſm esse: vt patebit per Doc. S. i. 7°. huius. q. p^a. ar. 4. ¶Ad 3^m dōz q̄ ydee si ponant̄ ſm q̄ theologi ponūt: sunt p̄n̄a cognoscendi. Non tm̄ si ponant̄ separate ſm eē exīstie sicut plato posuit. Ideo arg^m nihil ꝓcludit. ¶Et silr dōm est ad 4^m. ¶Hec igit̄ de opinionibus antiquoz ꝛ de his que ad p̄imum librum methaphysice pertinēt dicta sufficiant.

¶Explicit p̄imus liber methaphysice.

¶Incipiunt perutiles atq̄ p̄clare questiones in secūdo methaphysice Aristotelis.

¶Questio p̄ima. Qualiter homo se habeat ad considerationem veritatis.

p

Qst consideratione eorū que ab antiquis ꝑbys de p̄imis rer̄ p̄incipijs tradita sunt in p° libro huius: accedēdū restat in hoc 2° libro ad determinandū veritatē de rer̄ p̄incipijs ſz mentē ꝑby. Circa qđ duplex occurrit cōsideratio. ¶Prima est de his que ptinent ad ꝓsiderationez vlis veritatis. ¶Scđa est de p̄mis p̄incipijs rerū: ꝛ de omnibus alijs ad que se extendit consideratio huius scie. Et hoc in 3° libro q̄ incipit ibi. Hlecesse ē nobis ꝛc̄. Circa p̄imū tria occurrunt ꝓsiderāda. ¶Primo qualiter se habeat hō ad ꝓsiderationē veritatis. ¶Scđo ad quā sciam pertinet p̄incipali⁹ ꝓsideratio vitatis. ¶Tertio de mō cōsiderandi veritatē ibi. Contingit aūt ꝛc̄. Circa p^m q̄runt quinq̄. ¶Primo vtz ꝓsideratio vitatis sit quodāmō facilis ꝛ quodāmō difficilis. ¶Scđo vtz difficultas que ē in consideratiōe vitatis ꝓueniat ex pte intellectus nr̄i tm̄: vel ex pte rei tm̄: vel ex pte vtriusq̄z. ¶Tertio vtz per studiū speculatiuaz sciaz ex his que p fanta mata cognoscunt̄ possimus ꝓuenire ad intelligendas ſbas separatas. ¶Quarto vtz possim⁹ in p̄nti statu cognoscere p intellectum ſbas sepatas in hītu info:matū p intellectū agentez. ¶Quinto vtz aliquo mō possibile sit aīam vnitaz corpi cognoscere subas sepatas q̄tum ad earum quidditates. ¶Ubi i Doc. S. ꝛ pho. De vitate theorica. ꝛ ē Lec. p^a.

a

D primuz sic procedit̄. Uidetur q̄ consideratio de vitate nō sit quodāmō facilis: ꝛ quodāmodo difficilis. Mā sapiaversat̄ circa difficilima: vt patuit in p:oheimio p̄imi huius. q. 1. ar. 2. Sed cōsideratio vitatis potissime ptinet ad sciaz hanc: que sapia dicitur: vt patebit in sequenti lectiōe. Ergo ꝓsideratio veritatis non ē facilis. ¶Ꝑ. 2°. Illa scia non est difficilis: circa cuius p̄ncipia nō ptingit errare. Sz ista scia que ē circa veritatē ē hmōi. In forib⁹. n. q̄s delīgt: vt hic dicit ꝑbs. Cum ergo ꝓsideratio vitatis ad hanc sciaz ptineat: vr̄ q̄ non sit difficilis. ¶Ꝑ. 3°. Cōsideratio de veritate non est nobis possibilis. Ergo non est nobis quodāmō facilis: ꝛ quodāmō difficilis. Añs ꝓbat̄. Q̄z nos non cognoscim⁹ rer̄ sine cā: vt pz p cōmen. 7°. huius: vbi dicit q̄ nō p̄t cognosci rer̄: nisi cā p̄ia oīum cognoscat̄. Sed p^a causa omniū non p̄t cognosci a nobis nec a p̄iori cū non hēat causā: nec a posteriori p effectū cū nullus sit effect⁹ ei adquatus. Ergo cognitio vitatis non ē nobis possibilis. Et per ꝓns nec est facilis nec difficilis. ¶Ꝑ. 4°. Si posse/ Lectio .9.
m⁹ cognoscere rer̄: hoc eēt p spēz itelligibilez. Spēs.n. intelligibilis est id quo res itelligit̄: vt pz 3° de aīa. Aut ergo illa spēs cognoscit̄ ab intellectu p seipsā aut p aliaz.

non p̃m: qz sic idem esset notius ꝛ ignotius prius ꝛ posterius. Neqz etiã 2m: qz sic esset ꝓcedere in infinitũ. Ur̃ ergo q cognitio v̄itatis nõ sit nobis possibilis. Et sic idẽ quod prius. C Ad .5o. Intellect⁹ noster a pn⁹ siue creationis cũ sit tãq̃ tabula rasa: non hz in se ptem cognitiõis veritatis. Ergo non põt moueri ad cognitionẽ v̄itatis. ¶ Dz ꝓñtia. Qz omne qd̃ mouet̄ ptim est in termino a quo ꝛ partim est in termino ad quẽ: vt pz .5. ꝛ .6o. phy⁸. Ergo idem qd̃ prius. C Ad .6o. Circa intellectũ nõ ẽ alteratio. Ergo intellect⁹ nr̃ non põt moueri de ignorãtia ad sciaz. ¶ Datet ꝓñtia. Qz sic mutaret̄ de ꝓrio in ꝓriũ. ꝛ sic altera retur. Qd̃ est inconueniens. Et sic idẽ qd̃ pri⁹. C Ad .7o. Si ꝓsideratio veritatis eẽt quodãmõ facilis: hoc maxie esset: qz p̃a rez pn̄ sunt nobis nota nãlr: vt dic̃ hic Doc. S. Sed hoc non ẽ vez. Qd̃ sic pz. Qz omnis nr̃a cognitio intellectiua: ortũ hz a sensu: vt pz p⁹ post⁸. Sz cognitio p̃mox pn̄ est intellectiua: cũ habitus illox ponat̄ intellectus: vt pz .6o. ethycox. Ergo cognitio p̃mox principiorum oriat̄ a sensu. Et sic non sũt nobis nota nãlr. Et sic cognitio v̄itatis non ẽ quodãmõ facilis. C Sed ad̃ ẽ pbs in littera di. De v̄itate theorica sic qdem difficilis: sic vo facilis est. Signũ aũt est neqz digne nullũ adipisci ipsam posse neqz omnes exortes esse sed vnumquẽqz aliquid de natura dicere ꝛc̃.

Lectio.1.

Lectio.5.

Respondeo dõm: q cognitio siue ꝓsideratio v̄itatis quodãmõ ẽ facilis: ꝛ quodãmõ difficilis. C ¶ Prima ptez hui⁹ conclonis. s. quod quodãmõ sit facilis pbat pbs duobus signis ꝛ vno exemplo. ¶ Primũ signũ est. Qz hz nullus perfectã possit adipisci cognitionẽ v̄itatis: tamẽ nullus hõ est ita expers veritatis qn aliqd de veritate cognoscat. Unusqsqz enim potest aliqd enũciare de v̄itate ꝛ nã rez. Qd̃ est signum interioris ꝓsiderationis. Signũ ergo ẽ q cognitio de veritate est quodãmõ facilis. Scõm signuz est. Qz hz illud quod vnus hõ põt apponere suo studio ad cognitionem veritatis sit parũ per cõpationem ad totã ꝓsiderationez veritatis: tñ id qd̃ aggregaẽ ex oĩb⁹ coarticulatis ꝛ collectis fit aliqd magnũ sicut appet in singulis artibus que p diuersox studiox atqz ingenia admirabile incrementum inuenerunt. Exemplũ est vulgaris prouerbij. In forib⁹ .i. in ianuis domus qs delinquet. Quasi dicat null⁹. Sic̃ ergo interiora domus difficile est scire: ꝛ circa ea facile ẽ hominẽ decipi: sed circa introitũ domus q omnib⁹ pz ꝛ primo occurrit nullus decipit̄: ita ꝛ in ꝓsideratione veritatis. ¶ Nam ea per que intraẽ in cõsiderationẽ veritatis. s. prĩa rez principia sicut. Oẽ totũ est maius sua parte ꝛ alia hmõi sũt omnib⁹ nota ꝛ nullus decipit̄ circa ea. Circa ꝛclones vero ad quas quasi per ianuã p hmõi prĩcipia introit̄: ptingit multotiens errare. Unde pz q cognitio v̄itatis est facilis q̃tum ad istud. s. q prĩa pn̄ sũt omnibus nota. C Secdam ptem ꝛclonis. s. q sit difficilis p̃bat pbs tali rõne. Illa. n. cognitio est difficilis circa quaz non possumus hr̃e totũ via cõpositionis neqz partez via resolutionis. Sed circa v̄itatẽ ꝓsiderandã non possumus habere totũ neqz partẽ. Qd̃ intelligendũ ẽ distincte ꝛ cõplete. Igit̄ ꝓsideratio de v̄itate est quodãmõ difficilis. C Considerandũ ẽ hic p⁹ fm Doc: S. q duplex est via qua ꝓcedit̄ ad cognitionẽ veritatis. Una ẽ p modũ resolutionis fz quã ꝓcedimus a cõpositis ad simplicia ꝛ a toto ad ptem. Et in hac via perficit̄ cognitio veritatis qñ̃p uenitur ad singulas ptes distincte cognoscendas. Alia est via per modũ cõpositionis: fm quã procedim⁹ a simplicibus ad cõposita. Et in hac via pficit̄ cognitio veritatis quando pueniat̄ a ptibus ad totũ. Ex hoc aũt q hõ in rebus non põt perfecte cognoscere totũ ꝛ partẽ: ostẽdit difficultatem ꝓsiderande v̄itatis ex vtraqz via. C Cõsiderãdum est 2o fm Doc. S. in p̃o lectionis q aliter se hz cõsideratio prime pbye circa veritatez: ꝛ aliter cõsideratio particularũ sciaz. Nam vnaqueqz scia particularis cõsiderat aliquã particularẽ veritatẽ circa determinatũ gen⁹ entiz: vt geometria circa magnitudinẽ Arismetrica circa numeros. Sz pbya p̃a ꝓsiderat vlem veritatẽ entiz. Et ideo hanc sciam pertinet considerare quomodo se habeat homo ad veritatem cognoscendã. C Considerandũ est 3o q p̃a principia esse nobis nãliter nota: põt intelligi dupliciter. Uno⁹ q cognitio eorũ insit nobis a nã. Et sic non sunt nobis nãliter cognita. Alias aĩa nostra non esset in principio siue creationis sicut tabula rasa. Qd̃ ẽ ꝓ pbm in 3o de aĩa. Alio mõ dr̃ nãliter cognita: qz lumine nãli intellectus agentis cognitis terminis statiz cognoscunt̄. Cognito. n. qd significet totũ ꝛ quid pars: statim intellectus assentit huic pn⁹ omne totũ est maius sua parte. Et isto modo dz intelligi q prima pn̄ sunt nobis naturaliter nota. C Ex quo pz: q cognitio primox principioz nõ vocatur cognitio infusa nec ppie acquisita: qz cognitio intellectiua hois acquisita proprie loquendo est illa que acquritur per aliquã deductionẽ vel argumentationẽ. Sz vocatur cognitio nãlis. non q nobis sit inata a nã. sed q: nãli lumine ĩtellectus agentis acgritur cognitis terminis. Et sic intelligitur dictũ Doc. Sctĩ. in p̃a parte. q. 82. ar. p⁹ ꝛ scdo: vbi dicit q sicut intellectus ex necessitate inheret p̃mis principijs: ita voluntas fini.

Ad primuz ergo dõm: q ꝓsideratio de veritate põt ꝓsiderari dupliciter. Uno⁹ q̃tuz ad p̃a ꝛ ꝛclones simul. Et sic est difficillima. Alio⁹ q̃tuz ad prima p̃a tñ. Et sic est quodãmõ facilis: vt dictum ẽ. C Et silr dõz est ad 2m. C Sed ꝫ. Illa cognitio nullo mõ ẽ facilis circa quã non possumus hr̃e nec totuz nec ptez. vt dicit pbs hic. Igit̄ ꝛc̃. C Ad hoc dr̃ alig q predicta ꝓ pbẏ. s. non posse hr̃e nec totũ nec partẽ difficultatem cognitionis oĩdit: dz ĩtelligi disiũctiue. Ideo verificatur pro altera pte tñ. ¶ Non. n. possumus hr̃e totaliter cognitionez de v̄itate. C Sed qz textus copulatiuã conũctionẽ ponit: ideo dr̃ alij q si illa conũctio ꝛ copulat ĩter ppões. sic est ypothetica ꝛ falsa. Si aũt inter terminos: sic ẽ cathegorica de copulato extremo ꝛ vera. C Sed melius dõm est fm Doc. S. q non possumus habere cognitionẽ de veritate distinctã ꝛ determinataz q̃tum ad totũ. i. via cõpositionis non possum⁹ hr̃e i pñti vita pfectã cognitionẽ veritatis. ¶ Neqz q̃tũ ad partẽ. s. fz viam resolutionis. ¶ Possum⁹ tñ hr̃e cognitionẽ indeterminatã de veritate: vt infra patebit. C Ad 3m dõz: q cognitio veritatis ẽ nobis possibilis: qd̃ pz p⁹ per ꝛcloneꝫ huius articuli. Illa nãqz ꝓsideratio ẽ nobis aliqualiter facilis. Ergo ẽ possibilis. 1o. pz. ¶ Nã hõ nãlr scire desiderat: vtĩ ꝓbemio primi hui⁹ dictũ est. Sed scire nihil aliud ẽ q̃z veritatẽ alicui⁹ entis cognoscere. Cũ ergo nãle desiderium frustra eẽ non possit: sequit̄ q cognitio veritatis est homini possibilis. 3o. adhuc pz. Si. n. cognitio veritatis non eẽt homini possibilis: nõ ptingeret aliquẽ hoiem eẽ felicem: cũ tñ hois felicitas maxie in veritatis cognitiõe ꝛ contẽplatione ꝓsistat. vt pz. 10: ethyk⁸. C Et ad ꝓbationem añtis dr̃ q hz p̃a cã in ꝓsenti statu nõ possit cognosci a nobis cognitiõe pp qd: bene tñ cognitione qz. C Et hz nullus effect⁹ assimilet̄ pme cãe assimilatione adequationis: bene tñ sibi assimilat̄ assimilatiõe ꝓportionis. C Ad 4m dõm: q ille spẽs ĩtelligibilis qua intellect⁹ cognoscit rem põt ꝓsiderari dupliciter. Uno⁹ vt res quedã fm se cõsiderata. Et sic põt p aliã spẽm cognosci. Alio⁹ põt ꝓsiderari vt id quo intellect⁹ cognoscit rẽ inẽz hmõi. Et sic intellectus non cognoscit eã p aliã spẽm. Sed ex eo q intellectus reflectit̄ supra seipsũ: intelligit reflexe illã spẽz: vt pz 3o de aĩa. C Ad 5m dõz: q nullus noster añ adiscere nihil hz actu de cognitione veritatis. Sed in ipso adiscere aliqd hz actu de cognitiõe veritatis: hz illud sit ĩperfectũ. Illa tñ auctoritas pbẏ intelligit̄ de motu phyco: ꝛ non de motu rõnis ppie loquẽdo. C Ad 6m dõz: q duplex est alteratio. Quedã est corruptiua. Et talis ẽ circa intellectũ. qz talis alteratio corruptiua si ppie accipiat̄ ẽ inter duas formas positinas mutuo se expellẽtes. Alia est alteratio pfectiua: q̃lis ẽ alteratio de ignorantia ad sciaz. Et talis hr̃ ẽ circa intellectũ ꝛ ẽ in prĩa specie qualitatis. C Ad vltimũ dõm: q solutio eius patuit in corpe artículi. Et si repliceẽ. ¶ Prĩa p̃a sũt difficillime cognitiõis: vt patuit

vt patuit in primo huius.q.7.ar.1.ꝛ.2°.elencoꝝ. Ergo cognitio veritatis non pōt dici facilis rōne p̄nᶻ. ¶ Dōz est q̄ prima p̄nᵃ p̄nt dupliciter considerari. Uno mō absolute: vt sunt quedā enūciationes constitute ex suis terminis sine habitudine ad ꝯclones sub ipsis contentas. Et sic prima p̄nᵃ sūt facilima ad cognoscendū. Alio° p̄nt ꝯsiderari per hītudinē ad ꝯclones sub ipsis cōtentas. Et sic prima p̄nᵃ sūt difficilime cognitionis. Et quanto sūt ꝑora tanto sūt difficiliora: q; sub ipsis plura continent. ¶ Si iterum dicat. Conclusiones cū sint cōpositiones p̄cipijs ꝛ sint sensui propinquiores: vī q̄ sint facilioris cognitionis q̄ p̄ncipia. Ergo ratione conclusionū cognitio vitatis non dz dici difficilis. ¶ Dōm: q̄ cognitione confusa ꝯclones sūt facilioris congnitionis q̄z p̄nᵃ: q; tali cognitione p̄t earū veritas cognosci ante q̄ cognoscant distincte p̄ncipia ꝛ cāe vitatis ipsaꝝ. Sed loquēdo de cognitiōe distincta ꝛ perfecta: sic ꝯclones sūt difficilioris cognitionis: cū ad earum cognitionem regratur cognitio p̄nᶻ. ¶ Ibi in Doc.S.ꝛ pbo. Forsan autem difficultate.

a **D** secundū sic p̄cedit. Videt q̄ difficultas in consideratione vitatis non p̄ueniat aliq̄ ex pte rei ꝛ aliq̄ ex parte intellect⁹ nostri. Difficultas.n.in cognitione vitatis ſbaꝝ separataꝝ est ex parte nostri: q; excedunt facultatem intellectus nostri. Silr difficultas que est in cognitione ſbaꝝ mālīū est ex pte nr̄i tm̄. Q; si talis difficultas esset ex parte rerū: sequeret q̄ hoc esset comparando eas ad quēcūq; intellectū. Q; si detur oppositū. vz. q̄ hoc eis conuenit solū p̄ comparationē ad intellectū nr̄m ꝛ nō per cōparationē ad quēcūq; ītellectū: sequit̄ q̄ difficultas illa ꝓuenit ex pte intellect⁹ nr̄i. Sed manifestū est q̄ talis difficultas non ꝓuenit eis per comparationem ad intellectū diuinū cui nihil ē difficile. Sequitur ergo q̄ tota difficultas sit ex pte intellect⁹ nostri: ꝛ nō ex pte rei. ¶ Ꝑ.2°. Ipbs determinando hic dubitationes dicit q̄ non in reb⁹ sed in nobis est cā istius difficultatis. Ergo ita est. ¶ Ꝑ.3°. Qđ cōuenit alicui fz se: cuicūq; cōparat semp ei cōuenit: vt hic arguit Scotus. Sed talis difficultas non ꝓuenit reb⁹ mālibus si cōparē tur ad intellectū diuinū. Ergo non ꝓuenit eis fz se. Et sic tota difficultas est ex pte nr̄i. ¶ Ꝑ.4°. Arguit̄ pbādo q̄ totaliter ista difficultas ꝓuenit ex pte rei. Q; intellect⁹ noster est in vltima dispōne ad suscipiendā vitatē: cū intellectus noster nihil aliud ꝛ̄iū habeat: ꝛ hēat agens p se sufficiens ꝓportionatū ꝛ debite applicatū. ſ. ītellectū agē tem. Ergo ista difficultas ex pte intellect⁹ nr̄i ꝓuenire nō potest: sed solū ex parte rei. ¶ Ꝑ.5°. Unūqđq; est intelligibile fm q̄ est in actu: vt pz 9° huius. Sed multe sūt res hītes esse potētiale. Ergo difficultas ipsaꝝ ꝓuenit ex parte eaꝝ. ¶ Ꝑ.6°. Sicut se hz mā sūme dispōsita ad susceptionē forme: ita se hz intellect⁹ sūme dispōsit⁹ ad intelligendū rem. Sed q̄ mā est sūme dispōsita ad susceptionem forme: non est difficultas ex parte māe: sicut pz in illuminatione aeris q̄ est sūme dispōsit⁹ ad susceptionē lumīis. Igitur idē qđ p̄ius. ¶ Ꝑ.7°. Cōmentator p° methaphyſice sue dicit q̄ difficultas intelligēdi formas naturales ē ex pte ipsaꝝ formaꝝ ꝛ nō ex pte nr̄i. Igr̄ ꝛc. ¶ Sed ꝛ̄ est pbs in lra di. Forsā aūt difficultate fz duos existente modos: non in reb⁹ supla in mālib⁹ ꝛ p̄ncipalr̄: vt vult Cōmentator sed in nobis est eius causa.

Respondeo dōz p°: q̄ Buridan⁹ ꝛ Antonius Andree ꝓ tres rationes p̄mas ante in ꝛ̄iū adductas: volūt q̄ difficultas cognoscendi veritatū totaliter ꝓueniat ex parte intellect⁹ nr̄i. Et eoꝝ positionē dupliciter ꝓfirmant. ¶ Ꝑio sic. Non.n.est difficultas ex pte rerū in illo qđ immediate consequit̄ rem fm q̄ est res. Sed cognoscibilitas immediate ꝓsequitur ens fm q̄ est ens: q; per idem ens est ens ꝛ cognoscibile: vt pz in 2° huius. Ergo ꝛē. ¶ Scđo sic. Cognitio que p̄t haberi de mālibus rebus: ita faciliter hr̄ fm cognoscibilitatem suā: sicut de reb⁹ imālibus fm earuz cognoscibilitatem: sicut ignis paru⁹ ita faciluter calefacit fm

proportionem sui sicut ignis maior: licet non ita intense. Ergo videtur q̄ difficultas in rebus mālibus nō magis ꝓueniat ex pte rei q̄z in rebus imālibus. ¶ Sed ꝓtra istos. Doc.S. ponit hic vnā ꝯclonem. Que talis ē. Difficultas cognoscendi veritatē p̄t ꝓuenire pp defectuz qui est in rebus: ꝛ pp defectum q est in nobis. Hanc cōclusionez probat duabus rōnibus. Quarū prima talis ē. In oībus que consistūt in habitudine vnius ad alterū p̄t impedimentū duplr̄: vel ex vno vel ex altero accidē. Sicut si lignū non cōburat hoc vno mō contingit q; ignis ē debilis: vel q; lignū n̄ ē cōbustibile. Et silr oculus ꝑdicitur a visione alicuius visibilis: aut q; oculus est debilis: aut q; visibile est tenebrosū. Et sic de alijs. Sz cognitio veritatis cōsistit in hītudine intellect⁹ ad ītelligibile. Ergo p̄t contingere q̄ sit difficultas vel pp defectū qui est in ipsis rebus: vel propter defectū qui ē i ītellectu nr̄o. ¶ Scđa rō talis ē. Unūqđq; ē cognoscibile fz q̄ ē ens actu: vt pz. 9. huius. Ergo illa que hīt eē deficiens: sunt paruz cognoscibilia fm seipsa: sicut mā motus ꝛ temp⁹ propter eoꝝ imperfectionē. Et illa que hīt esse pfectuz: sunt fm seipsa maxime intelligibilia sicut sūt imālia que sunt maxime in actu. ¶ Sed ipsi ad hanc rōnem dicūt q̄ materialia bene sūt minus intelligibilia fm se q̄z imālia. Tamen eque faciliter hr̄ cognitio de mālibus sic ō imālibus: q; ita faciliter mouet intellectū fz cognoscibilitatē suam māle: sicut imāle. ¶ Sed ꝛ̄. Difficultas.n. in operatione ꝓuenit ex resistentia rei agibilis ad virtutē actiuam. Ubi ergo est maior resistentia: ibi ē maior difficultas: sicut lignū viride ꝛ humidū magis resistit virtuti calefactiue ignis q̄z siccum. Ergo maior est difficultas i cōbustione ligni humidi q̄z sicci. Et hoc pp ꝛ̄ietatez ꝛ resistentiam. Sed ens māle ꝛ potentiale magis resistit ītellectioni: cū vnūqđq; intelligat fz q̄ ē in actu. Ergo maior est difficultas in reb⁹ mālibus q̄z in rebus imālibus. ¶ Ꝑ. Responsio eorum deficit etiā in hoc: q̄ lz parvus ignis comparatus ad cōbustibile equaliter calefaciat fz qualitatem suam siue capacitatē: sicut magnus ignis magnum cōbustibile: tm̄ manifestū est ad sensū q̄ sicut ignis idem manens non equalr̄ se hz ad magnū ꝛ paruū combustibile ꝛ ad lignū siccum ꝛ humidū. Et hoc pp diuersitatem rei combustibilis. Ita ꝛ intellectus noster idem manens non equaliter se hz ad ītelligibilia actualia ꝛ potentialia propter diuersitatem rei intelligibilis: cuz vnūquodq; intelligatur fm q̄ est actu. ¶ Et ad p̄mā eoꝝ confirmationē est dicendū: q̄ illa confirmatio magis probat oppositū q̄z propositum: q; ex hoc q̄ cognoscibilitas sequitur ens mā̄tuz ens actu: sequitur q̄ illa que sūt minoris entitatis sunt minus cognoscibilia fm se ꝛ sunt difficiliora: sicut illud qō magis participat de humiditate ꝛ frigiditate: difficilius est calefactibile pp maiorem ꝛ̄ietatem ad formā ignis ītroducendā: q̄z illud qō min⁹ participat de frigiditate ꝛ humiditate. ¶ Ad scđam eoꝝ cōfirmationē dicendū q̄ sicut ab vno igne non ita facilr̄ cōburitur magnum lignum sicut paruū: ita ab vno intellectu non ita faciliter cognoscunt magis mālia q̄z min⁹ materialia propter defectū qui reperit̄ i rebus mālibus: vt dictum est superius. ¶ Dōm 2° p̄cipalr̄ q̄ aliqui antiquoꝝ pboꝝ posuerūt difficultatē cognitionis veritatis totaliter ꝓuenire ex parte rei: eo q̄ ponebant nihil fixum ꝛ stabile i rebus: sed oīa esse i continuo fluxu: vt patebit 4° huius. ¶ Sed pbs hoc excludere volens dicit q̄ q̄uis difficultas cognoscende veritatis posit fm aliq̄ diuersa esse dupliciter. ſ. ex parte nostra ꝛ ex parte rei: tm̄ p̄n cipaliter est ex parte nostra. Qđ si probat. Q; si difficultas p̄ncipaliter esset ex parte rei: sequeret q̄ magis cognosceremus illa que sūt magis cognoscibilia fz naturā suam. Sed hoc est falsū. Q; imālia sunt magis cognoscibilia fm nām suam q; sūt maxie in actu: que tm̄ sunt maxime nobis ignota. Qđ sic pz. Q; sicut se hz oculus noctuę ad lumē solis: ita se hz intellectus aīe nr̄e ad entia imaterialia que sūt manifestissima fm nām suā. Sz oculi noctuę: racū lucē solis videre nō p̄nt perfecte ꝓpter

debilitatem visus. Ergo intellectui nostro propter debilitatem suum imālia sunt maxie ignota. Ex quo patet q̄ ista difficultas potissime prouenit ex parte intellectus nostri: lz aliquando prouenat ex parte rei. ¶Sed ꝓtra hāc similitudinem arguit hic Doc. S. Qz sensus ex eo q̄ est potentia organi corporalis corrumpitur ex vehementia sensibilis. Sed intellectus cum non sit potentia alicuius organi corporalis: non corrūpitur ex vehementia alicui⁹ intelligibilis. Unde post apprehensionem magis intelligibilis magis intelligimus minus intelligibilia: vt dicitur 3° de anima. Ergo similitudo predicta non est conueniens. ¶Ad hoc respondet Doc. S. dicens: q̄ sensus impeditur dupliciter a cognitione alicuius sensibilis. Uno⁹ per corruptionem organi. Et hoc non habet locum in intellectu. Alio modo ex ꝓportione ipsius virtutis sensitiue ad obm: sicut patet de nocticorace. Et hoc bene conuenit intellectui. Et q̄tum ad hoc similitudo tenet. Anima. n. humana cum sit vltima in ordine sbāz intellectualium: minimum participat de virtute intellectiua. Et qz ipsa fm suam naturam est actus corporis lz eius potētia non sit actus organi corporalis: ideo nō habet aptitudinē naturalem ad cognoscendam veritatem materialium nisi per abstractionem a fantasmatibus.

L.7. cō.7.

Ad primū ergo dōz: q̄ difficultas que est in cognitione rex materialiuz eis sp conuenit ēt in comparatione ad intellectum diuinū q̄tuz est de se ⁊ ex parte sui. Sed q̄ ab intellectu diuino tales res māles facilr cognoscantur ⁊ sine difficultate: hoc ē ex parte intellectus diuini qui suam scientiam non mendicat a rebus nec scia eius mensuratur a rebus. Et propter hoc mālia itelligit imāliter composita simplr diuisavnitate ⁊ potentialia actualiter. Qz non intelligit res p lumē acceptum a rebus: sed per lumen suuz quod est causa eē ⁊ veritatis ipsarum rerum: vt pz per Doc. S. i prīa pte q. 14. per totam. Et huic sñie cōcordat Albertus in 2° huius tractatu primo capīo. 2°. ¶Ad 1m dōm: q̄ pbs non dicit q̄ difficultas nullo modo sit i rebus ⁊ totaliter i nobis: cum dicat esse duos modos difficultatis. Sed vult dicere fm Cōmen. q̄ difficultas que est in cognitione rerum imaterialium est in nobis ⁊ non in rebus. Unde ex cōmentatore sic dicit. Cum difficultas comprehensionis entium sit duobus modis: rectum est: vt difficultas i reb⁹ que sunt infinite veritatis. s. in primo principio ⁊ i principijs abstractis a mā sit ex nobis non ex illis: quoniā cū sint abstracta sunt intellecta naturaliter: ⁊ nō intellecta qz nos faciamus ea intellecta esse sicut forme māles. Difficultas. n. in istis est ex se magis q̄ in nobis. Hec ille in 2° huius cōmento p°. ¶Nec valet euasio quando dicunt aduersarij q̄ phylosophus logic̄ dubitatiue dicēs forsan: Sed hoc nihil est. Alia. n. translatio non dicit forsan. Sz dicit sic. Et cū difficultas eius duobus modis est: dignū est vt sit difficilis nō propter res sed propter nos. ¶Ad tertiū dōz: q̄ per hoc arg^m potissime doctor subtilis mouetur ad dicendum q̄ difficultas in cognitione veritatis non est neq̄z ex parte rerum absolute: neq̄z ex parte intellectus absolute: sed ex parte intellectus fz q̄ habet i proportionem ad intelligibile. Qō. n. non sit ex parte rei absolute: probat per hoc 3^m ar^gumentū. Et q̄ non sit ex pte intellectus absolute: sic probat. Qz si itellectus noster fz se sit difficulter cognoscitiuus: tunc omnem rem cuz difficultate cognosceret. Quod est falsum: vt pz de primis pncipijs. ¶Sed dōm est primo: q̄ hec argumenta nō cōcludunt. ¶Primo quando dicit Quicquid conuenit alicui fm se cuicūq̄z comparatur semper ei cōuenit: manifestū est q̄ illa propositio habet veritatem in absolutis ⁊ nō in respectiuis quorum vnum habet proportionē ad aliud. Duo. n. se habent ad vnuz fm se in proportione dupla. Tamen non se habet in eadem proportione cuicūq̄z cōparantur duo vt dictum est. ¶Secundo vt dictum est omnis res que scōm se est difficilis ad cognoscendum ad quēcūq̄z intellectum comparetur: siue diuinum. siue humanum: q̄tuz est de se semp difficilis ēt vt cognoscat.

¶Tertio. Lz intellectus noster sit difficulter cognoscitiuus quantum ad potentialia: tamen facilr cognoscet ea ad que est nāliter dispositus ad firmiter inherendū sicut sunt prīa principia. ¶Ad 4^m dōm: q̄ in itellectu lz nulla sit forma positiua veritati contraria: tamen propter debilitatem sui luminis intellectualis est ip̄proportionat⁹ intelligibilitati sbāz separatarum. Et sic non potest eas directe intueri: sed aliqualr sub vmbra rerum sensibiliuz: sicut habens debilem visum non potest directe itueri lumē solis. ¶Ad 5^m dōz: q̄ illud argumentū bñ probat q̄ in rebus mālibus difficultas se tenet ex parte rei: non tamen probat q̄ totaliter ⁊ in omnibus rebus talis difficultas ex pte rerum proueniat. ¶Ad 6^m dōm: q̄ intellectus noster corpori coniunctus non est sūme dispos⁹ ad hoc q̄ intelligat sbas imāles propter debilitatem virtutis intellectiue: vt patebit in sequentibus. Ideo argumētum non concludit: sed supponit falsum: qō restat probādum. s. q̄ intellectus noster potest quidditatem imālem perfecte cognoscere ⁊ sbas separatas in pñti statu. Qō ē manifestissime ꝑ pbm 7° huius ⁊ contra Dyo^m p°. ca°. de di. no. ¶Ad 7^m dicendum sicut ad quintum. ¶Ibi in Doc. S. Et quia hic modus cognoscendi ⁊c. Lec. cō. 7

a **D tertium** sic proceditur. Uidet q̄ per studium ⁊ exercitium speculatiuaz scīaz ex his que per fantasmata cognoscuntur possit anima nostra corpori coniuncta in presenti statu peruenire ad cognoscendum quidditates sbāz separatarum. Nam illud qō primo per intellectū possibilem intelligitur: est aliqd habēs quidditatem. ¶Possumus itaqz per intellectū possibilez abstrahere quidditatem illius p̄ncipiati. Et si illa qdditas habeat quidditatem: possibile erit iteruz abstrahere quidditatem illius qdditatis. Cum ergo non sit procedere in infinitum: opz q̄ intellectus noster via resolutiōis possit peruenire ad cognoscendum qdditatem non habētem aliam quidditatem. Talis autem est qdditas sbe separate. Ergo intellectus noster potest per cognitionez q̄ est ex fantasmatibus peruenire ad cognoscendum sbas separatas. ¶Probatio prime. Nam intellectus noster aptus natus est cognoscere quālibet qdditatem inq̄ntum qdditas est: cum proprius obm itellectus sit quodqd ē: vt pz in 3° de anima. Ergo actione intellectus possum⁹ abstrahere quidditatem rei cuiusz habentes qdditatē que non est sua quidditas. Et per oñs si illud qō p° intelligit habeat quidditatem: possumus per intellectum abstrahere quidditatez illius. ¶Ꝑ. 2°. Intellectus noster aptus natus est intelligere illud cuius conceptus siue intellect⁹ est vnus apō omnes. Sed talis est quidditas sbe separate. Ergo intellectus noster aptus natus est cognoscere sbas separatas. ¶Probatio prime. Qz ꝺceptus siue itellectus vnius rei: vtputa eq̄ soluz multiplicat⁹ apud me ⁊ te per multiplicationē spēz que sūt diuerse in me ⁊ in te. Ergo opz q̄ ipsū intellectū qō non p̄sentat⁹ in aliq̄ bmōi spē: sit idem apud te ⁊ me. Sed qdditas itellecti quā intellect⁹ noster aptus natus est abstrahere nō hz aliquā spēm individualem neq̄z spūalez: cū qdditas intellecti nō sit qddi tas individui neq̄z spūalis neq̄z corpalis cū intellectū in q̄tum bmōi sit vle. Igit̄ maior est vā. Minor vō de se patet. Igitur ⁊c. ¶Ꝑ. 3°. Sicut se hz oculus agle ad lumen solis: ita se hz intellectus noster bñ dispositus ad cognitionē sbāz separatarz. Sed oculus agle pōt pcipere lumen solis ēt pfecte: vt dicit Albertus i hoc 2° tractatu p° capīo 2°. Igit̄ ⁊c. ¶Ꝑ. 4°. Si ē ꝑsupponit quid ē si nō sit fz accīs: vt pz 2° po^k: vt assumit hic Buridan⁹. Sed de sbijs separatis p exercitiū speculatiuaz scīaz cognoscimus si est. Ergo possumus cognoscere quid ē. ¶Ꝑ. 5°. Omne agens qōcūq̄z pōt ꝑter nām: pōt idē fz nāz a fortiori. Sz nia nostra ꝑter suī nām. s. qñ est separata potest cognoscere sbas separatas qdditatiue. Nia. n. separata ꝑter naturam suam intelligit q̄qd itelligit: vt pz p Doc. S. i prima parte. q. 99. ar. p°. in corpore. Ergo dū intelligit fm suam nām qñ. s. est cōiuncta corpori potuit itelligere

substantias

substantias separatas maxime per exercitium speculati/uarum sciaꝝ. ¶ S. 6°. Illud quod primo itelligitur ab intellectu nostro: potest quidditatiue a nobis cognosci ēt in pñti statu. Sed deus est id qđ prio ab itellectu nostro intelligitur: qr ratio ⁊ causa veritatis alicuius obi primo apprehenditur a potentia sicut pz de lumine respectu coꝛ poris coloꝛati. Deus ăt est causa veritatis cuiuslibet obi ⁊ ratio formalis saltez exemplaris. Igitur ⁊c. ¶ S. 7°. Anima intellectiua potest cognoscere suam quidditatem per exercitiū speculatinaꝝ sciaꝝ. Ergo ēt pōt cognoscere quidditatem sbaꝝ separatarum. ¶ Sed ꝺ arguitur per Doc. S. in presenti lectione qui dicit ꝙ impossibile ē ꝙ anima humana huic coꝛpoꝛi cōiuncta apprehendat sbas separatas in cognoscendo de eis quodquid est. Ergo nō est possibile ꝙ apprehendat quidditatez sbaꝝ separataꝝ per exercitium speculatiuaꝝ sciaꝝ. ¶ S. 8°. Sicut se hz oculus nocticoꝛacis ad lumen solis ita se habet intellectꝰ noster ad cognitionem sbaꝝ separataꝝ. vt dicit hic pbus. Sed impossibile est nocticoꝛacem perfecte apprehende re lumen solis. Ergo impossibile est intellectum nostrū in pñti vita pfecte. i. qdditatiue apprehendere quocunqz modo quidditatem substantiarum separatarum.

Respondeo dōm: ꝙ Arist. hanc questionē promisit se determinaturū in 3° de anima: hz non inueniatur determinata ab ipso in li/bris eius qui ad nos peruenerunt. Unꝺ sectatoꝛibus eius fuit occasio diuersimode procedendi ad huius solutionez questionis: vt dicit Doc. S. in de aīa. q. vnica. arᵗ. 16. in coꝛpoꝛe. ¶ Quidā. n. posuerunt ꝙ aīa humana coꝛpi vni ta per principia phye potest peruenire ad intelligendum sbas separatas quidditatiue: moti pp tres rones positas ante in contrariū. Cuius opinionis fuit Auēpeche: vt di/cit Doc. S. ꝺ gen. lib. 3. ca. 38. Et eiusdem opinionis vr fuisse albertus magnus i 2° huius tractatu. p°. ca. 2°. Di/cit. n. ꝙ sicut triplex est lumen solis: ita triplex est lumen intellectuale ⁊ triplex intellectus. Lux autez solis vt ipe dicit tripliciter se ostendit. s. in rota solis: in sereno aere: ⁊ in aere ymixto tenebris: vt pz in crepusculo diei ⁊ di/luculo. In rota. n. solis lux non aspicitur nisi a visu valde coadunato ⁊ forti: sicut aquile oculus solē videt sm phy losophos. Cuius tamen oculū si diu solem aspiciat: solis spendoꝛ vincit ⁊ excellit. Sed in sereno die multi oculi vident lumen solis ⁊ clare: qui. s. non habent offensiones habentes pupillam mundam ⁊ spūm plenum ⁊ fortem. Lumen autem ymixtum tenebris vident oculi debiles spiritum visiuum obscurum habentes ⁊ pupillā humo ris non coadunatam vt ipse dicit. Similiter triplex ē lu/men intelligibile. Nā quoddā est lumē itelligibile sicut lumē solis in sole. ⁊ tale est lumē intelligibile pme cause Et istud est triplex sicut lumen solis est triplex. s. lumē so lis in sole: soli incoꝛporatū. Et lumē solis a sole existētes sed in sole dictū eo ꝙ fulgoꝛ eius in solis claritate cōsistit. Et lumē solis a sole ꝓcedēs tēperabile qdē: sed nō adhuc tēperatū. ¶ Primū lumē vt dicit est solis natura secūdum solis caracter ⁊ forma. Tertiū prima formalitas cause il luminatiōis ex pte illuminatoꝛū. Similiter triplex est lu/men intelligibile pme cause. Nā quoddā lumē est lux p telligendo. Tertiū lumen est lux ꝓcedēs ab ipsa i in rerū entitate ⁊ substantia añ qꝫ cōtrahat p determinatio nē quātitatis ⁊ ōrietatis ad ymaginata ⁊ sensata. Aliud ē lumē intelligibile sēm qđ triplr se hz sicut ⁊ lumen so lis in sereno aere. Et tale dr lumen intelligibile mathem .s. cū mā sensibili obscura nō ꝓceptū. Et hoc est ēt triplex .s. serenissimū serenū ⁊ minus serenū sicut pz de lumine recepto in aere. Illud ergo qđ est lumē intelligibile sere nissimū: est illud qđ est absolutū ⁊ simplr in seipso exis cū. Illud aūt lumē intelligibile qđ est serenū est illud qđ ex additiōe se hz ad aliud. Sicut theoꝛema geometricū. Sed illud lumē intelligibile qđ est minꝰ serenū: est illud quod magis cōtrahit ad declinationē. vz. qđ vtroqz pre dictoꝛū indiget in determinatiōib⁹ ⁊ in altera pte sui con iungitur rōibus physicis. Et tale est theoꝛema astrono micū. ¶ Sed tertiū lumē intelligibile sine lumē contem platiōis est sicut lumen solis tenebris cōmixtū. Et hec ē theoꝛia phyca cōcepta cū cōtinuo motu ⁊ tpe. Et tale lu/men intelligibile simlr est triplex. Quoddā est enim ac ceptū in vlt. Aliud est acceptū in oꝛdine ad sitū. Tertium vero est acceptū fm ee quod hz ad formā. ¶ Silr ēt tri plex est intellectus. s. diuinus angelic⁹ ⁊ human⁹. Intel/lectus ergo diuin⁹ oīa per seipsum intelligit nūq occum bens. Intellectus vo angelicus sine intelligentie separa/te intelligunt oīa per lumen qđ est cā omniū. Sed intel/lectus human⁹ eo ꝙ est ymaginationi ⁊ sensui cōiunctus incipit a lumine quod est pmixtū tenebris ⁊ per separa/tionē apud se factam tandē venit in intelligibile sincerum ꝓpter qđ est sicut visus nocticoꝛacis in inceptione sua: sz tm in continuatione nō est similitudo fm ipsum: qr pꝛecri stentiū cognitio multū cōfoꝛtat lumen ipsius per studiū acquisitū. venit enim mens aut aīa ab intellectu obscuro: ad sincerum. Et ab intellectu sincero venit ad lumen pri mum ⁊ per gradus ascendēs tandē accipit ipsum in fon/te luminis. sicut agla cōtuetur lumen solis in rota. Hec il le sm alr hz non formaliter. ¶ Sed cōsiderandū est ꝙ si Albertus intellexit ꝙ homo in pñti vita possit peruenire per studiū ad cognoscendū deum ⁊ substātias separatas quidditatiue: tūc sua opinio sicut ⁊ precedens nō pōt sta re. Nō. n. ē possibile ꝙ p exercitiū speculatinaꝝ sciētiaꝝ perueniamus ad cognoscēdas substātias separatas qddi/tatiue. Dō pōt ꝓbari trib⁹ rōnibus. ¶ Primo sic. Luz enim omne intellectū inquantū hmōi sit vle: opz ꝙ qddi tas itellecti sit qdditas alicui⁹ vlis vz. generis vel speciei. Sed quidditas gñis vel speciei hoꝝ sensibiliū compre/hendit in se mām ⁊ formā: vt pz. 7°. hui⁹ ⁊ etiā 2° phyᶜ. 7. Le. 6. Quidditas aūt substātiaꝝ separataꝝ ē simplex ⁊ imālis. Ergo per hoc ꝙ intelligit quidditas rei mālis nō potest intelligi qdditas substātiaꝝ separataꝝ: cum quidditas rei materialis sit oīno dissimilis quidditati rei imaterialiū. ¶ S. 2°. Intelligibilia in quoꝝ cognitionē deuenim⁹ p inquisitionē ⁊ studiū pertinēt ad aliquā sciaꝝ speculatiuaꝝ rū. Si ergo per hoc ꝙ intelligim⁹ quidditates rerū sensi bilium peruenim⁹ ad cognoscendū qdditates substantiarū separataꝝ: opz ꝙ intelligere sbas separatas pertineat ad aliquā sciaꝝ speculatiuaꝝ. Sed nō est aliqua sciaꝝ specu/latiuaꝝ que doceat de aliqua substātiarū separataꝝ quid est: sed solū qr est. Ergo nō est possibile ꝙ per hoc ꝙ in/telligimus sbas sensibiles perueniamus p studiū ad itel ligendū sbas separatas qdditatiue. ¶ Si vero dicat ꝙ ē possibile esse talem scientiam speculatinam qꝫ suis adhuc nō sit inuenta: pz ꝙ hoc nihil est: qr nō est possibile p aliq̄ pn̄ᵃ nobis nota deuenire ad itelligēdū sbas sepatas. Nā pp̄ria pn̄ᵃ cuiuslibz scie depēdēt ex primis pncipijs inde mōstrabilib⁹ p se notis: quoꝝ cognitionē accipim⁹ a sen/sibilib⁹: vt pz p° post ᶜ. Sz sensibilia nō sufficiēter ducūt in cognitionē rerū imāliū vt patuit p ꝺictas rones. Nō ergo est possibile esse aliquā sciam speculatiuā p quā per ueniri possit ad itelligēdū qdditates sbaꝝ sepataꝝ. ¶ S. 3°. Maioꝛ est dria sbe sepate a sensibilib⁹: qꝫ vni⁹ sensibi lis ab alio. Sz itelligere qdditatē vni⁹ sensibilis nō suffic ad intelligēdū qdditatē alteri⁹ sensibilis. Ergo multo ma gis itelligere qdditatē vni⁹ sensibilis nō sufficit ad intelli gendū qdditatē sbaꝝ sepataꝝ. ¶ Probatio medie. Qr cee⁹ nat⁹ p hoc ꝙ itelligit qdditatē soni: nullo mō pōt peruenire ad intelligēdū qdditatē coloꝛis. ¶ Has aūt rones ⁊ plu res alias ponit. S. Doc. ꝺ gent. li°. 3°. caᵒ. 38°. ⁊c.

Ad primū ergo dōm ꝙ illa rō est insufficiēs vt declarat Doc. S. in de aīa. q. vnica. ar. 16. ¶ Pꝛio qđ ꝙ qdditates rex mālium sūt alteri us gñis a qdditatib⁹ sepatis ⁊ hñt aliū modū essēdi. Unꝺ p hoc ꝙ itellect⁹ nr itelligit qdditates rex mālium nō seqt ꝙ itelligat qdditates sepatas. Sed ꝺo qr diuerse qdditates intellecti: specie dfnt. Et inde est ꝙ ille q itelligit qddita tez vni⁹ rei: nō itelligit qdditatē alteri⁹. Nō. n. q itelligit

quid est lapis: intelligit quid est animal. Unde etiam da to q̄ qdditates sepate eēnt einsdē rōnis cū qdditatib⁹ materialibus: adhuc nō sequeret q̄ q intelligit has qdditates rex mālū intelligit sbās sepatas. ℔Dec ille. Unde nō est possibile a deo abstrahere qdditatem a rebus mālib⁹ que sit sufficiens ad rep:esentandū spēm sbax separatax. Unde argumentū pīsupponit falsum. ¶Ad 2m dōm q̄ intellectus noster aptus natus est intelligere qdditatē que potest rep:esentari per spēm a fantasmatibus acceptaz: vt patet per Dyonisium p⁹ ca⁹ cele:yerar. Dicit.n.q̄ ipossibile est nobis lucere diuinū radiū nisi varietate sacrorū velaminum circūuelatū. In tantū ergo aīa nostra corpori vnita pōt ad cognitionē sbax separatax ascendere inq̄ntum potest per spēs a fantasmatibus acceptas ad eas manuduci. Non autē pōt manuduci vt cognoscat quid sunt: q: excedunt ꝓportionē oīuz hox sensibiliū: vt dicit Doc. S. in de aīa vbi supra. Unde lz qdditas cuiuslz sbe separate sit vna in se. tñ ex parte intellectus nr̄i non pōt cognosci non pp defectū qui sit ex parte rei: sed qui est ex parte nostri: vt superius dictū est. ¶Ad 3m dōm: q̄ intellect⁹ noster bñ dispositus se hz ad cognitionē sbax separatarū: sicut oculus aquile ad lumē solis q̄ntum ad hoc q̄ pōt cognoscere de substantijs sepatis q: sunt: non autē quid sunt.

Ad secūdū sic proceditur. Uīr q̄ nō sit vanum simul quere re sciam ꝛ modum sciendi. Logica enim est modus sciendi cum logyca doceat modū procedēdi in oīb⁹ scientijs: vt dicit hic Doc. S. ꝛ pbs in p°. thopicoꝝ. Et ēt logyca ē scia quā querim⁹ fit. Ergo non ē vanū fit querere sciam ꝛ modū sciendi. ¶ Ꝑ 2°. Modus sciendi se hz ad sciam vt mediū ad finē. Sed simul possumus appetere ipsuz finē ꝛ media ad finē. Ergo fit possimus querere sciam ꝛ modū sciendi. ¶ Ꝑ. 3°. Ubi vnū ꝓp aiterū: ibi vnū tm̄. Sed mod⁹ sciendi ē ꝓpter sciam. Ergo modus sciendi ꝛ scia sunt vnū tm̄ ꝛ idē. Luz igit̄ vnum ꝛ idē vnico actu querere possim⁹: videt̄ q̄ nō sit vanum simul querere sciam ꝛ modū sciēdi. ¶ Sz cō pbus in textu dicēs. ꝓpter qō oz erudiri quo singula sūt recipienda. Et absurdū est simul querere sciam ꝛ modū sciendi. Est autem neutrum facile appetere.

Respondeo dicēdū q̄ vanū est simul querere sciaz ꝛ modū sciendi. in illa scia. Qz cū homo ad duo intendit: neutrū perfecte capere potest. Nā plurib⁹ intētus minor fit ad singula sensus. sed modus sciendi in aliq̄ scia ꝛ ipsa scia plā sunt ꝛ diuersa. Igitur absurdum est ꝛ vanū q̄ hō fit querat sciam ꝛ modum sciendi qui competit illi scictie. ¶ Ex quo infertur primo q̄ oportet prius adiscere logycam: q̄z alias scientias quia logyca tradit communem modū ꝓcedēdi in oīb⁹ scictijs ꝛ ab ea alie depēdēt. ꝓpter qō. ēt ꝓpri⁹ mod⁹ singulariū sciaꝝ in singulis scientijs circa principium tradi debet. ¶ Secundo inferē q̄ quia diuersi fm diuersos modos veritatē inquirunt: oportet q̄ semper homo instruatur per quem modum in singulis scientijs sint accipienda ea que in ea dicuntur. ¶ Consideranduz est aūt ꝓmo fm pbm ꝛ Doc. S. Hoc elicitiue q̄ triplex in genere reperitur impedimentuz in cognitione veritatis. Unum quidē quod est ex modo nature. Aliud quod est ex natura. Tertiū qō est ex ignorantia modi sciēdi. Impedimētū igit̄ primū qō ē ex mō nature: ē ꝓp ꝓsuetudinem ex eo. s. q̄ aliquis est consuetus considerare vel audire falsa: multotiens errat circa cognitionem veritatis: quia ea que sunt consueta sunt magis nota vt dictum est. ¶ Secunduz impedimētū qō ē ex

parte

Lect. 1.

Lect. 5.

Lectio. 5.

Lectio. 1.

parte nature indiuidualis: prouenit ex diuersitate cõplexionis ⁊ ex bonitate vel malicia intellectus. Nam aliqui sunt qui habent fortem ymaginationẽ. Et tales nõ volũt audire nisi mathematicalia. Qõ etiã eis puenire põt p pter ꝯsuetudinẽ audiẽdi ea. Alij sunt qui habent debilez ĩtellectũ. Et tales nihil volũt recipere nisi ꝓponat eis aliqõ grossum ⁊ materiale exemplũ. Quidã sunt qui nihil dignum esse reputant vt aliquid eis inducat absqz testiº poete vel alicuius alterius. Et hoc est ꝓpter defectũ iudicij: qz nõ possunt diiudicare vtrũ ratio ꝓpter certudinem ꝓcludat. Et ideo quasi nõ credentes suo iudicio: requirũt iudiciũ alicuius noti. Sunt insuper ⁊ alij qui oĩa volũt sibi dici per certitudinẽ. i. per diligentẽ inquisitionem rationem. Et hoc prouenit propter bonitatẽ intellectus iudicantis ⁊ rõnem inquirentis dũmodo nõ quera tur certitudo in hijs in qbº certitudo haberi nõ põt. Quidam aũt sunt qui tristant si aliquid per certitudinẽ cũ diligenti inquisitõe inquirat. Qõ quidẽ põt ptingere dupliciº ꝓpter debilitatẽ rõnis. Unde nõ sufficiũt ad ꝓsiderandũ ordinẽ complexionis priorũ ⁊ posteriorꝫ. Aliomõ ꝓpter micrologycam. i. ꝓpter paruoꝫ rõcinationez. Uidetur enim eis ꝙ nõ est necesse vsqz ad minima discutere. ¶ Tertiũ impedimentũ in cognitione veritatis puenit ex ignorantia logyce: cuius est docere modũ sciendi ⁊ ꝓsiderãdi veritatẽ in qualibet scĩa. Unde qui querit logycam simul cũ alijs scientijs vel modũ sciendi ⁊ ipsam scientiam simul vt dicit Cõmentator in hoc 2º cõmẽto. 15. similis est ei qui docet hoĩbus viam dũ etiã adiscit eam aut qui intendit medicari hoĩem: ⁊ itez adiscit medicinã ficut de quodã dicitur: qui cũ ad infinitũ accessit ⁊ ꝓpinauit ei medicinã: inspexit post in libro ⁊ mortuus est in firmus ille. Hec ille. ¶ Considerandũ est 2º ꝙ ꝫ ꝓdicta impedimenta Arist. ponit duo remedia. ponẽdo modum ꝓsiderande veritatis. ꝓximũ remediũ est ꝙ opz pº eruditi qõ singula sint recipienda in qualibz scĩcia: qz vanũ est querere sciam simul ⁊ modũ sciẽdi vt dictũ est. Aliud est ꝙ acribologia mathematica. i. certa demonstratio nõ est querenda in oĩbus vt patebit in sequenti articulo.

Ad primũ ergo dicendũ ꝙ duplex est logyca. s. logyca vtens que valet ad arguendũ ⁊ rñdendum in alijs scientijs. Et talis logyca est modus sciendi in alijs scientijs. Alia est logyca docens: q̃ considerat per respectũ ad principia sua ⁊ causas. Et talis logyca est scientia ⁊ nõ modus sciendi. Querimus ergo pº logycam vtentẽ ꝑm ꝙ est modus sciendi in alijs scientijs qz alias scientias. ¶ Nõ tñ dicendũ est qd alius ꝑm rem sit habitus logyca vtens ⁊ logyca docens sit alius: ꝫ differant ꝑm diuersas ꝓsiderationes. De quo alias diximus scz in principio dyaletice ⁊ etiã in primo posteriorꝫ. q. 3. ar. pº ad 2am̃ instantiam. ¶ Ad 3m dicẽdũ ꝙ ꝫ nostra intentione simul possimus velle finem ⁊ media ordinata ad finẽ: tamen in executione operis opz ꝙ media ꝓcedãt adeptionẽ finis. Similiter in acquisitiõe sciarꝫ opz ꝙ modus sciendi ꝓcedat ipsam sciam. ¶ Ad 3m dicẽdũ ꝙ ꝫ vbi vnũ ꝓpter alterũ ibi sit vnũ tñ vnitate intentionis ⁊ ordinis: nõ tñ vnitate essentie saltem quantum ad acquisitionem rei.

¶ Ibi in Doc. S. ⁊ pho. Acribologya vero.

a **Ad tertium** sic procedit. Uidet ꝙ in oĩbus scientijs sit inquirenda acribologia mathematica. i. certa demonstratio. Nã illud est inquirendũ in aliqua scientia: qđ pertinet ad rõnem scie. Sed acquisitio scie p demonstrationẽ ptinet ad rõnem scie vt ꝑz pº posteriorꝫ. Igit ⁊c. ¶ Đ. 2º. Si in aliqua scĩa nõ esset certa demonstratio inquirenda: hoc maxie esset in scĩa naturali vt hic phylosophus ĩnuit. Sed hoc nõ est. Igit ⁊c. ꝓbatio medie. Qz illa demõstratio vel scientia que procedit per oẽs causas: est certissima. Sed phycus habet demõstrare ꝙ omnes causas: vt ꝑz 2º phyc. Ergo demõstratio naturalis ⁊ physica est certissima. Igit. ⁊c. ¶ Sed ꝓtra est phus in textu diceus. Acribologia vero mathematica nõ in oĩbus est expetenda: sed in nõ habentibus mãm. ꝓpter qõ nõ naturalis est modus. Omnis enim forsan natura materiam habet.

Respondeo dicendũ ꝙ nõ opz ĩ omni materia querere acribologiã mathematicã. i. certaz demõstrationẽ. ꝓbatio ꝑm Doc. S. Quia in omnibus est certitudo querenda ꝑm exigentiam ⁊ modũ ppriũ rei cognoscibilis. Nam sermones sunt inquirẽdi ꝑm materiã subiectã: vt ꝑz pº ethyc. Sz ĩ aliquibus res cognoscibilis nõ põt cognosci per certissimam demonstrationẽ. Igit ⁊c. ꝓbatio medie. Illaz ea que sunt subiecta motui ⁊ variationi: nõ possũt cognosci per certissimã demõstrationẽ siue cognitionem. Queritur. n. in eis nõ semper qd sint ex necessitate: sed quid sint vt in pluribus. Sed ea que hñt materiã: sunt subiecta motui ⁊ transmutationi. Ergo nõ possunt cognosci p certissimam demõstrationẽ. Sed ex hac rõne oritur hic difficultas. Nam videt sequi per oppositũ ꝙ in separatis a materia semp res cognoscibilis possit cognosci per certissimã demonstrationẽ: cum illa nõ sint subiecta trãsmutationi. Sed hoc est falsum. Quia substantie separate non possunt cognosci per certissimam demõstrationem: vt superius declaratum est. ¶ Ad hoc rñdetur ꝑm Doc. S. in ꝓsenti passu: ꝙ duplicia sũt entia separata a materia. Quedam sunt separata ꝑm esse ⁊ ꝑm rationẽ simul: ita ꝙ eis repugnat esse in materia sicut sunt substãtie separate. Et talia entia ꝫ sunt certissima ꝑm seipsa cũ sint ĩmobilia: qz tamen excedunt facultatẽ nostri intellectus nõ sunt certissima nobis ꝓpter defectum intellectꝰ nostri. Uñ in talibus nõ est inquirenda certissima demonstratio. Alia sunt entia separata a materia ꝑm rõnem tñ ⁊ nõ ꝑm esse. Sicut entia mathematicalia. Et talia entia non sunt excedentia intellectũ nostrum. Sicut. n. intellectus noster est coniunctus corpori ꝑm esse ⁊ nõ ꝑm operationem: ita illa mathematicalia sunt coniuncta materie ꝑm esse ⁊ non ꝑm rationem. Ideo sunt maxime proportionata intellectui nostro. Unde in eis est inquirenda certissima demõstratio. ¶ Ex predictis ergo ꝑz ꝙ iste modus certissime cognitionis seu demonstrationis non pertinet ad naturalem phylosophũ: quia forsan tota natura est circa materiã: vt dicit hic phylosophus. Et dicit forsan ꝑm Cõmentatorem ⁊ Albertum ꝓpter intellectũ. Intellectus enim qui est postrema perfectio hominis est abstractus a materia. ¶ Uel dicit forsan ꝑm Doc. S. propter corpora celestia: quia non habent eodem modo materiam sicut inferiora: quia non habent materiam subiectam transmutationi. ¶ Uel quia etiam mathematicalia licet ꝑm esse includant materiam non tamen in sui ratione materiam cõstituunt: ideo dicit. forsan tota natura est circa materiaz. ¶ Ex predictis patet vlterius: ꝙ cum scientie naturali non conueniat iste certissimus modus rationis: primo in scientia naturali ad cognoscendum modũ quementem illi scie perscrutandũ est qd sit nã: qz sic manifestũ erit de quibus sit scĩa nãlis. ¶ Et itez ꝓsiderãdũ erit: vt dicẽ hic phs si vnius scie. s. nãlis sit oẽs causas ⁊ principia ꝓsiderare: aut si diuersarum sciarꝫ. Quem modũ seruat Arist. in 2º physicorum. Sic. n. poterimus scire quis modꝰ demonstrandi conueniat scientie naturali.

Ad primum ergo dicendum: ꝙ ꝫ ad completam rationem scientie requ ratur ꝙ habeatur per demonstrationem: tñ qñqz multa traduntur in aliqua scientia que solum habent cognosci p experientiam vel per exemplum vel per inductionẽ vel per consuetudinem: sicut ꝑz in scientia morali. Ideo nõ opz in qualibet scientia q̃stum ad omnia scientia querere certam demonstrationem. ¶ Ad 2m dõm: ꝙ cãe nãles non semp producunt suos effectus de necessitate: sed vt ĩ pluribus. Uz ergo demonstratio phyca ꝓcedat p omnes causas nõ tñ opz ꝓp hoc ꝙ sit certior demõstratio q̃ mathematica que ꝓcedit p vnã cãm tñ. ꝓbatissime. n. demonstratio mathematica procedit ex his que sunt notiora nobis ⁊ nãe. Et hec de 2º liº methaphysice dicta sufficiãt.

¶Incipit liber tertius methaphysice.

¶Questio pma. De dubitatiõibus quas philosophus premittit ad veritatis determinationem.

Visis hijs que pertinent ad considerationẽ vniuersalis veritatis tam ex parte considerãtis q̃ ex parte modi considerandi: ꝛ hoc in 2° libro huius: consequenter procedendum est circa veritatis considerationes in speciali. Et primo ꝓcedemus modo disputatiuo. Et hoc in 3° libro huius. Deinde modo demonstratiuo. Et hoc in 4° li° huius qui incipit ibi. (Scientia quedam ꝛc̃.) Quantum ad primũ duo occurrunt consideranda. ¶Primo de dubitationibus quas philosophus premittit ad veritatis determinationẽ. ¶Secõ de causis dubitationum: inducendo rationes pro vtraq; parte ad dubitationes inductas. ¶Circa primũ querũtur duo. ¶Primo vtr̃ ãrenti veritatis scientiã: necesse sit dubitare pm. ¶Secõ vtr̃ philosophus conuenienter proponat prius dubitatiões pertinentes ad modũ considerationis huius scientie: q̃ dubitationes pertinentes ad res consideratas in hac scia. ¶Ibi in philo opho. Necesse est ad quesitam scientiã: ꝛ est lectio prima.

a Primum sic proceditur. Videtur querẽti veritatis cognitionem: non sit necesse primo dubitare. Nam cognitis principijs: simul tempore cognoscuntur conclusiones: vt ꝓz p° posterior. Ergo ꝑncipia prima que sunt homini naturaliter nota potest homo statim cognoscere secundaria principia: ꝛ per illa deuenire ad conclusiones ꝛ per consequens potest scientia aquiri absq; dubitatione. ¶Ꝑ.2°. Impossibile est idẽ simul cognoscere ꝛ dubitare. Sed inquirẽs veritatis cognitionem cognoscit eam. Alias nõ moueretur ad querendum cum nõ moueat nisi per appetitum qui fertur in cognitũ. Igitur idem qõ prius. ¶Ꝑ.3°. Illud qõ impedit progressum mentis ad acquirendum scientiam veritatis: nõ expedit inquirenti ipsam scientiam. Sed per dubitationem ligatur mens inquirẽtis: vt hic philosophus innuit. Igitur ꝛc̃. ¶Ꝑ.4°. In mathematicis nulla cadit dubitatio: cum sit scientia certissima. Et tamen in mathematicis acquiritur scientia. Igitur inquirenti veritatis scictiaz non est necesse primo dubitare. ¶Ꝑ.5°. Ille qui habet considerare ꝛ cognoscere dubitationes alioꝝ circa veritatem: non habet dubitare sed solutus est ab omni dubitatione. Inquirens aũt scientiam veritatis necesse habet considerare ꝛ cognoscere aliorum dubitationes circa veritatis cognitiones vt hic probat philosophus quattuor rationibus. Igitur idem qõ prius. ¶Sed cõtra est philosophus in textu in principio huius tertij dicens. Necesse est ad quesitam scientiam nos aggredi primuz de quibus nos primũ dubitare oportet. Hec autem sunt quecunq; de ipsis aliter fuscepcrunt quidem. ꝛ si quid econtra hoc est pretermissum. Inest autem inuestigare volentibus preopere bene dubitare. Posteriorꝝ enim copiaz inuestigatio prioꝝ sunt solutio dubitatoꝝ.

Respondeo dicendum ꝙ necesse est inquirentem scientiã veritatis apud se primo dubitare ꝛ dubitationes circa veritatem considerare ꝛ cognoscere. ¶Prima pars huius conclusionis ꝓbatur sm Doc. S. vnica ratione. Quia inquirens scientiam veritatis in sua inquisitione ab aliquibus sibi notis ad ignota procedit. Ergo dubitat. ¶Patet consequentia. Quia dubitans dicitur qui de re aliqua aliquid scit: ꝛ aliquid ignorat. Qui enim de re aliqua nihil nouit: nihil dubitat. Hinc est ꝙ philosophus in predicamentis in capitulo de ad aliquid dicit: ꝙ dubitare de singulis non erit

Lec.3. ꝛ cõ.3.

inutile. ¶Secunda pars conclusionis probatur a philosopho sm Doc. S. quattuor rationibus. ¶Prima ratio talis est. Dubitatio de aliqua re hoc modo se habet ad mẽtem: sicut vinculum corporale ad corpus. Nam sicut ille qui habet pedes ligatos non potest ad anteriora procedere sm viam corporalem: ita ille qui dubitat quasi habẽs mentem ligatam non potest ad anteriora procedere sm viam speculationis. Sed ille qui vult soluere vinculum corporale: oportet ꝙ prius respiciat vinculum ꝛ nodum ligationis. Ergo ꝛ ille qui vult soluere dubitationem: oportet ꝙ prius respiciat ꝛ speculet difficultates ꝛ omnes causas earum. ¶Posteriorũ enim inquisitio non est nisi solutio prius dubitatoꝝ. ¶Secõa ratio. Illi qui volũt inquirere veritatem non considerando prius dubitationem: assimilantur illis qui nesciunt quo vadant. Quia sicut terminus vie est id qõ intenditur ab ambulantibus: ita exclusio dubitationis est finis qui intenditur ab inquirente veritatem. Sed manifestum est ꝙ ille qui nescit quo vadat non potest directe ire nisi forte a casu. Ergo nec aliquis potest directe inquirere veritatem: nisi prius videat dubitationem. ¶Tertia ratio. Illi qui volunt inquirere veritatem non considerando prius dubitationes assimilantur vt dictum est illis ambulantibus qui nesciũt quo vadant. Sed ex hoc ꝙ aliquis nescit quo vadat: sequitur ꝙ quando iam peruent ad locum quo ire intendebat: nescit vtrum ibi sit quiescendum vel vlterius eundum: quia nescit vtrum ille sit locus ad quem ire intendebat. Ergo a simili quando aliquis nõ precognoscit dubitationem cuius solutio est finis inquisitionis: nõ potest scire quando inuenit veritatem quesitam ꝛ quando non quia nescit finem sue inquisitionis. ¶Quarta ratio. Audito:em oportet iudicare de auditis. Sed nullus potest bene iudicare nisi audiat rationes vtrinsq; partis. Ergo necesse est auditorem phye rationes aduersariorum vbi tantum audire: vt melius se habeat in iudicando. Et sic necesse est inquirenti veritatis scientiam preopere dubitare. ¶Unde propter rationes predictas cõsuetudo Aristotelis fuit fere in omnibus suis libris: vt ante determinationem veritatis premitteret dubitationes emergẽtes. Sed quare in alijs libris sigillatim ad singulas determinationes philosophus premittat dubitationes in hoc autem libro simul premittat omnes dubitationes ꝛ postea sm ordinẽ determinet veritatẽ: patebit i seqnti articulo.

Ad primũ ergo dicendum ꝙ licet cognitis ꝑncipijs debite subsumptis ꝛ applicatis ꝛ etiam cognita ipsa subsumptiõe ꝛ applicatione sit necesse simul tempore cognoscere conclusiones: possum9 tamen cognoscere prima principia: ignorando secũdaria principia saltem quantũ ad subsumptionem ꝛ debitam applicationem. Et ideo non est necesse simul cognoscere conclusionem: vt patet per Doc. S. in primo periermenias vbi sic ait. Quedam enim ex necessitate consequuntur ex principijs: ita silicet ꝙ non possunt esse falsa principijs existentibus veris sicut sunt omnes conclusiones demonstrationũ. Et hmõi veris ex necessitate intellectus assentit postq̃ percepit ordinem eorum ad principia: nõ autem prius. Hec ille. ¶Sciendum tamen ꝙ ly necesse positũ in ꝑn° articuli nõ dicit necessitatẽ simplr̃ sz necessitatem congruentie. ¶Et per hoc ꝑz solutio ad 4m. ¶Ad 2m dõm ꝙ impossibile est idem ignorare ꝛ cognoscere idem ꝑz idẽ ꝛ eodẽ modo. ¶Possumus tñ aliqd scire i vli ꝛ ignorare illud in ꝓpria forma: vt ꝑz in 2° prioꝝ. Ideo argm nõ concludit: qz dubitando aliquo mõ cognoscim9 ꝛ aliquo mõ ignoram9. ¶Ad 3m dõm ꝙ q̃uis dubitãs alligatus sit: tñ cũ iaz dubitat ꝛ veritatẽ inquirit est i via ad solutionẽ sui vinculi: qz iam aliqd cognoscit de re ꝛ aliquid ignorat. Uñ reddit in admiratõem ꝛ ꝙ ꝓns ad pfectam inquisitionẽ: qz ꝓpter admirari ceperũt hoies philosophari vt patuit in p° hui9. q. 8. ar. 5. ¶Ad 4m dõm sicut dictũ ẽ ad pm. ¶Ad 5m dõz ꝙ q̃ hz ꝓsiderare dubitatões alioꝝ nõ ẽ solut9 ab oi dubitatiõe. Sz dubitãdo ꝙ ecedit ad cognitionẽ vitatis. Uñ argm falsum assumit.

¶Ibi

¶ Ibi in Doc. S. ⁊ phylosopho. Est aũt dubitatio prima. ⁊ est lectio secunda.

Dubitatur secundum hic procedit. Videtur ꝙ pbs nõ conuenienter prius ꝓponat dubitatiões ptinentes ad modũ ꝓsideratõis hui⁹ scie q̃s dubitationes ptinẽtes ad res ꝓsideratas in hac scia. Qz qualis ẽ ordo rex ꝓsideratax in aliqua scia: talis est ordo dubitationum q̃ mouent de rebus ꝓsideratis: cũ seinuicẽ ꝓsequantur. Sz res ꝓsiderate precedũt modũ ꝓsiderandi: sicut accidens ꝓcedit a substantia. 7°. huius. Ergo dubitatiões respicientes res ꝓsideratas debent precedere dubitatões respicientes modũ ꝓsiderandi hui⁹ scie. ¶ Ꝑ. 2°. ꝓbus in alijs suis libris figillatim ad singulas veritatis determinatiões ꝓmittit dubitatões. Ergo hic supflue ꝓmittit simul oẽs dubitatiões añ eax determinationẽ: cũ non videat maior rõ de vno q̃ ō alio. ¶ Ꝑ. 3°. Ista qõ. s. vtrx sint ponẽde trñ sbe sensibiles aut ꝓter eas sint ponẽde substãtie imãles: est q̃stio seu dubitatio ptinẽs ad res cõsideratas in hac scia. Et trñ hic enumerat inter eas que respiciunt modũ ꝓsiderandi. Ergo inter has dubitationes seu questiões nullus est ordo sed ꝓfusio. Qõ est ꝑ suppositũ. ¶ Sed ꝑ est ꝓcessus pbx in pñti passu vbi dicit. Est aũt dubitatio prima de quib⁹ in phemiali dictis dubitam⁹ vtrũ vni⁹ aut multax est scientiarum causas speculari ⁊c.

Respondeo dõm ꝙ queniẽter pbus ꝓmittit dubitatiões ptinẽtes ad modum ꝓsiderãdi prius q̃s ꝓmittat dubitationes respicieteſ res ꝓsideratas in hac scia. ꝑbatio Doc. S. Mã vanuz est simul querere sciam ⁊ modũ sciẽdi. Sed prius opz q̃ rere modũ sciendi q̃s ipam sciam vt in 2° li° huius habuz est. q. 5. ar. 2. Ideo queniẽter pbs p° premittit dubitationes ad modũ ꝓsiderandi ptinentes: deinde vo premittit dubitatiões ptinẽtes ad res ꝓsideratas in hac scia. ¶ Sz ꝓsiderandũ est p° ꝙ q̃tum ad modũ ꝓsiderandi pbs qua druplr multiplicat dubitationes seu questiones ex eo ꝙ q̃ttuor reperiunt in ꝓsideratiõe alicui⁹ scibilis. vz. causę ꝙ quas fit demõstratio. Ipa scia in se que causat ex deductione causax ad ꝓclusiones. Ipm sbm de quo fit demonstratio. Et ꝓprietas que demõstrat. ¶ Unde p° premittit dubitatiões pertinẽtes ad modum ꝓsiderandi causax. ¶ Scõd dubitatiões multiplicat ex pte ipsius scie in se. ¶ Tertio ex pte modi ꝓsiderandi ipsius subiecti. 4°. mr multiplicat dubitationes seu q̃stiones ex parte modi cõsiderandi ꝓprietatũ ⁊ accidentiũ. ¶ Quantũ ad p'm premittit vnã dubitationẽ que talis est. Utrũ cõsideratio quattuor causax ptineat ad vnam sciam aut ad multas ⁊ diuersas scias. Hoc est querere vtrũ vnius scie ⁊ precipue huius sit demõstrare ex oibus causis: aut magis diuerse scietie ex diuersis causis demõstrent. ¶ Quantũ vo ad 2'm ponit tres dubitationes. Quax prima est. Supposito ꝙ ad hanc sciam pertineat ꝓsiderare prima prin⁹ vt p°. 1°. hui⁹ dictũ est. q. 7. ar. 4. vtrũ trñ habeat ꝓsiderare prin⁹ substantie: vel etiã habeat cõsiderare de primis principijs demonstratiõis ex qbus oẽs scie demonstrãt. vz. vtrũ cõtingat idem simul affirmare ⁊ negare: vel nõ. Scõa est vtx hec scia que est cõsideratiua substãtiax sit vna scientia cõsiderans oẽs substãtias: vel sint plures scientie de diuersis substantijs. Tertia dubitatio est. Si sunt plures scientie de diuersis substantijs an sint oẽs cognate. i. vnius generis vel nõ. ¶ Sed q̃tum ad 3'm premittit duas q̃stiones. Quax p⁹ est. Utrũ sint solũ ponẽde substãtie sensibiles: vel vtrũ ꝓter eas sit ponere substãtias imateriales. Scõa questio est. Si sũt alique substãtie mãles: vtrum sint vniuoce. i. vni⁹ generis trñ: vl an sint plura gña taliũ. ¶ Quantũ vero ad 4'm ponit tres questiones. Quax p⁹ ē. Utrũ specnlatio hui⁹ scie sit solũ circa substãtias: vel etiã circa ea que per se substãtijs accidũt. Scõa vtrum hec scia consideret de qbusdam que videnť esse accidentia ꝙ se entis que sequunť ad oia entia. vz. de eodẽ ⁊ diuerso simili ⁊ dissimili ⁊ sic de similib⁹ an nõ. Tertia questio. Utrũ ad hanc sciam ptineat circa vnũqõqz transcendentium solũ cõsiderare quid est: aut etiã illa que sequũť ad ipsa puta vtrũ vnũ vni sit ẽiũ. Iste igiť sunt dubitatões mote a pbo circa modũ cõsiderandi: que sunt nouem in numero. Restat vlterius videre dubitatiões respiciẽtes res cõsideratas in hac scia. ¶ Consideradũ est ergo 2° ꝙ qz ista sciẽtia cõsiderat de primis principijs vt patuit in p° hui⁹. q. 7. ar. 4. ꝑn⁹ aũt rex ponebant duplicia a Platone. vz. species ⁊ mathematica: ideo pbs hic p° mouet questiones ptinẽtes ad species separatas. Scõo q̃stiones pertinentes ad mathematica. Mouendo autem questiones pertinentes ad species siue ad vniuersalia: p° mouet questiones quantũ ad substantiam principiorũ: querẽdo que sint. Scõo quantũ ad qualitatem eorum: querendo qualia sint. Querendo vero de substãtia principiorux p° multiplicat questiones ratione vniuersaliũ separatorũ. Scõo ratione separationis rerũ. ¶ Quantum ad p'm ponit tres questiones. Quarũ prima est. Utruz genera sint principia ⁊ elementa rerũ. aut ea in que sicut ī vltima diuiditur vnũqõqz singulare existens. Scõa questio. Supposito ꝙ genera sint principia rerũ: vtrum species specialissime sint principia quedam. Hic aũt pbus speciem appellat sm Platonicox consuetudinem illud qõ continet sub se plura idiuidua: sicut genus plures species: aut magis sint principia prima genera generalissima. ¶ Quantum ad 2'm. vz. ratione separationis rerum mouet phylosophus q̃ttuor qõnes. Quarũ pria est. Utrũ aliquid preter materiam sit causa sm se: aut non. Scõa questio. Utx supposito ꝙ aliquid ꝓter materiam sit causa rerum hoc sit separabile a materia an nõ. Tertia questio. Utrum si sit aliquid separabile a materia: hoc sit vnum tantuz sicut posuit Anaxagoras: aut plura numero sicut posuit plato. ¶ Quarta questio. Utrũ sit aliqd ꝓter sinolon. i. simul totũ: aut nihil: aut in quibusdã sit aliquid ⁊ in quibusdaz nõ. ¶ Circa qualitatem vero principiorũ p° mouet questiones quantũ ad vnitatem ⁊ pluralitatẽ. Scõo quantũ ad actũ ⁊ potentiam. ¶ Quantũ ad p'm mouet quattuor questiones. Quarũ prima est. Utrũ principia rerum sint determinata q̃tum ad numerũ: aut sm ſpẽm. Scõa questio. Utrũ corruptibiliũ ⁊ incorruptibiliũ sint eadem principia an diuersa. Et si sint diuersa vtrũ omnia sint incorruptibilia: vel p'n⁹ corruptibilium sint corruptibilia ⁊ incorruptibiliũ incorruptibilia. Tertia questio. Utx vnuz ⁊ ens significent rex substantiam: ⁊ nõ aliquid aliud sup additum ad substãtiam sicut dicebãt platonici: vel non significent rerũ substantiam: sed aliquid superadditum vt antiqui naturales posuerunt. Quarta questio. Utrum ea que ponũtur principia rerũ habeant rationem pncipij q̃z rationem vlem: vel sm ꝙ vnũqõqz eox est hoc aliquid ⁊ singulare. ¶ Quantũ ad 2'm ponit duas dubitationes. Quarũ prima est. Utrũ p'm principium mãle sit aliquod corpus in actu. vt ignis vel aer vel aliqõ existens in potẽ vt plato posuit. Scõa questio. Utrũ principia sint cãe rex solũ sm motũ sicut antiqui nãles posuerũt: aut etiaz sint principia aliter q̃ per motũ: sicut plato posuit ꝙ quandam participationem hmõi sensibilia ab imaterialibus causari. ¶ Quãtũ ad mathematica mouet duas questiones. Quarũ prima est. Utrũ numeri ⁊ longitudines sint quedã substãtie vl non. Scõa questio. Si sint substantie vtrum sint separate a sensibilibus: vt platonici posuerunt aut sint in sensibilibus vt posuerunt pytagorici. Hee igr dubitationes sunt quas mouet pbs circa ꝓsiderata in hac scia: que sunt nouem in numero. Que si ꝓpũgant cũ ceteris faciũt numerũ decem ⁊ octo. Quas dicit pbs ideo se mouisse: qz in eis non solũ est difficile vitatem inquirere sed etiã nõ ẽ facile bene dubitare de eis: inueniẽdo. s. probabiles rationes dubitationis.

Ad primũ ergo dõm ꝙ lz res simplr ⁊ ex diuiné nature ꝓcedat modũ rei: ex pte tñ nr⁹i ꝓ⁹ est q̃rere modũ sciẽdi q̃s ipam sciam: cũ modus sciẽdi se habeat vt ianua ad acqsitionẽ scie: vt ex dictis manifestũ est. ¶ Ad 2'm dicendũ ꝙ pbus in hac scientia premittit dubitatiões simul ⁊ nõ in alijs scientijs ꝓpter

duo fm Doc.S.⁊ Albertū. ¶Primo q̄ scientie alie cō/ siderant ptialiter de veritate. Unde ad eas particula/ riter ptinet circa singulas vitates dubitare. Sed ista scīē/ tia sicut habet vlem ꝓsiderationem de veritate: ita etiaz ad ipsam pertinet vlis dubitatio de veritate. Et ideo nō ptialiter: sed simul vlem dubitationē ꝓsequit. Scōo q̄ dubitabilia que tangit hic pbus sunt principalia illa de quib⁹ phy aliter opinati sunt. ¶Nō aūt eodē ordine ipe ꝓcedit ad inquisitionē veritatis⁊ alij phy. Nam ipse in cipit a sensibilibus⁊ manifestis⁊ ꝓcedit ad separata vt infra patebit in.7°.hui⁹.q.5.ar.2. Alij vero phy intelli/ gibilia⁊ abstracta volnerūt sensibilib⁹ applicare. Unde q̄ ipse nō erat eodē ordine determinaturus quo ordie ꝓ cesserunt alij phy ex quoz opinionibus dubitationes se/ quunt: ideo ꝓelegit p° ꝓponere dubitatiōes oēs simul ⁊ postea suo ordine determinare. ¶Hec Doc.S.in p⁹ le ctione hui⁹ tertij. ¶Aliam vero rōnem assignat Cōmen tator.vz.ppter ꝓuenientiā methaphysice cū logyca: cui⁹ modus est disputatiue ꝓcedere circa hmōi dubitatōes: ⁊ postea determinare demōstratiue. Unde Cōmentator fic ait in hoc.3°.Cōmēto p°. Et forte ille ordo est melior in doctrina hui⁹ scientie: q̄ cōmunicat scientie disputatie in vniuersitate ꝓsiderationis. Subiectū.n. vtriusq; scien tie est idem.s.ens simplr. Et q̄ natura sermonū disputa toz facit vt ꝓponat in ordine sermonibus demōstrati/ uis: vidit Arist.q̄ ille modus ꝓsideratiōis dz poni pars per se in hac scia sicut fecit in noibus significantibus inten tiones hui⁹ scientie ecōtrario ei qd fecit in alijs scientijs sc̄z q̄ in alijs scientijs exponit noia apud ꝓpriā ꝓsideratio nem in vnaquaq; scientia. In hac aūt scientia exponit no mina in vno tractatu nō ad distinguēdū nomē equinocū: sed numerando intētiones de quib⁹ cōsiderat ista scīētia. ¶Hec ille. ¶Alia etiā ratio potest assignari ex p° hui⁹.q. 7.ar.2. Q̄r sapiēs qui oia nouit⁊ cui⁹ est docere omnia: non dz celare aut occultare intentū suū. Ideo oia que pñt esse dubitabilia circa veritatem: tangere debet⁊ aperire. ¶Ad vltimū dicendū q̄ illa questio magis ē de modo ꝓsiderandi substantias: q̄z de substantijs absolute. Jō nō remouet ordo inter ꝓdictas questiones.

¶Questio 2ª. De consideratione huius scīētie q̄tuz ad causas per quas demonstrat.

Einde considerandū est de rōni/ bus quas pbus adducit ꝓ vtraq; parte circa ꝓdictas dubitatōes. ¶Circa qō tria occurrunt considerāda. ¶Primo de rōnibus questionū que p tinent ad ꝓsiderationē hui⁹ scie. ¶Scōo de hijs que pertinēt ad substātias. ¶Tertio ō hijs que pertinēt ad principia substantiaz. ¶Circa primū occur/ rit triplex consideratio. ¶Prima est de cōsideratione huius scientie quantū ad causas per quas demonstrat. ¶Scōa quantū ad principia demōstrationis. ¶Tertia q̄tum ad ipsas substantias. ¶Quantū ad p^m q̄runt tria. ¶Primo vtrū vnius scientie aut diuersaz sit omnia ge nera causaz speculari. ¶Scōo si diuerse scīētie diuersas causas considerent: que illaz debet habere magis nomē sapientie⁊ prime phye. ¶Tertio vtrū in mathematicis ⁊ in īmobilibus sit bonū siue finis⁊ causa efficiens. ¶Ibi in Doc.S.⁊ phylosopho: primū ergo de quib⁹ nō.⁊ est lectio quarta.

a **D primum** sic ꝓcedit. Videt q̄ diuersarū scīētiarū ⁊ nō vnius sit oia genera causaz speculari. Et primo arguit duab⁹ rōnibus textus. Nam q̄ cunq; diuersa pertinent ad eandē scientiam si nō sint vni⁹ rōnis: necesse est illa esse ꝑia: q̄ vnū contrariū est bene principiū cognoscendi reliquū. Sz quattuor genera cau/ saz nec sunt eiusdem rōnis nec sunt ꝑia. Ergo considera tio causaz nō pertinet ad eandem scientiā. ¶ꝑ.2°. Que cunq; diuersa considerant in aliqua scientia eadē q̄ncūq;

illa scientia cōsiderat vnū illoz: necesse est q̄ ⁊ oia alia cō sideret. Sed mathematica speculat formam ⁊ non alias causas. Ergo consideratio oium causaz vni scīe compete re nō potest. ¶ꝑ.3°. Si oia genera causaz ptinerent ad eandem sciam: vel illa talis scientia esset scīa naturalis vel mathematica vel methaphysica. Nō p^m: q̄r scientia natu ralis de principio fm spēm hoc est de forma nō bz consi derare: vt ꝓbat p° ⁊ 2° phy^e. Neq; 2^m ⁊ 3^m q̄r vtraq; abstrahit a motu cuius subiectū est materia ⁊ principiuz efficiens ⁊ terminus finis. Ergo solam formā considerat vt videt. Et sic idem qd ꝓius. ¶ꝑ.4°. Si methaphy sica haberet considerare oia genera causaz sequeretur q̄ ꝓsideraret mām. Sed hoc nō. Quod sic pz: q̄r ad metha physicam pertinet ꝓsiderare illa que pertinent ad cōem rōnem entis. Sed mā nō est cōiter causa totius entis: iz alicuius particularis entis. Unde Doc.S. in ꝓsenti ca pitulo ꝓcludit q̄ materia fm seipsam nullo mō pertinet ad ꝓsiderationem methaphysice. Igit⁊c. ¶ꝑ.5°. Di uersa illa que pertinēt ad eandem sciam habēt reduci ad aliqd vnū. Sed genera causaz cum sint prima rez prin/ cipia nō pñt reduci ad aliqd vnū. Alias nō essent prima. Igit⁊ idem qd ꝓius. ¶Sed ꝯ est pbus in textu fm quē fic arguitur. Q̄r si alterius ⁊ alteri⁹ scie esset considerare quattuor genera causaz: sequeret⁊ q̄ non posset assignari ratio quare aliqua scientia diceret⁊ prima phya ⁊ sapiētia cū sapiens dicat⁊ qui causas cognoscit. Sed hoc est cōtra determinata in p° lib⁹ hui⁹.q.7.ar.4. Igit⁊c. ¶ꝑ. 6°. Cuius perfecte est scire aliquid: eius est oēs causas p se cognoscere. Sed multa sunt entia que habēt quattuor causas per se. Ergo eoz perfecta scientia haberi non pōt absq; cognitione quattuor causaz. Et sic ad eandem sciaz pertinet ꝓsideratio q̄ttuor causaz. ¶ꝑ.7°. Illa scīētia q̄ per oēs causas demonstrat: habet oia genera causaz cōsi derare. Sed phycus per omnes causas demonstrat: cuz effectus physicus a quattuor causis dependeat: vt patet 2° physicoz. Ergo ad vnā⁊ eādē sciam pertinet conside rare oia quattuor genera causaz.

Respondeo dōm q̄ Arist.vt hic dic̄ Doc. S.nō videt exp̄sse soluisse p/ sentem questionē in sequentibus. ¶Potest tn eius solutio ex hijs que ipse inferius in diuersis locis determinat: fa/ ciliter colligi. Un dicendū est q̄ ad eandem sciam bene spectat oia genera causaz speculari: nō tamen ad quālibz. ¶Prima pars ꝓbat fm Doc.S. Tribus rōnibus. Et p° de methaphysica sic. Nam methaphysica bz conside rare de ente inquantū ens: vt pz 4° hui⁹. Ergo eius est ꝓsiderare ꝑmas ꝑtes. Omnis aūt substantia vel est ens p seipsam⁊ sic est forma. Uel est ens p suā formā⁊ sic est cōposita ex materia⁊ forma: Ergo hec scīa inquantuz est cōsideratiua entis: ꝓsiderat cām formalē. Et q̄r ipse sub/ stantie prime lz sint īmobiles fm seipsas sunt tamen cau sa motus alioz p modū finis: ideo hui⁹ scientie cuius est precipue ꝓsiderare cām finalem⁊ aliquali cām mouen/ tem eius est cōsiderare finē⁊ cām efficientem. Materiā vo bz ꝓsiderare inquātū sub ente ꝓtinet lz nō pz ipsaz Ergo ad methaphysicā ptinet ꝓsiderare oēs cās. ¶ꝑ. 2°. Eadē est rō boni⁊ finis: vt pz 2° phy^e. Sed metha physici est ꝓsiderare vltimū bonum: vt patet.12. huius. Ergo ei⁹ est ꝓsiderare vltimū finē. Sz oēs cause attribu/ tionē hnt ad finē. Ergo methaphysicus bz oēs causas cōsi derare. ¶ꝑ.3°. Cause pri⁹ sunt p̄n^a essendi q̄s mouēdi. Ergo methaphysicus q ꝓsiderat ens inquantū ens ꝓside rat oēs cās. ¶Scōo ꝓbat idez similr de physica. Quia sm ei⁹ formalr acceptū: ex q̄tuor causis dependet. Er/ go physicus oēs causas vt sunt causantes per motum: ha bet considerare. Et sic ad eandem scientiaz bene pertinet consideratio omniū quattuor causarū. ¶Scōa pars con clusionis ꝓbatur. Quia aliqua est scientia particularis sicut mathematica que abstrahit a motu⁊ a materia sen sibili: considerans aliqd ens sub ratione aliqua speciali. Ergo talis scientia non habet considerare omnes causas: sed illam solaz a qua dependet ratio formalis sui subiecti.

¶Cōsiderādum

¶Considerandū est tamen ſm Albertū in hoc 3°. tractatu. 2. ca°. p°. circa finem: q̄ ꝓsideratio oīum causaꝝ eque ꝓncipaliꝫ accepta de q̄libet cā diuersaꝝ ē sciaꝝ. Uñ sic ait. Quap: opter videbit alterius esse scie hāc causaꝝ singulas speculari principaliꝫ: qm̄ physicus principaliꝫ ꝓsiderat q̄dam mouens ⁊ mām: ⁊ secundario formā ⁊ finem. Hec considerat nisi quādam formā cū motu ⁊ mā cōceptam: ⁊ quēdam finem qui est vltimū transmutatiōis ⁊ motus. Mathematicus aūt principaliꝫ ꝓsiderat quādam formā cum quantitate conceptam: ꝛz a motu ⁊ a materia sensibili separatam. Primus aūt phūs simpliꝫ considerat finem et eam que est simpliꝫ forma. Principaliꝫ etiā considerat mouens īmobile ⁊ mām ſm q̄ est aliqua substā tia. Consideratio ergo causarū principaliter de qualibet causa accepta: diuersaꝝ est sciaꝝ. Sz si principaliꝫ ⁊ secūdario accipiaꝫ: tūc est sapientie prime ⁊ phyce ſm q̄ndā modū: vt pz ex inductis. Hec ille formaliꝫ.

Ad primū ergo dōm ſm Doc. S. in presenti lectione: q̄ illa que sunt diuersa ⁊ nō ꝛria sunt in duplici differentia. Iſtā quedā sunt que nō reducunt ad aliq̄ cōmune in vna scientia cōsideratū. Et talia nō pertinēt ad ꝓsiderationem vnius sciētie. Alia sunt que ꝛz sint diuersa ⁊ nō ꝛria: reducunt tñ ad vnū. Et talia bene ꝓsiderant in eadem scientia. Uñ quattuor gña causaꝝ ꝛz sint diuersa ⁊ nō ꝛria: q: tñ reducunt ad vnū. s. ad ens: nihil prohibet ea cōsiderari in eadem scīa ⁊ precipue in ista q̄ considerat ens inquantū ens. ¶Ad 2m dicendū q̄ nihil phibet si aliqua scīa ⁊ si nō quelibet considerat oēs causas vt dictū est in deductione cōclusionis: inquantū. s. reducunt ad aliquod vnū. ¶Ad 3m dicendus q̄ physicus habet cōsiderare oēs causas: similiꝫ ⁊ metha physicus ꝛz diuersimode. Et ꝛz phycus nō habeat cōsiderare formā que est separata a materia vt aliqui phy posuerunt: habet tñ cōsiderare formā que est principiū motꝰ ⁊ quietis. Similiꝫ ꝛz methaphysica abstrahat a materia: q. s. materia nō est de rōne entis in cōmuni: nō tñ abstrahit a materia sic q̄ materia sit ꝛ rōnem entis ꝛz nō ſm se ipsam: vt dicit Doc. S. hic. ¶Et per hoc pz solutio ad 4m. ¶Ad 5m dicendum q̄ ꝛz quattuor genera causaruꝫ nō habeant reduci ad vnā cām priorem oibus: reducūt tamen ad vnū p predicationē. s. ad ens sicut satis declaratum est in corpore articuli. ¶De quibus cansis dictum est aliqualiꝫ in p° huius. q. 10. per totā. Et inferius plenius dicet in. 5°. hui°. q. 2. ar. p°.

¶Ibi in Doc. S. ⁊ pbo. Igit̄ ex dudū determinatis,

a **Ꝺ secundum** sic procedit. Uidetur q̄ illa scientia que habet ꝓsiderare finem nō maxime debeat dici sapia ⁊ prima phya. Iſtaz sapia dicit aliquo cognoscere quid est: q̄z cognoscere quid non ē aut ꝛz aut quale. Forma aūt est rō eius q̄ qd erat eē: vt pz 2° post. ⁊. 7°. hui°. Ergo scientia habita per formam vt mathematica est certissima ⁊ per ꝑns noīe sapientie digna. ¶Ꝺ. 2°. Uidemus q̄ circa gñones ⁊ corruptiones ⁊ vliter circa oēm trāsmutationē maxime dicimur aliqd scire: q̄n̄ cognoscimus principiū motus: eo q̄ motus nihil aliud sit q̄z actus mobilis a mouente: vt pz 3° phyco. Ergo dicet q̄ illa scientia que habet considerare de causa efficiente sit maxime nomine sapie digna. ¶Sed ꝛra est pbus in textu qui sic arguit. Illa scientia que est principalis ⁊ ordinatiua aliaꝝ scientiaꝝ subditarū: dicit maxie sapientia: vt pz p° huius. q. 8. ar. 2. Ergo illa scientia que est ipsius boni ⁊ finis est maxime digna noīe sapientie. Patet ꝛia. Quia finis est quodāmodo causa oīum aliarum cāz: cū omnia alia sint ꝓpter finem. Qd etiaz pz 2° phyc. Et sic scientia que ꝓcedit per causam finalē: est ꝑncipalis ⁊ ordinatiua aliaꝝ. Cuius signuz est. Quia artes ad quas ptinent fines: principant ⁊ precipiūt artib⁹ aliis. Sic̄ gubernatiua nauifactiue: vt pz p° ethyc ⁊ 2° phyc.

Respondeo dōm q̄ philosophus in ꝓti nō determinat hāc questionē sed ex predictis rōnibus concludit q̄ cognitio cuiuslibet cause per se requiritur ad cognitionē pfectam effectꝰ habentis omnes causas per se. Ex quo vlterius cōcludit q̄ mathematicus dicit sapiens ⁊ q̄ cognitionem habet perfectissimā: ⁊ per oēs causas habet cōsiderare vt in precedenti articulo deductū est. ¶Dicendū tamen est ad questionem q̄ ꝯuis ſm quadruplicem causaꝝ ꝓsideratōem quelibet scientia possit dici sapientia ⁊ prima phya in genere: tamen simpliciter loquendo illa scientia que est ꝑcipue consideratiua cause finalis dicit simpliciter sapientia ⁊ prima phya: cū finis sit prima causaꝝ. Prima tamen partem huiꝰ conclusionis pbant duo argumenta ante in ꝓrium adducta. ¶Secūdaz vō ptē ꝓclusiōis pbat rō post in ꝓriū adducta. ¶Considerandū est tñ ſm Doc. S. in ꝑti lectione elicitiue q̄ quadruplex est modus sciendi. Iſtam quidam est modus sciendi quo scimꝰ aliqd non esse qui est p demōstrationē negatiuā. Secūs modus est quo scimus aliquid esse. Et iſte est duplex. Iſtam qdam est quo scimus qd ē res: vt q̄n̄ scimus q̄ homo est aial rōnale. Alius est modus sciendi quo scimus qualis est res aut quanta. Et hic modus diuidit in nouem predicamēta accidentiū. Alius aūt modus sciendi quo scimus quid est res est duplex. Istaz qdam est quo scimus quid est res absolute. Sicut dū scimus quid est substantia. Alius est quo scimus qd est res nō absolute: sed cū additione alicuiꝰ extrinseci: sicut cum scimus quid est accidens per additamentū sui ſbi. Unde sic dicit Doc. S. hic. Quia inter diuersos modos sciēdi magis dicimus scire illū qui scit aliquid esse q̄z illū q scit aliquid nō esse vnde ⁊ in posteriorib⁹ phylosophus probat q̄ demonstratio affirmatiua est potior q̄z negatiua. Inter eos aūt qui sciunt aliquid affirmatiue magis dicimus vnū alio scire. Sed inter eos maxie dicimus scire illum q cognoscit quid est res: q̄z enim qui cognoscit q̄ntā aut qualis est ⁊ qd possit agere vel pati. Sic igit̄ cognoscendo ipsam rem absolute perfectissimū est scire quid ē res qō est scire quid est substātia rei. Sed in alijs etiā cognoscendis puta ꝓprietatibus rei magis dicimus singula scire de quibus fiunt demōstrationes q̄n̄ etiam de ipsis ꝓprietatibus vel accidentibus scimus qō quid est: q: qō quid est nō solū inuenit in substantijs: sed etiā accidētibus. Hec ille. ¶Ex p̄dictis ergo pz q̄ hec scīa methaphysice est certissima ⁊ digna noīe sapie ⁊ est pa phya: q: est consideratiua cause formalis que est qdditas rei. Et ē princeps aliarū: q: etiam est consideratiua ipsius finis: q̄ inter ceteras causas principatum obtinet. ¶Huic sententie concordat Albertus in hoc 3°. tractatu. 2. ca°. p°. circa medium. ¶Ad argumēta aūt pz solutio in corpe articuli. ¶Ibi in Doc. S. ⁊ phylosopho. Amplius autem multis existentium.

a **Ꝺ tertium** sic proceditur. Uidet̄ q̄ in īmobilibus siue mathematicis sit bonum sine finis. Iſtam mathematicalia sunt entia realia: vt pater. 6. huius: ⁊ in. 5°. huius etiam patet. Ergo etiam ē. ¶Ꝺ. 2°. In 2° ethycor dicit̄ q̄ omnis scientia est de bono ⁊ de difficili. Ergo cum mathematica sciētia sit certissima erit de bono. ¶Ꝺ. 3°. In quantitate est per se motus: vt patet. 5°. physicor. Sed mathematicus considerat quantitatē. Ergo considerat finem quantitatis: ⁊ non solū materialiter: sed ſm q̄ est finis motus. ¶Ꝺ. 4°. Sbe separate habent causam efficientem ⁊ finem. Sed substantie separate sunt magis abstracte a motu q̄z entia mathematicalia. Ergo idem qō prius. ¶Ꝺ. 5°. In mathematicis est certissima demonstratio: vt superius dictum est. Sed principia demonstrationis sunt cause conclusionis efficientes ⁊ materiales: vt pz p° posteriox ⁊ 2° physicox. Igitur ⁊c. ¶Sed contra arguitur. Iſtam mathematicus abstrahit a motu: cuius materia est ſbm ⁊ efficiens ꝑn̄m ⁊ finis est terminus. Ergo mathematicus nō habet cōsiderare materiā efficiens ⁊ finem. ¶Ad idem videtur esse phylosophus in textu dicens. Amplius autē multis existentium non insunt omnibus omnia. Quo nanqz mo-

6. Lect. 1.

Lectio. 6.

X. 4. cō. 18

post. X. 4

Mathematicus dupliciter considerat

Finis est prima causa

Quadruplex modus sciendi

Demonstratiua est potior negatiua

Metaphysica est tota considerans Formalis vt finalis est

finis est ꝛia alius cause,

An in immobilibus sine mathematicis sit bonum sine finis

do possibile est motus principium esse immutabilis aut boni nām. Si quidem omne qđ bonum est bonum fm se ⁊ per suā nām finis est ⁊ ita: ꝙ illius causa ⁊ fiūt ⁊ sūt cetera. Finis aūt ⁊ cuius cā actus cuiusdā est finis. Sz actus oīs cum motu. Quare in imobilib⁹ nō contingit hoc esse p̄ncipiū: nec esse aliquod anthoagathon. i. p se bonū.

Respondeo dōm ꝙ in mathematicis non reperit bonū i rōne boni: nec finis sub rōne finis. Considerat tn̄ in eis id qđ est bonuz ⁊ finis. i. esse ⁊ ipm qđ quid est. Prima parte hui⁹ conclusionis ꝓbant rōnes facte ante in ꝓrium. Scōam vero partem ꝓbant rōnes adducte post in ꝓtrariū. ¶ Considerandū est aūt p⁹ pro ampliori declaratione fm Doc. S. elicitiue hic i littera ꝙ finis pōt ꝯsiderari dupliciter. Uno⁹ fm id qđ est. s. fm ꝙ est qōdam ens. Et sic finis reperit in mathematicis. Alio⁹ ꝯsiderat in rōne finis. Et hoc dupl̄r. Uno⁹ in rōne finis ⁊ termini motus. Alio⁹ in rōne termini alicui⁹ operatōis sine motu. Et isto vltimo modo reperit finis i imobilibus nō mouctib⁹ habentib⁹ intellectū ⁊ volūtatem. ¶ Considerandū est 2⁹ fm eūdē Doc. S. ꝙ triplicia sunt entia imobilia. Nam q̄daz sunt imobilia: ⁊ tn̄ sunt mouctia sicut sūt prime sbe. Et in talibus bn̄ est ꝯsiderari principiū ⁊ finis mot⁹. Alia sunt imobilia nō mouctia. Et talia sunt duplicia. Quedā sūt q̄ habent intellectū ⁊ volūtatez. Et in talib⁹ licet nō reperiat finis in rōne termini mot⁹: reperit tn̄ finis in rōne termini alicui⁹ oponis sine motu: vt dictū est. Opz. n. in eis ponere bonū qđ est obm volūtatis. Alia sunt imobilia non mouctia nō hntia intellectū ⁊ volūtatem: sicut sūt mathematicalia. Et in talibus nō ꝯsiderat finis in rōe finis. Lō siderat tn̄ in eis id qđ est bonū: vt dicit hic Doc. S. ⁊ ēt patebit in. 12. hui⁹. q. 6. ar. 3. ¶ Considerandū est tn̄ 3⁹ ꝙ mathematica p̄nt ꝯsiderari dupl̄r. Uno⁹ fm esse. Et sic in eis reperit bonū sicut hic innuit Doc. S. Alio⁹ fm ꝙ sunt abstracta fm rōnem. Et sic nihil refert in eis non eē bonū: qz rō entis pōt p̄escindi a rōne boni. Unde Doc. S. in prima pte. q. 5. ar. 3. ad 4.^m sic ait. Mathematica nō subsistunt separata fm esse: qz si sic subsisterent: esset in eis bonū. s. ipm esse ipoz. Sūt aūt mathematica separata fm rōnez tn̄: put abstrahunt a motu ⁊ a materia. Et sic abstrahunt a rōne finis qui habet rōnez mouctis. Nō est aūt inc̄ueniens ꝙ in aliquo ente fm rōnem nō sit rō boni: cū rō entis sit prior q̄ ratio boni. Hec ille. ¶ Unde ex hoc pz ꝓcordantia inter dictū Doc. S. i pñti lectōe ⁊ inter textū eius nūc adductū. Dicit. n. hic ꝙ falsum est ꝙ in mathematicis nō sit bonū sicut infra ꝓbs in 5⁹ ꝓbat. Hec ille. ¶ Considerandū est aūt 4⁹ ꝙ motus triplicit pōt esse in aliquo. Uno⁹ sicut efficiente. Et sic est in deo. Alio⁹ sicut in sbo. Et sic est imobili: vt pz in 3⁹ phy^e. Alio modo sicut in termino ad quē. Et sic albefactio esset in albedine ⁊ augmentatio in magnitudine. ¶ Considerādū est 5⁹ ꝙ sicut duplex est efficiens. vz. vnum qđ est principiū ipsius esse: ⁊ aliud qđ est p̄n^m motus: ita duplex est finis. Quidā. n. est finis qui est terminus ipsius esse. Ali⁹ est finis qui est termin⁹ motus ⁊ mutationis ⁊ quietis. Unde quidā ꝓcedunt ⁊ bene ꝙ lz in mathematicis nō sit finis 2⁹ modo: est tn̄ bene in eis finis p⁹mō qui corrīdet efficiēti p⁹ modo dicto. ¶ Ad argumēta aūt pro vtraq; parte pz solutio per notabilia superi⁹ adducta. ¶ Sciendum est tn̄ ꝙ Antoni⁹ Andree in hoc. 3⁹. q. p^a ad 2^m solvendo p^m argumentū in presenti articulo adductū: dicit ꝙ non oē bonū habet rōnem finis: nisi illud ad qđ alia ordinant. Mathematica aūt lz aliqua possint dici esse ad finem extrinsecum: tamen in eis non est finis ad quez aliud ordinatur ita ꝙ vnum sit finis alterius proprie loquēdo. Hec ille. ¶ Sed hoc est contra phylosophū p̄mo ethycorum ⁊ scōo physicoꝝ: vbi vult ꝙ omne bonum inātum bonum habet rationem finis. Unde est multa repro batione dignum.

¶ Questio tertia. Ad quam scientiam pertineat considerratio primoꝝ principioꝝ.

Einde ꝯsiderandū est de ꝯsideratione primoꝝ p̄ncipioruꝫ demōstratōis. s. ad quā sciam pertineat. ¶ Circa qđ q̄runt̄ duo. ¶ Primo vtr̄ vnius scie aut diuersaꝝ sit considerare p⁹ principia simplr ipsius demōstrationis. ¶ Scōo. Si est vnius: vtrū eiusdē scie sit ꝯsiderare ipsa principia ⁊ ībam: ⁊ si sic: que ē illa scia q̄ hmōi ꝯsiderat. ¶ Ibi in Doc. S. ⁊ phō. At vo si scientie eaꝝ tē.

D primum sic procedit. Videt ꝙ vnius scie nō sit cō siderare p̄ma p̄n^a simplr ipsius demōstratōis. Nam oēs scie vtunt̄ hijs primis principijs. Una ergo rōne vna scia ꝯsiderat illa prima principia: eadem ratione ⁊ altera. ¶ P. 2⁹. Duplex est modus quo de aliquibus est cognitio in scientijs. Unus est quo ō vno quoq; cognoscit quid est. Ali⁹ est quo cognitio p demōstrationez acquirit: vt pz 2⁹ post^e. Si ergo scia aliqua p⁹ p̄ncipia demōstratōis ꝯsiderat: vel cōsideraret ea diffinitiue vel demōstratiue. Nō primū: qz talia principia sunt complexa. Complexoꝝ aūt nō ē diffinitio: vt pz 2⁹ post^e. ⁊. 7⁹. huius. Neq; 2^m: qz ad demōstratiōem tria requirunt̄. s. sbm passio ⁊ dignitas: vt pz p⁹ posterioꝝ. Si ergo prima p̄n^a cognoscerent̄ p demōstratōem: opoteret ꝙ haberent p̄ncipia prioza. Et sic prima pricipia nō eēnt prima pricipia: vel esset ꝓcedere in īfinitū in demōstrationibus. Igit̄ tē. ¶ Sed cōtra arguit̄. Quia si in diuersis scientijs cōsiderarent̄ prima principia: sequeretur ꝙ idē esset i diuersis scientijs cōsideratū. Et sic esset supfluitas in scientijs.

Respōdeo dicēduz ꝙlz nullius scientie particularis sit prima pricipia cōsidera re: alicuius tn̄ ⁊ vnius scie cōmunis ⁊ tn̄ diuersaꝝ est ipsa cōsiderare. ¶ Prima pars huius cōclusiōis sic patet. Nam illa que ꝓstituunt ex terminis trāscēdētib⁹ sbm scie particularis: nō debent cōsiderari in aliqua scia particulari: qz transcenderet metas. Sed prima principia ponunt̄ ex terminis transcendētibus sbm cuuslibet scientie particularis. Ergo nullius scie particularis est ea cōsiderare nec ea negātibus ꝓdicere. ¶ Scōa pars. s. ꝙ alicuius scientie cōmunis sit ea considerare: probatur sic. Nam illa non debent remanere in considerata: per quorum cognitionem omnia in scientijs particularibus considerata euidentiaz accipiunt. Sed prima principia sūt huiusmodi: quia ipsis ignoratis: omnia alia ignorantur: ipsis tamen scitis omnia alia sciuntur. Ergo oportet ꝙ considerentur in aliqua scientia cōmuni. ¶ Aliam rōnem addūcit vers⁹ hic. Nam circa talia principia contingit errare ⁊ recte se habere. Ergo alicuius scientie est huiusmōi principia considerare. ¶ Sed hec ratio est contra phm i 4⁹ huius: qui vult ꝙ circa prima p̄ncipia non contingit errare: nisi intelligatur voce ⁊ non mente. Cognitis enim terminis impossibile est intellectum eis non assentire. ¶ Tertia pars scilicet ꝙ vnius scientie cōmunis ⁊ non diuersarum sit ea considerare: patet per rationez post oppositum. ¶ Considerandum est tamen ꝙ fm duplicem operationem intellectus: duplicia sunt principia demonstrationis. Quedam enim sunt principia incomplexa. Sicut ens qđ clauditur in conceptione cuiuslibet entis. Alia sunt principia complexa. Et illa sunt duplicia. Quedam sunt que componuntur ex complexione terminoꝝ trāscendentium: sicut: Impossibile est idem simul esse ⁊ nō esse. Et talia vocantur hic fm phylosophum in textu cōmunes opiniones ex quibus omnes demonstrant: inātum scilicet singula principia conclusionum propriarum demonstrationum habent firmitatem virtute horum p̄n cipioꝝ cōmunium. Sed fm aliam translationem vocantur prime propositiones vniuersales ex quibus queritur demonstratio super omne quid. Unde cōmentator in hoc. 3⁹. cōmento. 5⁹. sic ait. Dico principia demōstrationis. i. primas ꝓpositiones vles ex qbus adaptat̄ nob sup hoc omne querere demonstrationem cuius cognitio est q̄reda.

est querenda. Alia sunt principia complexa q̃ ex terminis specialib⁹ constituunt: que positiones appellant: qr ī demonstratiõibus specialib⁹ que fiũt in scientijs particularibus: tanq̃ p̃missę ingrediunt demonstratiõem vt pz p⁹ posteriox. Titul⁹ aũt hui⁹ qõnis intelligit de principijs complexis p⁹ modo sũptis ꝛ nõ de alijs: qr intelligit de principijs complexis que sũt ex terminis transcendentibus ꝛ non de alijs. Lec.16.

Ad primũ ergo dõm q̃ scientie particulares vtunt primis principijs tanq̃ quibusdam suppositionib⁹. Non tñ sequit q̃ de ipsis determinent sicut nec determinãt de ente in cõi ſm rõnem cõmunẽ eius. Cõsiderãdũ est tñ q̃ principia cõia cõplexa ꝓ̃t dupliciter ꝓsiderari. Uno⁰ vt sunt in sua cõitate remanentia. Et sic de eis nõ fit mentio in aliqua scia particulari. Alio⁰ vt sunt appropriata. Et sic bene ꝓsiderantur in scientijs particularib⁹. Ad 2m dicendũ vt dicit hic Doc. S. q̃ pbs nõ ꝓsiderat hmõi principia tanq̃ faciens ea scire diffiniẽdo vel absolute ea ꝓsiderando ꝛ demonstrando: sed solũ elenthice. i. ꝺicendo disputatiue negantibus ea: vt in 4⁰ dicet. q. 6. ar. 1. Hec ille. Huic sententie accedat Albert⁹ in hoc 3⁰ tractatu. 2⁰. ca⁰. 3⁰. sic dicens. Est tñ hec scia nõ per viã demõstratiõis ostensiue certificans de ipsis: sed potius deducens ad impossibile eũ qui ponit hoꝝ ꝓ̃ia principioꝝ. Hec ille.

Cjbi in Doc. S. ꝛ pbo at vo ꝛ de pricipijs: ꝛ ẽ lec. 5.

a **Ad secūdū** sic ꝓceditur. Ufꝫ qꝫ numeri vel consequuntur sint principia rerū. Mā nihil est in intellectu quod nō fuerit primo in sensu. Sed nihil est in sensu nisi vt sensibile ꝓpriū vl cōe ergo nec intellectu. ⁊ per ꝙns oportet qꝫ quidquid ē rei quod est obiectū nostri intellectus: sit sensibile ꝓprium vel cōe. Non ꝓpriū qꝫ tale est accīs sensibile. Igit est sensibile cōe. quod est numer⁹ magnitudo: figura ⁊ ges ⁊ sic de alijs ⁊ ita numerus ⁊ magnitudo sunt principia ⁊ substantie rex. ¶Ad 2°. Nihil eoꝝ que non significant hoc aliquid ⁊ per se subsistens seu aliquid absolutū: pōt eē principiū ⁊ substantia rerū. Sed illa que sunt prēter quattuor elementa. s. ignē: aerem: aquam: ⁊ terram aut sunt qualitates actiones passiones motus orationes: que voce ꝓferuntur: aut relationes: ⁊ sic de alijs accidentibus: quoꝝ nullum significat aliquid absolutū ⁊ per se subsistens: ergo nullum eoꝝ est substantia ⁊ principium rerum. Si ergo aliquid sit substantia rerum oportet qꝫ sint quattuor elementa aut aliquod aliorum. Sed in elementis inueniuntur quedam dispositiones. s. calor ⁊ frigus ⁊ alie huiusmodi passiones que non sunt substā tie. Unde relinquitur qꝫ solum corꝑus sit substātia. ¶Ad 3°. Id per quod aliquid diffinitur: est substantia ei⁹. Mā diffinitio significat substantiam vt patet. 7°. huius. Sed corꝑus diffinitur per superficiem ⁊ superficies per lineam ⁊ linea per punctum ⁊ punctus per vnitatem fz pla tonicos qui dicunt qꝫ punctus est vnitas positionē habēs ergo superficies est substantia corꝑis: ⁊ sic de alijs. ¶Ad 4°. Id quod est ꝓius videtur magis esse principium ⁊ substantia rerū. sed superficies naturaliter est ꝓior corꝑe: quia superficies potest esse sine corꝑe ⁊ nō econtra. Ergo superficies est magis principium ⁊ substantia ꝙs corꝑus ⁊ sic de alijs ꝓioribus superficie relinquitur ergo qꝫ magnitudines ⁊ numeri que vnitate oriuntur trahunt sint substantie ⁊ principia rerum. ¶Sz contra arguit phylosophus quattuor rationibus. ꝓprio si longitudines ⁊ puncta sunt magis substantie quā corꝑora: sequitur qꝫ si huiusmodi longitudines non sunt substantie qꝫ neqz corꝑora erunt substantie ⁊ per consequens qꝫ nihil erit substantia. qꝝ accidentia corꝑorum nō sunt substantie. Sed manifestuz est qꝫ longitudines ⁊ numeri non sunt substantie quia nominantur per modum aliorum accidentium circa idem subiectum. ¶ Ꝑ. 5°. Longitudines superficies ⁊ linee sunt quedam dimensiones corꝑoris vel secundum latitudinem vt superficies vel secundum longitudinem vt linea vel secundum profunditatem vt corꝑus sed dimensiones corꝑoris non sunt substantie. Igitur ⁊c. ¶Ꝑ 6°. Substantia actu est in eo cuius est substantia. Si superficies ⁊ linee non sunt actu in corꝑore. Igitur ⁊c. ꝓbatio medie. quia que libet figura que potest pertrahi ex corꝑore solido simili modo est in corꝑore solido. Sed manifestum est qꝫ in quodam magno lapide nundum secto nō est forma mercurij actu sed solum in potentia. Ergo similiter in cubo in corꝑore habente sex superficies non inest medietas cubi actu que est in alia qualibet figura. Sed omnis pertractio noue figure in solido exciso fit secundum aliquaz superficiem que terminat figuram. Ergo manifestum est qꝫ neqz talis superficies est actu in corꝑore sed solum in potentia. Quia si quelibet superficies ꝓeter exteriores essent actu in corꝑore solido: pari ratione essent ibi in actu superficies que determinant figuram medietatis ergo ⁊c. ¶Ꝑ 7°. Omnis substantia que ꝓius non fuit ⁊ postea est: vel que ꝓius fuit ⁊ postea non est: est generabilis ⁊ corruptibilis sicut manifeste apparet ex omnibus his que per motum causantur. Sed puncta linee ⁊ superficies quandoqz non sunt. ¶ Et tamen neqz generantur neqz corrumpuntur ergo non sunt substantie rerum. ꝓbatio ꝓme partis medie. Quia contingit corꝑora ꝓius diuersa copulari in vnum: ⁊ ꝓius copulata diuidi. Sed quando corꝑora ꝓius diuisa copulantur fit vna superficies duorum corꝑorum ex eo quod partes corꝑoris copulantur ad eundem terminum communem qui est superficies. Et quando vnum corꝑus diuiditur in duo: efficiuntur due superficies. Ergo relinquitur qꝫ superficies ⁊ linee quandoqz esse incipiunt ⁊ quandoqz esse desinunt. ¶Secunda pars patet: quia omne qꝫ generatur ex aliquo generatur ⁊ omne qꝫ corrumpitur in aliquid corrumpitur sicut in materiam. Sed non est dare aliquam materiam ex qua ista generantur ⁊ in quam corrumpuntur ꝓpter eorum simplicitatem. Ergo non generantur neqz corrumpuntur. ¶Confirmatur: quia ita se habet nunc in tempore sicut punctus in linea. Sed nunc non potest generari aut corrumpi: qa si generaretur aut corrumperetur oporteret qꝫ generatio aut corruptio eius vel mensuraretur aliquo tempore vel instanti. Et sic mensura ipsius nunc esset vel aliō nec in infinitum vel tempus quod est impossibile. Et lz nec non generetur neqz corrumpatur tamen videt semper esse aliud ⁊ aliud nunc non quidem qꝫ differat secundum substantiam: quia substantia ipsius nūc correspondet subiecto mobili. sed secundum esse quia variatio ipsius materie secundum esse respondet variationi motus. Ergo etiam punctus in comparatione ad lineam nō generatur neqz corrumpitur tamen aliter ⁊ aliter se habet secundum esse ⁊ sic quandoqz quidem est: ⁊ quandoqz quidem non est quod fuit ꝓbandum.

Respondeo dicendum qꝫ veritas huius questionis vt dicit Doctor S. hic est qꝫ huiusmodi mathematica non sunt substantie rerum sed sunt accidentia superuenientia substantijs. Deceptio autem quantum ad magnitudines prouenit ex hoc qꝫ non distinguitur de corꝑore secundum qꝫ est in genere substantie ⁊ secundum qꝫ est in genere quantitatis. In genere enim substantie est secundum qꝫ componitur ex materia ⁊ forma. In genere vero quantitatis secundum qꝫ ipsum consequūtur dimensiones in materia corporali. Ipse autem dimensiones pertinēt ad genus quantitatis que non sunt substantie sed accidentia quibus subijcitur substantia composita ex materia ⁊ forma sicut etiam supradictum est qꝫ deceptio ponentiuz nume

ros esse substantias rerum proueniebat ex hoc q̄ non distinguebant inter vnum quod est principium numeri ⁊ vnum quod conuertitur cum ente. Hec ille. Quod autem predicte dimensiones non sunt principia substantialia rerum: preter rationes quattuor adductas post oppositum potest sic probari: quia operatio facit scire formaz substantialem rei. Sed quantumcunqz assignetur alteri aliquid in dimensionibus: non propter hoc oportet q̄ attingat operationem eius sicut quantumcunqz statua assimiletur homini: nunquam attingit actum rationandi. Igitur dimensiones non sunt forme substantiales rerum. Nec sunt materia rei. quia materia semper manet sed dimensiones transmutantur substantia remanente. Ergo non sunt materia rei. Exquo sequitur q̄ non sunt compositum ⁊ per consequens q̄ non sunt substantie rerum. ¶Sed pro ampliori declaratione eorum que dicta sunt in principio corporis articuli. Considerandum est: q̄ corpus dupliciter potest considerari. Uno modo pro eo quod dicit trinam dimensionem idest longitudinem latitudinem ⁊ profunditatem. Et sic est in genere quantitatis. Alio modo pro eo quod habet talem naturam vt in eo possint inueniri tres dimensiones. Et hoc dupliciter vno modo cum precisione vt scilicet ex illa natura seu forma nulla alia perfectio sequatur. Et sic est pars animalis. Alio modo potest accipi corpus vt significat talem formam seu naturam. Ex qua possunt in eo tres dimensiones designari non cum precisione: sed siue sit talis forma q̄ ex ea possit prouenire. Ulterior perfectio siue nō ⁊ sic corpus est genus animalis. Et hoc patet per Doc. S. in de ente ⁊ essentia: vbi sic ait. hoc ergo nomen qō est corpus multipliciter accipi potest. Corpus enim secundum q̄ est de genere substantie dicitur ex eo q̄ habet talem naturam. Ut in eo possint designari tres dimē siones. Ipse vero tres dimensiones designate sunt corp⁹ secundum q̄ est de genere quantitatis. Contingit autez in rebus vt quod habet vnam perfectionem adulterio rem etiam perfectionem pertingat: sicut patet in homine qui animam sensitiuam habet: ⁊ vlterius intellectiuā. Similiter autem super hanc perfectionem que est habere talem formam vt in ea possint tres dimensiones designari potest alia perfectio adiungi: vt vita vel aliquid huiusmodi potest ergo hoc nomē corp⁹ significare rez quādam que habet talem formam ex qua sequitur de signabilitas in re ipsa trium dimensionum cum precisione: vt scilicet ex illa forma nulla vlterior perfectio sequatur. Sed si quid aliud superadditur. sit preter intentionē corporis sic dicti. hoc modo corpus erit integralis ⁊ materialis pars animalis: quia scilicet anima erit preter id quod significatum est nomine corporis ⁊ erit superueniens ipsi corpori ita q̄ ex ipsis scilicet ex anima ⁊ ex corpore. Sicut ex partibus constituatur animal. Ipotest ⁊ hoc nomen corpus hoc modo accipi vt significet rez quādam que habet talem formam ex qua possunt in ea tres dimensiones designari quecunqz forma sit illa siue ex ea possit prouenire aliqua vlterior perfectio siue non. Et hoc modo corpus est genus animalis quia in animali nihil est accipere quod non incorpore implicite contineat. Non enim anima est alia forma ab illa per quam possunt tres dimensiones designari. hec ille ⁊ feliciter.

Ad primum ergo dicendum q̄ licet nihil sit in intellectu quod non fuerit in sensu aut per se aut in suo simili seu per speciem p̄priam seu per speciem alterius. Non tamē propter hoc sequitur q̄ sensibile commune sit proprium obiectum itellectus idest quidditas rei materialis quia quidditas rei non fuit nec est in sensu per propriam speciem. Sed per accidens. vz. per speciem alterius ⁊ in suo simili vt declaratum est in primo ⁊ secundo posteriorum. ¶Ad secundum dicendum q̄ corpus secundum q̄ est de predicamento quantitatis: non est principium substantie rerum. Sed secundum q̄ est de predicamento substantie: sic est principium secundum rationem. Si autem accipiatur prout est genus animalis. sic est principium materiale omnium corporalium secundum tamē diuersos gradus proportionis. ¶Ad tertium dicendum q̄ licet corpus de predicamento quantitatis diffiniatur per superficiē corp⁹ dō gñe sbe: ⁊ lz corp⁹ de genere quantitatis diffiniatur per superficiem diffinitione materiali: non tamen diffinitione quidditatiua. Hec enim non est predicatio essentialis corpus est superficies: sed magis est predicatio materialis: ita q̄ sit sensus q̄ ex fluxu superficiei in profundum causatur corpus vt patebit. ⁊c hu⁹ius. ¶Ad vltimum dicendum q̄ licet superficies sit prior corpore ordine generationis loquendo de corpore quod est de genere quantitatis: tamen nec superficies nec corpus est principium substantie rerum vt ex dictis patet. Unde argumentum presupponit falsuz scilicet q̄ corpus de genere quantitatis sit principium ⁊ substantia rerum quod est negandum. ¶Alias autem rationes post incontrarium adductas concedimus. Uerumtamen circa vltimam rationem oritur difficultas. Utrum. vz. sit vnum ⁊ idem nunc realiter in toto tempore vt videtur hic innuere Doc. S. ¶Et videtur q̄ non quia illa dicuntur simili que sunt in eodez nunc vt dicitur quarto physicorum ⁊ in post predicamentis. ¶Si ergo idez sit nunc in toto tempore: sequitur q̄ illa que fuerunt vltra mille annos ⁊ illa que sunt hodie sunt. Simul quod est absurdum: ergo ⁊c. ¶Preterea 2°. Nunc correspondet motui. Sed non est idem motus in toto tempore. ergo non est idem nunc. ¶Preterea. 3°. Cuilibet continui sunt duo termini sed termini temporis sunt ipsa nunc ergo ipsa nūc sūt distincta. ¶Preterea 4°. In successiuis dum aliquid est: verum est dicere immediate ante hoc non fuit ⁊ postea non erit: quia successiuorum, eo do fiunt sunt. Sed nunc est de genere successiuorum, ergo illud nunc quod in presenti est ante non fuit ⁊ statim postea non erit. Et sic non potest esse vnum ⁊ idem nūc in toto tempore. ¶Sed dicendum q̄ idez nunc eē in toto tempore secundū rem potest intelligi dupliciter. vno modo q̄ idem secundum substantiam ⁊ secundum rem corrñdet variationi motus ⁊ per hoc patet solutio. Et sic non est idem ad secundam obiectionem. Aliomodo q̄ idem nunc secundum substantiam. differens autem secundum esse. Et sic est idem nunc in toto tempore: quia substantia ipsius nunc correspondet subiecto mobili quod est vnum ⁊ idem secundum substantiam: vt patet de corpore celesti. Quod etiam aliunde patet. Nam sicut se habet punctus ad lineam ex cuius fluxu causatur linea: ita se habet nunc ad tempus ex cuius fluxu imaginario causatur tempus. Sed punctus qui suo fluxu causat lineam manet idem secundum substantiam ⁊ variatur tantum secundum esse. Ergo ⁊ ipsum nunc. Hinc est q̄ dicitur in quarto physicorum q̄ nunc est numerus eius q̄ fertur secundum q̄ fertur. ¶Uerumtamen Antonius Andree tertio huius questione vltima dicit q̄ nunc est aliud ⁊ aliud secundum substantiam in toto tempore. sicut est aliud ⁊ aliud punctum in tota linea. qui mouentur propter rationes adductas in capite dubij. Et dicit q̄ non est intentio phylosophi hic dicere licet prima facie appareat q̄ sit idem nunc in toto tempore sed q̄ vnū nunc consideratum secundum se est idem. Et hoc est dicere esse idem secundum substantiam. Consideratum autem in ordine ad tempus preteritum ⁊ futurum cum sit terminus preteriti ⁊ principium futuri distingui dicitur secundum esse quia alia est ratio termini ⁊ alia principij. Unum ergo nunc habet ydemptitatem secundum substantiam hoc est ad se ⁊ habet distinctionem secundum esse respectu partium temporis. Et non est tanta ydemptitas in toto tempore cum illa sit infinita quanta est ydemptitas vnius instantis. Ergo in toto tempore necesse est esse aliud ⁊ aliud nunc fm substantiam. Hec ille. ¶Sed hoc de directo est contra textum phi

phi in presenti passu. Dicit enim hic phylosophus. At tamen aliud nunc videtur semper esse non substantia ali qua existens: est ēt contra phylosophum in quarto phy sicorum vbi ex proprietate ipsius nunc habetur tempo re vnum in toto secundum substantiam ⁊ subiecto. qō probatur per eum ibidem: quia sicut motus insequitur magnitudinem ita tempus insequitur motum. In vtro q3 enim reperitur prius ⁊ posterius. Et sicut se h3 mo bile ad motum: ita nunc ad tempus. Sed mobile quod fertur est idem subiecto in toto motu siue sit punctū qō in toto fluxu causat lineam. Et tamen est alterum ratione ⁊ secundum esse inquantum fluit de priori in posterius ⁊ secundum renouationem situs ipsius mobilis quod in spacio fertur de priori in posterius sicut latius patet per Doc. S. In tractatu de tempore ⁊ nunc circa finem.

¶ Ad primam autem rationem dubij dicendum est q̄ illa dicuntur simul que sunt in eodem nunc secundum substantiam ⁊ secundum esse. non autem illa que sunt in eodem nunc secundum substantiam: diuerso tamen sēs esse. ⁊ per hoc patet solutio ad tertium. ¶ Ad secundū patuit solutio ex dictis.

¶ Vbi in Doc. S. ⁊ phylosopho. Omnino vero dubita bit aliquis quare o3 ponere quedam p̄ter sensualia: vt q̄ sunt intermedia quas ponimus species. Nam si ideo ga mathematica a presentib⁹ in aliquo quoddam specie dif ferūt: esse vero plura simili non erūt eo3 principia nume ro determinata: quemadmodū nec principiū litterarum numero quidem omniū non principia determinata sed specie: nisi quis sumat bui⁹ syllabe aut huius vocis harū enim erunt ⁊ numero determinata. Similiter autem ⁊ in eis que sūt intermedia. infinita enim ⁊ illic sunt q̄ eiusdem speciei: q3 si nō p̄ter sensibilia ⁊ mathematica alia quedā qualia dicunt species ipsas qdā nō erit vna nume ro ⁊ specie substantia nec principia entium numero exi stunt ēsta alia sed specie. ergo si hoc esset necessarium ⁊ species necessarium est propter hoc esse. etenim si non bene dearticulatum dicentes: sed hoc est quod volunt ⁊ eos ea necesse est dicere: q3 speciez singula substantia q̄ dam est: sed nō secundum accidens. At vero si ponim⁹ species esse ⁊ vnum numero principia ⁊ nō spē dixim⁹ q̄ cōtingere necesse est impossibiliter. ⁊ est lec. 14.

a **D tertium** sic proceditur videtur q̄ supra mathematica sint alique species separate que sunt principia ⁊ substantie reruz sensibiliū. ¶ Primo ratione phylosophi. Nam si nihil esset p̄ter sensibilia ⁊ mathe matica sequeretur q̄ principia rerum non essent deter minata aliquo numero sed solum secundum speciem. ſz necessarium est q̄ principia sint determinata secundum numerum. Alioquin esset principia infinita numero er go sequitur q̄ necesse est esse species p̄ter sensibilia ⁊ mathematica prima sequela sic patet. Nam sicut se habēt principia sensibilium ad sensibilia: ita se habēt principia mathematicalia ad mathematica quia tam in sensibilib⁹ quā mathematicis sunt plura individua vnius speciei. ſz manifestum est q̄ in sensibilibus propter hoc q̄ sunt plu ra individua vnius speciei specialissime principia sensibi lium non sunt determinata secundum numerum sed so lum specie. Nisi forte accipiantur propria principia hu ius individui que sunt etiam numero determinata ergo eadem ratione in mathematicis principia non poterunt esse determinata numero sed solum secundum speciem quia sunt plura individua eiusdem speciei. Si vero non ponantur alique alie species p̄ter species sensibiles ⁊ mathematicas principia reruz non erunt determinata se cundum numerum sed solum secundum speciem. quod fuit probandum. ¶ Preterea 2°. Angeli sunt species se parate a sensibilibus ⁊ mathematicis: vt patet .6°.7°. ⁊ 8. huius ⁊ tamen sunt principia rerum: vt patet in p̄n cipio primi huius secundum Doc. S. ergo principia re rum sunt species separate. ¶ Preterea 3°. Rationes re rum quibus res producuntur in esse sunt separate a reb⁹ quia sunt in mente artificis. Sed ratio substantia ⁊ for ma ⁊ species idem sunt: vt patet quinto huius ergo spe cies que dicunt esse principia rerum sunt species separa te. ¶ Preterea. 4°. Mathaphysicalia sūt separata scōm rem ⁊ rationem a sensibilibus ⁊ mathematicis. ⁊ tamē talia sunt principia rerum etiam formalia cum de omnib⁹ formaliter predicentur. ergo idem quod prius.

¶ Preterea. 5°. Uniuersale ante rem precedit id cuius est vniuersale. ergo est ab eo separatum: sed aliqua spe cies potest dici vniuersale ante rem secundum esse quod habet in suis causis consideratum. ergo species est sepa rata a rebus ⁊ cum vniuersale sit principium sequit̄ q̄ aliquid separatum a sensibilibus ⁊ mathematicis sit p̄n cipium ⁊ substantia rerum. ¶ Sed incontrariū arguit phylosophus: quia si ponatur species separatas esse ⁊ q̄ principia non solum sunt determinata specie sed etiaz numero: illa inconuenientia sequuntur que adducta sunt superius: videlicet q̄ principium formale erit separatū ab eo cuius est principium ⁊ q̄ erit celum p̄ter hoc celum. ergo ⁊c̄.

Respondeo dicendum q̄ veritas huius questiōis est vt dicit hic Doc. S. q̄ sicut mathematica ⁊ sensibilia non sunt p̄ter⁹ sensi bilia ita nec species reruz separate sunt p̄ter mathema tica. Principia autem rerum efficientia ⁊ mouentia sūt determinata numero. Sed principia formalia rerū quo rum sūt multa individua vnius speciei non sunt determi nata numero: sed solum specie. Hec ille. ¶ Est tamen primo aduertendum quod duplex est separatio. quedaz est realis. ⁊ sic species rerum non sunt separate a rebus loquendo de rebus sensibilibus. Alia est separatio ra tionis que fit per intellectum. ⁊ talis est duplex quedaz est per primam operationem intellectus secundum quā intellectus intelligit superius non intelligendo inferi⁹ sim plici conceptu. ⁊ sic species rerum sensibiliuz sunt abstra cte a sensibilibus individuis inesse individuali considera tis. Alia est abstractio rationis per secundam operationē intellectus intelligendo scilicet vniuersale esse p̄ter sin gularia. Et sic abstrahentium non est mendacium vt di citur secundo physicorum. Unde species rerum sensibi lium isto modo non sunt abstracte ab individuis. Spe cies autem rerum separatarum a materia sunt in dupli ci differentia: quedam enim sunt de quarum ratione est q̄ sint sine materia sicut angeli: ⁊ tales sunt separate a ma teria seclusa quacunq3 operatione intellectus. Alie sūt de quarum ratione non est materia: non tamen est cōtra ea3 rationez sicut sunt transcendentia ⁊ entia alia mathe maticalia talia aūt sunt separata secundum rationem ⁊ se cundum esse non quidez q̄ esse non habeant in materia sed quia eis non repugnat esse sine materia. Sed cuz in tellectus noster ortum habeat a sensu ⁊ nihil intelligat nisi quod cadit sub sensu. Oritur hic difficultas quomo do possimus intelligere ista transcendentia ⁊ substantias separatas que sunt abstracta a materialibus q̄ solū cū sint sensibilia cadunt sub sensu. ¶ Sed pro amplioꝛ intelle ctu huius est considerandum secundo secundum Doc. S. Super boetio de trinitate questione vltima ar. scōo in corpore: quod in qualibet cognitione est duo conside rare. s. principium ⁊ terminum. Principium quidem ad apprehensionem pertinet: terminus autem ad iudi cium. Ibi enim cognitio perficitur: principium ergo cu iuslibet nostre cognitionis est in sensu quia ex apprehen sione sensus causatur apprehensio fantasie que est motus factus a sensu. Ut phylosophus dicit aqua iteruz oritur apprehensio intellectiua in nobis cum fantasmata sint in tellectiue anime vt obiecta: vt patet tertio de anima. sed terminus cognitionis non semper ē vniformiter quādo q3 autem est in sensu quandoq3 in ymaginationez quan doq3 autem in solo intellectu quandoq3 proprietates ⁊ accidētia rei que sensu demonstrantur: sufficienter ex

Lec. 13. ⁊ com. 18.

primunt naturam rei: tunc oportet iudicari de rei natura quod facit intellectus vniformiter his que sensus demonstrat de re. Et huiusmodi sunt omnes res materiales que sunt determinate ad naturam sensibilez. Et ideo in scientia naturali terminari debet cognitio ad sensum. scilicet hoc modo iudicemus de rebus naturalibus secundum q̄ sensus eas demonstrat: vt patet in tertio celi ⁊ mundi ⁊ qui sensum negligit in naturalibus cadit in errorem. Et hec sunt naturalia que sunt concreta cum materia sensibili ⁊ motu ⁊ secundum esse ⁊ secundum considerationem. quedam vero sunt quorum iudicium non dependet ex his que sensu percipiuntur que quāuis secundum se sint in materia sensibili tamen secundum rōnem diffinitiuam sunt a materia sensibili abstracta. Iudicium autem potissimum de vnaquaq̄ re fit secundum eius diffinitiuam rationem. ¶Sed q̄ secundum rationem diffinitiuam non abstrahunt a qualibet materia sed solum a sensibili ⁊ remotis conditionibus sensibilib⁹ ad huc remanet aliquod ymaginabile: ideo oportet in talibus q̄ iudicium sumatur secundū id quod ymaginatio demonstrat. huiusmodi autem sunt mathematicalia in mathematicis autem oportet iudicium seu cognitionez terminari ad ymaginationem non ad sensum: quia iudicium mathematicum superat apprehensionem sensus. Unde non est idem iudicium de linea mathematica q̄ñ q̄z quod est de sensibili. sicut in hoc q̄ linea recta tangit speram solum secundum punctum quod conuenit recte linee separate: non autem recte linee in materia vt dicitur in primo de anima. ¶Quedam vero sunt que excedunt ⁊ id quod cadit sub sensu ⁊ id quod cadit sub ymaginatione. sicut illa que omnino a materia: non dependet neq̄z secundum esse neq̄z secundum considerationem. At vero talium cognitio seu iudicium non debet terminari neq̄z ad ymaginationem neq̄z ad sensū. Sed tamen ex his que sensu vel ymaginatiōe apprehēduntur in horum cognitionē deuenim⁹ vel per viaz cālitatis cū ex effectu causa cognoscitur que non est effectui commensurata sed excellens vel per excessum. vel per remotionem quando omnia que sensus vel ymaginatio apprehendit de his rebus sunt separata. quos modos cognoscendi diuina ex sensibilibus ponit Dionysius in libro de. di. no. Uti ergo possumus in diuinis sensu ⁊ ymaginatione sicut principijs nostre considerationis: sed non sicut terminis: vt scilicet iudicemus talia esse diuina qualia sunt que sensus ⁊ ymaginatio apprehendit: deduci autem ad aliquid est ad illō terminari. ⁊ ideo in diuinis neq̄z ad ymaginationem neq̄z ad sensum habem⁹ deduci. In mathematicis autem ad ymaginationem ⁊ non ad sensuz in naturalibus vero etiam ad sensum ⁊ propter hoc peccant q̄ in his que sunt partis speculatiue vniformiter procedere nituntur. Hec ille formaliter. Beatus vir qui intelligit. Et idem est iudicium de mathematicis sicut de diuinis vt ex dictis eiusdem Doctoris Sancti manifeste eliceret.

Lect. 12. ⁊ cōm. 60.

Ad primum ergo dicendum q̄ principia effectiua ⁊ finalia siue motiua p̄ma sunt determinata secundum numerum: sed principia intrinseca sunt determinata secundum speciem ⁊ non secundum numerum saltem quo ad nos secus ex parte rei sicut enim indiuidua sunt finita secundum naturam infinita autem quo ad nos: ita ⁊ principia intrinseca eorum sūt determinata secundum naturam sed indeterminata ex parte nostre cognitionis. ¶Ad secundum dicendum q̄ licz angeli sint principia rerum sensibilium quodammodo actiua seu motiua non tamen sunt principia formalia predicabilia de sensibilibus de quibus platonici loquebanē ponendo species separatas a sensibilibus vt in primo dictum est cūm de platonis positione agebatur. ¶Ad tertium dicendum q̄ si accipiatur ratio pro exemplari vel ydea: sic rationes rerum sunt separate a sensibilibus. Sz tales rationes non sunt species predicabiles de eis vt satis manifestum est igitur nihil ad propositum. Et si dicitur: idem est modus quo de⁹ cognoscit se ⁊ alias res sed cognoscit se per suam essentiam ergo cognoscit alias res per suas essentias cognoscit autem alias res per rationes ydeales: ergo ille rationes sunt essentie rerum. ¶Ad hoc respondet Doc. S. in de ueritate. q. 3. ar. primo adultimum. vbi sic ait. q̄ deus eodem modo cognoscit se ⁊ alia si accipiatur modus cognitionis ex parte cognoscentis non autem si accipiatur ex parte rei cognite: q̄ creatura que adeo cognoscitur nō est idem secundum rem cuz medio quo deus cognoscit sed ipse est idem re cum eo. Unde nulla multiplicitas in eius scientia sequitur. Hec ille. ¶Ad quartum dicendum q̄ methaphysicalia illa q̄ formaliter predicantur de sensibilibus sunt quedam principia sm rationem sed non secundum rem vt supra expositum est ar. 1. c. de vniuersalibus ⁊ de ente ⁊ vno. Et licet methaphysicus consideraret proprias species omnium rerum: non tamen eas considerat secundum proprias rationes sed secundum communem rationem entis. Ut patet per Doc. S. Super boetio de trinitate questione penultima ar. vltimo ad sextum vbi dicit q̄ methaphysicus considerat etiam de singulis entibus non secundum proprias rationes per quas sunt tale vel tale ens sed secundum q̄ participant communem rationem entis. Et sic etiam pertinet ad eius considerationez materia ⁊ motus. Hec ille. Idem dicit in prohemio sententiaruz ar. secundo in corpore. Ubi sic ait methaphysica que considerat omnia inquantum sunt entia non descendit ad propriam cognitionem moralium vel naturalium. Ratio enim entis cum diuersificata sit in diuersis non est sufficiens ad specialem rerum cognitionem. Hec ille. ¶Ad vltimum dicendū q̄ vniuersale ante rem secundum eē quod habet in principijs suis ⁊ causis effectuis precedit singulare natura. Non tamen propter hoc oportet q̄ tale vniuersale consideratum vt est natura predicabilis ō sensibilibus sicut platonici ymaginabantur. Sic separatū secundum esse a singularibus sed solum secundum rationem. Quod autem sit aliquod vniuersale ante rem in re ⁊ post rem patet per Doc. S. secundo sententiarum di. 3. q. 3. arti. secundo ad primum vbi dicit q̄ triplex est vniuersale quodam est in re scilicet natura ipsa que ē in particularibus quamuis in eis non sit secundum rationē vniuersalitatis in actu. Et est etiam quoddam vniuersale a re acceptum per abstractionem: ⁊ hoc quidem posterius est ⁊ hoc modo forme angelorum non sunt vniuersales. Et est etiam vniuersale ante rem quod est p̄i⁹ ipsa re. sicut forma domus in mente edificatoris. ⁊ per hunc modum sunt forme vniuersales rerum in mente angelica existentes non ita q̄ sint operatiue sed quasi operatiuis similes. sicut aliquis speculatiue scientiam operatiuam habet. Hec ille.

¶Questio. 11ª. De actualitate ⁊ potentialitate ⁊ singularitate principiorum ipsarum rerum.

Inaliter considerandum restat de actualitate ⁊ potentialitate principiorum ipsarum rerum sensibilium. ¶Circa quod querūt duo. ¶Primo vtrum principia rerum sint actu vel potentia. ¶Secundo vtr̄ sunt vniuersalia vel singularia.

¶Ibi in Doc. S. ⁊ phylosopho. His autem affine est quarevtrum potestate sunt elementa aut aliquo alio modo. Nam si aliter prius aliquid erit principijs aliud prior erit potestas causa illa: sed possibile non est necessarium illo modo se habere. Si vero potestate sunt elementa nihil entium esse conuenit: nam possibile est esse quod nō dum est ens: fit enim non ens. nihil autem fit impossibile esse. bas igitur dubitationes querere necesse est.

Ad primuz

Primum sic proceditur. Videt q̄ principia sunt ī potentia ⁊ non in actu. Nam si principia rerum essent in actu sequeretur q̄ aliquid esset prius primis principijs. Sed hoc est inconueniens q̄ aliqd sit prius primo principio. ergo impossibile est q̄ principiū sit aliter q̄ in potentia. Sequela prima patet q̄ potentia est prior actu. quod patet ex hoc q̄ prius est a quo nō cō uertitur essendi cōsequentia. sed potētia est huiusmodi re spectu actus. Sequitur autem si est q̄ possit esse. non autem ex necessitate sequitur. Si est possibile q̄ sit in actu: ergo ⁊c. ¶ Ď. 2°. Ex duobus existentibus in actu non potest fieri. Vnum tertium quia distinctorum inquantuz huiusmodi non fit vnio: oportet ergo q̄ alterum sit in potentia ⁊ alterum in actu ex quibus fit vnum: non ergo omnia principia sunt in actu. ¶ Ď. 3°. res producuntur e. 2. ⁊ in. 6. inesse per motum: sed motus est actus entis in potētia vt patet tertio physicorum. ergo idem quod prius. ¶ Sed contrarium arguit philosophus: nam si principia sint tantum in potentia erunt non entia ⁊ per consequens effectus nihil erunt. ⁊ sic nihil erit in entibus quod est in conueniens. Assumptum probatur. quia illud quod est possibile esse nondum est ens. quod sic patet nam quod est non fit ergo id quod fit est non ens: sed nihil fit nisi qō possibile est esse. ergo omne quod est possibile esse est non ens. ⁊ sic in principia essent in potentia tantum esset non entia quod fuit probandum.

Respondeo dicendum q̄ in eo quod mouetur de potentia ad actuz potentia est prior actu: vt patebit. 9°. huius. q. 5. ar. 1°. simpliciter tamen actus est prior: potentia quia id quod mouetur de potentia ad actuz non potest moueri nisi per aliquid in actu: ⁊ sic oportet primum principium eē in actu hec Doc. S. in presenti lectione. ¶ Pro cuius declaratione considerandum est q̄ antiqui non considerantes differentiam inter ens actu ⁊ purum nihil posuerunt materiale principiuz esse ens actu de se. Aristo. vero inter ens actu ⁊ purum nihil posuit medium. s. ens in potentia. ꝛō posuit principium materiale esse de se ens in potētia tm̄. Et quia potētia pura nō pōt se ipsam reducere ad actum ideo posuit principiū efficiens in actu quod materiam ducit ad actū: sed quia huiusmodi efficiens est principiū extrinsecum ⁊ cū materia vt dictum est de se non ē ens actu sed in potentia ideo philosophus posuit aliud principium intrinsecum quod est actus materie. ⁊ hoc ē forma a qua materia habet esse formaliter. Sic ergo in rebꝰ compositis vnum principium intrinsecum de natura sua est potentia tantum. s. materiam alteruz est actus scilicet forma. In simplicibus vero ipsum principium intrinsecum cum est ipsa forma: que licet componatur ex quo est ⁊ quod est: non tamen componitur ex materia ⁊ forma. Vnde in ipsis forma est actus: ⁊ tota substantia ipsoruz: Sed quantum ad principia extrinseca principium efficiens est actus. Similiter ⁊ vltimus finis simpliciter. Sz finis propinquus quantum ad esse reale est potentia tantum. Quantum vero ad esse intentionale est actu. ¶ Ex quo patet responsio ad titulum questionis ⁊ ad argumē ta: si diligenter ea que dicta sunt considerētur.

¶ Vbi in Doc. S. ⁊ pbo. Et vtrum vniuersalia sint ⁊c.

a Secundum sic procedit. Videtur q̄ pncipia rerum sunt vniuersalia ⁊ non singularia. Naz si essent singularia eorum non esset sciētia neqz intellectus: cum singularium non sit scientia: sed ꝺsequēs est falsum. q. ꝓdicamentoꝝ que sunt vniuersalia ē scia. Igitur ⁊c. ¶ Ď. 2° effectus ad causaz debet esse proporc. 6. ⁊ tio vt patet secundo physicorum. Sed aliquis est effectus vniuersalissimus scilicet esse. ꝺPrimum enim rerū com. 8. creaturarum est esse ergo ꝺprimm eius ē vniuersalissimū. ¶ ꝺPretera. 3° que inueniuntur in pluribꝰ pñt̄dici vniuersalia: cū propter ea aliqua dicant esse vīa q. predicā tur de pluribus: ⁊ ideo predicent de pluribus q. inueniunt in pluribus: sed principia rez. s. materia ⁊ forma inueniuntur in pluribus immo in omnibus materialibus: q. huiusmōi omnia sūt ꝺposita ex materia ⁊ forma. Vnde phylosophus in primo physicorum ponit tria eē pncipia rerum naturalium scilicet materiam ⁊ formā que sunt principia per se ⁊ priuatione: que est principium p accidens ergo ⁊c. ¶ Sed incontrarium arguit phylosophus. Nam nullum cōmuniter predicatum de multis significat hoc aliquid sed significat quale secundum qualitatem substantialem. Sed substantia significat hoc aliqd vt patet in predicamentis. Si ergo principia sunt vniuersalia sequitur q̄ principia non erunt principia substantiarum neqz substantie rerum. Maior probatur q. quod significat hoc aliquid est per se subsistens. quod autem ī se subsistit non potest esse in multis. quia id quod est in mltis non est in se subsistens: nisi ipsum esset multa. quod ē extra rationem communis. Nam commune est vnum in multis. ⁊ sic videtur q̄ principia rerum. Sunt singularia ⁊ non singularia.

Respondeo dicenduz q̄ hec questio solvitur in. 7°. huius. q. 25. ar. 1. vbi ostenditur q̄ principia ⁊ substantie rerum non sunt vniuersalia si loquamur de principijs secunduz q̄ subsistūt in re extra animam sed sunt singularia. quod sic patet. nā sortes ꝼm q̄ subsistit in rerum natura extra animam non componitur ex ossibꝰ ⁊ carnibus in communi nec ex sanguine in communi. Sed ex his carnibus ⁊ ex his ossibꝰ ⁊ hic homo non generatur esse abhomine in communi: sed ab aliquo homine. Verumtamen huiusmodi principia apud intellectum vniuersaliter accipi possunt que dicerentur principia hominis in commun. Sed quia hic queritur de principijs essendi que quāuis sint realiter eadem cum principijs cognoscendi differunt tm̄ scōz rōnē ideo magis dicenduz est ad presens principia singulariū esse singularia q̄ vniuersalia: quāuis illa eadem principia vt sunt principia cognoscendi secundum quemmodum oportet esse in intellectu in materialia sunt vniuersalia sicut idez est re quod est vniuersale ⁊ singulare diuersum tamen ꝼm rationem. ¶ Consiederandum est etiam q̄ si vniuersalia haberent esse secundum modum ꝺPlatonis ⁊ ponerentur principia entium sicut ꝺPlato posuit: adhuc non posset saluari q̄ prima essent vsalia quamuis hoc dixerit plato quia omne quod per se subsistit est hoc aliquid. Sed hoc aliquid est singulare. nō ergo potest dici q̄ principia que p se subsistunt vt dicit ꝺPlato sint vniuersalia. ¶ Adhuc si necesse sit huiusmodi principia esse separata ⁊ esse hoc aliquid ⁊ cum eē vniuersalia predicata de singularibus predicatione essentiali ⁊ quidditatiua sicut plato dixit sequitur q̄ vna res esset plura hoc aliqd verbi gratia sortes esset primo hoc ipsum aliquid quod est res: ⁊ iteruz eēt homo quod est hoc aliquid ⁊ animal quod similiter esset hoc aliquid ⁊ sic de alijs vniuersalibus. ꝺHoc autem est inconueniens. Sic ergo non potest sustineri positio platonis exposita sicut exposuit eam aristotiles quia ponit principia non esse principia.

Ad primum ergo dōm vt dicit hic Doctor S. q̄ non pp hoc sequit̄ si pncipia ⁊ sbe rez sint singularia q̄ eoz nō posset esse scia: tū quia res materiales ⁊ si sint singulariter subsistentes sunt intelligibiles tm̄: tum etiam q. de singularibus est sciētia ꝼm vles eoz rōnes per intellectū apprehēsas. ꝺHec ille. ¶ Ex quo pz qualr. s. de singularibus ē scia obiectiue. s. non tm̄ quantū ad rōnem sciendi nisi in vli ⁊ per altez: vt clarius patebit inferius in. 7. huius. q. 21. ar. 2. ¶ Et si dicatur res scibiles sunt in aīa. Si ergo de singularibus eēt scientia cū sint variabilia: sequeret̄ q̄ scia esset variabilis. ¶ Ad hoc rñdet Doc. S. in de vitate. q. 2. ar. 13. ad 8. dicendū q̄ propriꝰ modus sciendi ē in ipo sciente: non aūt ipa res scita ꝼm suā nām est in ipo sciente: ⁊ ideo varietas modi sciendi facit sciam variabilē: non aūt variatio rei scitaz.

Hec ille. Unde bñ dictū ē q̄ de singularib⁹ obiectiue. i. quantū ad rez scitā est bñ scia: non aūt q̄tū ad rōnē & modum sciendi. ¶Et si vlterius q̄rat. Si de singularib⁹ nō est scia quantū ad modū sciendi vel hoc eēt: q: singularia sunt: aut q: mālia sunt. Non p^m: q: sic ō ꝺbis separatis nō esset scia. Neq; 2^m: q: tunc de mālibus nō esset scientia. ¶Dicendū breuiter: q̄ hoc est q: mālia sunt: vt satis pz per Doc. S. in de vitate. q. 3. ar^o. 1. ad 3^m: vbi sic ait. In cognitione ē duo ꝓsiderare. s. ipsā māz cognitiōis: & hoc segit sp̄z fm ꝓpationē quā hz ad itellectū i quo ē: & determiatio cognitiōis ad cognituz. & ꝺ segit relōnē spēi ad ipz rē. vñ q̄nto ē filior spēs rei cognite p modū repñtationis: tāto ē cognitio ꝺtermiatior: & q̄nto magis accedit ad imālitatē q̄ ē nā cognoscētis inq̄ntū hmōi tāto efficatius cognoscē fac. Hec ille. Qꝺ si ita⁹ arguat. Quicquid pōt virt⁹ iferior pōt supior cū supior sit potior inferior. Sed sensus q est virt⁹ seu po^a iferior itellectu pōt cognoscere singlāre māle nec ipediet pp singlaritatē nec pp mālitatē ipsi⁹ obi: ergo & itellect⁹ poterit cognoscē ipm singulare māle: nec ipediet pp singularitatē: neq; pp mālitatē: vt nūc rñdēdo dicebat. ¶Ad hoc rñdet Doc. S. in p^a pte q. 86. ar^o. p^o ad 4^m. q̄ virt⁹ supior pōt illud qꝺ virt⁹ inferior: sz eminētior: mō. Uñ id qꝺ cognoscit sensus mālr & ꝓcrete: qꝺ est cognoscē singulare directe: hoc cognoscit itellect⁹ mālr & abstracte. qꝺ est cognoscē vle. Hec ille. Qꝺ ē alijs vbis dicē. Intellect⁹ pōt cognoscē: qcqd cognoscē pōt sensus sz alio^o: q: qꝺ sensus cognoscit cū cōditionib⁹ idiuiduātib⁹: itellect⁹ cognoscit idem abstrahēdo ab ipsis. qꝺ ē cognoscē p modū vlis & q̄si reflexe. ¶Prio cui⁹ maior: declatiōe. D. S. allegata. q. & ar. in corpe dic. Singlare in reb⁹ mālib⁹ itellect⁹ nr directe & p^o cognoscē ñ pōt. Cui⁹ rō est: q: pn^m singlāritatis in reb⁹ mālib⁹ est mā idiuidualis. Intellect⁹ aūt nr itelligit abstrahēdo spēz itelligibilē ab hmōi mā. Qꝺ āt a mā idiuidualī abstrahit est vle. Uñ itellect⁹ nr directe nō est cognoscitiu⁹ nisi vlioz. Indirecte āt et q̄si p quādā reflexionez pōt cognoscē singlare: q: ēt postq̄z spēs itelligibiles abstrahit: nō pōt fm eas actu itelligē: nisi quertendo se ad fantasmata in q⁹ spēs itelligibiles itelligit: vt ꝺ in li^o ꝺ aīa. Sic igit ipm vle p spēz itelligibilē directe itelligit: idirecte āt singlaria quor sūt fantasmata. Ꝺ ille ibi fatal:. ¶Ad 2^m dicēdū q̄ duplex est vle. Qꝺdā est vle in pdicādo. Aliud est vle in cāndo. Sicut. n. eē est vltim⁹ effectus: ita prima cā cui⁹ ē ppr⁹ effect⁹: ē vltima in cāndo & mouendo: hic āt fit mentio de vlib⁹ in pdicando q̄ pdicātur de reb⁹ sensibilib⁹. Et si dicat eē ē vltimuz in pdicādo. ergo sua cā que ē de⁹ ꝺz eē vltima in pdicādo. Alias inter cām & effectū nō eēt ꝓportio. ¶Dicēdū negando ꝓñaz: q: ad hoc q̄ effect⁹ ꝓportionet sue cause: nō requritur oīmoda similitudo. Sufficit. n. q̄ sit ꝓportio silitudis. ñ āt requrit q̄ sit ꝓportio ydēptitatis vt sepi⁹ supra dcm ē. ¶Ad tertiū ꝺz q̄ huiusmōi pn^a. s. mā & forma pñt cōsiderari duplr. vno mō q̄tū ad rōnē cōez i quo cōuenūt vel que cōuenit oīb⁹. alio mō q̄tū ad eē reale qꝺ hñt i rerū nā. Si ꝓsiderent p^o mō sic cōcedit q̄ pñt dici vlia ex hoc q̄ rō q̄ cōuenit istis cōuenit & alijs huiusmōi sz hoc nō sufficit ad mētē ¶Platonis q̄ volebat ipse q̄ ipsa pn^a essent vlia nō solum hoc mō: sed ēt q̄tū ad esse qꝺ hñt in rerū nā: quo qdē m ꝺ si ꝓsiderēt: nullo pacto pñt eē vlia. Vle eniz est vnū in multis. Sed mā & forma q̄tū ad eē reale: est vna sed nō in multis: nō. n. inuenit aliqua forma que sit in multis: silr nec materia. Quo āt mā & forma & alia principia sint eadē vel diuersa in diuersis declarabit in. 12°. lec. 4. & in q̄stione q̄rta eiusdem. 12. articulo p̄mo. ¶Et hec de his que tertiuz librum cōcernunt dicta sufficiant: in quo plura notabilia dicta. D. S. adducta sunt vt lectoribus prebeatur occasio: ne vt consueuerunt saltū faciant sed fiducialiter ipsum legant & exponant.

¶Explicit liber tertius.

¶Incipiunt acutissime atq; p̄clare qōnes Magistri Dñici Flandrensis super quartum Methaphysice.

¶Questio prima. De stabilimento subiecti huius scientie diuine.

Is disputatiue considerationis que in hac diuina et honorabilissima scientia cōsiderari debent de eisdem in hoc quarto modo demōstrativo restat considerandum. Et quia prius oportet cognoscere modum scientie quā procedere ad ea de quibus est scientia: vt in scō habitum est. Ideo circa presentem materiam triplex occurrit cōsideratio. ¶Prima consideratio est de quibus est consideratio huius scientie. ¶Secunda de rebus que sub consideratione huius scientie cadunt. & hoc in quto li^o. ¶Circa primum duo occurrunt consideranda. ¶Primo de stabilimento subiecti huius scientie. ¶Secūdo de questionibus motis de consideratione huius scientie. ¶Circa primum queruntur tria. ¶Primo vtrum ne cesse sit esse aliquam scientiam ad quam pertinet considerare trāscendentia et potissime ens. ¶Secundo vtrum illa scientia que considerat illa transcendentia sit aliq̄ particularium scientiarum. ¶Tertio vtrum hec scientia sit illa que cōsiderat transcendentia talia & potissime ens inquantum huiusmodi.

¶Ibi in Doc. S. et p̄b^o. Est q̄dā scia: et est Lectio p^a.

a Ꝺ primum tur q̄ non sit necesse sic ꝓceditur. Uide esse aliquam scientiam que habet considerare transcendentia et potissime ens. Maz illa que considerantur in aliqua scientia: debent esse alicuius generis determinati: vt pz primo posterior. Sed transcendentia non sunt alicuius generis determinati. Alias non eēnt trāscēdentia: cuz ipsa trāscēdentia reperiant in omnibus generibus. sequit ergo q̄ consideratio eorum non pertinet ad aliquam vnam scientiam. ¶Ꝺ 2°. Si sic: vt omnia ꝓsiderarent i aliq̄ scia obiectiue: ita q̄ quodlibet esset obiectum illius scientie: vel vnum obiectiue & alia vt passiones. non primum: quia vnius scientie nō sunt diuersa obiecta neq; sēm: q: passio est extranee nature a subiecto fm scolam Doc. S. sed alia transcendentia ab ente nō distinguūtur ab eo. ergo &c. ¶Ꝺ 3°. Illa que pertinent ad cōsiderationē vnius scictie debent puenire in vna ratione formali obiecti: cum scientia dicatur vna ab vnitate formali obiecti. Sed trāscēdētia nō cōueniūt in vna ratione formali cum causent distinctas potentias: vt pz de bono & vero. ergo idē q̄ prius. ¶Ꝺ 4°. Illa que ꝓsupponunt in omni scictia nō cōsiderant in aliqua scictia: cuz nihil sit quesitū & suppositū: sed trāscendentia cuz sit prima principia incōplexa ꝓsupponunt in omni scientia. ergo in nulla scia cōsiderant. ¶Sed contra est phylosophus in lra di. Est quedā scia que speculat eus inq̄ntum ens & que huic insunt fm se.

Respondeo dicēdū q̄ necesse est eē aliquā sciam que habeat considerare ens inquantū ens & per se accidentia eius. s. alia transcēdētia que sūt vnum verum bonum aliquid & res quod sic probat Doc. S. Nam illa ex quor cognitione alior cognitio dependet non debent ignota remanere: q: ignoratis prioribus oīa posteriora ignorarent: ꝑsertim si illa q̄ sunt priora quo ad cognitionē nr̄az ignorent qualia sūt trāscēdentia potissime ipm ens cū sit pmū qꝺ ab intellectu nro apprehendit. Sed ens inquantū hmōi & ea que insunt ei per se sūt hmōi. Sic. n. ex cognitiōe cōium: q⁹ ignoratis oīa ignorant. Ꝺpēdet cognitio rer ppriar: ita ex cognitione terminor trāscendētiū ꝺpēdet cognitio terminor ppriorꝫ

proprioꝝ qui in suo Intellectu quidditatiuo istos ter
minos cōmunes complectunt: relinquitur ergo ꝙ talia
debent in aliqua sciētia considerari ne ignota remaneant.
¶Sed posset dici ꝙ quelz scientia considerat ens cū sba
omnium sciaꝝ sunt entia ergo entis considerātio non per
tinet ad aliquā sciam determinataz. ¶Ad hoc respōdet
Doc.S.ꝙ lz ad quālz scientiā pertineat considerare de
ente propter rōnem adductam: non tamen quelz scientia
considerat de ente ſm ꝙ est ens. Sed ſm ꝙ ē hmōi ens
vtputa vel numerus vel linea vel ens mobile aut aliqd
huiusmodi. Unde notanter in conclusiōe ponebatur ens
inquantum ens. ¶Dicebatur ēt notanter. vt dicit Doc.
S. hic ꝛ que huic insunt per se accidētia entis ꝛ non sim
pliciter que huic insunt ad significandum ꝙ ad scientiaz
non pertinet considerare de his que p accidēs insunt suo
subiecto lz solum de his que per se insunt. Geometria
.n. non considerat de triangulo vtrū sit cupreꝰ vel ligne
us sed ꝙ hz tres angulos equales ꝛc. Sic igitur sua cu
ius ens est sōm non opz ꝙ consideret que insunt enti per
accidens q: sic ꝓsideraret accidentia quesita in oībus sciē
tijs cum omnia accidentia insunt alicui enti: non tamē ſz
ꝙ est ens. Que. n. sunt per se accidentia inferioris per ac
cidens se habent ad superius. Sicut per se accidentia ho
minis non sunt per se accidentia aīalis. Hec ille. ¶Pos
set etiam dici ꝙ ad aliquam scientiam pertinet considera
re de ente ꝛ ad aliaz de passionibus entis q: passio ꝛ sbz
genere dſnt. ¶Sed dicenduz ꝙ ad eandem scientiā pti
net ꝓsiderare sbz ꝛ passiones: q: vnius demonstrationis
est vnus effectus. ſ. vna scientia. Sed ad vnaz demōstra
tionem pertinēt sōm principia subiecti ꝛ proprie passio
nes: ergo ad eandem scientiam pertinet eoruz considera
tio. ¶Et licet passiones fluentes a principijs specierum
differant realiter ab eorum subiectis etiam genere predi
camentali: non tamen differunt in genere scibili. ¶Sed
pro ampliori notitia transcendentium ꝛ eorum sufficien
tia cum diligentia: considerandum est id quod gloriosus
Doc.S. adducit in de veritate. q. p̄a. ar. p̄o. in corpe vbi
sic ait. sicut in demōstrationibus oportet fieri reductionē
in aliqua principia per se intellectui nota: ita in inuestigā
do quid est vnumquodqz. Alias vtrobiqz in infinitū ire
tur. Et sic periret omnis scientia ꝛ cognitio rerum. Illud
autem ꝙ primo Intellectus concipit quasi notissimuz ꝛ
in quo conceptiones omnes resoluit est ens. Ut Auicen.
dicit in prio sue methaphysice. Unde oportet ꝙ omnes
alie conceptiones intellectus accipiantur ex addictiōe ad
ens. Sed enti non potest addi aliquid quasi extranea na
tura per modum quo differentia additur generi vel acci
dens subiecto: quia quelibet natura essentialiter est ens.
Unde etiam probat phyloſophus in 3° methaphysice ꝙ
ens non potest esse genus. Sed ſm hoc aliqua dicuntur
addere supra ens inquantum exprimunt modum ipsius
entis qui nomine ipsius entis non exprimitur quod du
pliciter contingit. Uno modo vt modus expressus sit ali
quis modus specialis entis. Sunt enim diuersi Grad⁹
entitatis ſm quos accipiūtur diuersi modi essendi: ꝛ iux
ta hos modos accipiuntur diuersa genera rerum: sba. n.
non addit supra ens aliquam differentiam que significet
aliquaz naturam super additam enti. Sed nomine substā
tie exprimitur quidam specialis modus essendi. ſ. per se
ens: ꝛ ita est in alijs generibus. Alio modo ita ꝙ modus
expressus sit modus generaliter consequens omne ens.
Et hic modus dupliciter accipi potest. Uno modo ſm
ꝙ consequitur omne ens in se. Alio modo ſm ꝙ conseq
tur vnumquodqz ens in ordine ad aliud. Si primo mo
do: hoc est dupliciter vel q: exprimit ī ente aliquid affir
matiue: vel aliquid negatiue: non autem inuenitur aliqd
affirmatiue dictum absolute quod possit accipi in omni
ente nisi essentia eius ſm quam esse dicitur: ꝛ sic imponi
tur hoc nomen res quod in hoc differt ab ente ſm Auicē
na in primo methaphysice ꝙ ens sumitur ab actu essen
di: sed nomen rei exprimit quidditatem ꝛ essentiam en
tis: negatio autem que est consequens omne ens absolu
te ē indiuisio: ꝛ hāc exprimit hoc nomen vnum: nihil enī
aliud est vnum q̄z ens indiuisum. Si autem modus en
tis accipiatur secundo modo. ſ. ſm ordinez vnius ad alte
rum: hoc potest esse dupliciter. Uno modo ſz diuisionē
vnius ad alterū. Et hoc exprimit hoc nomen aliquid: di
citur. n. aliquid quasi aliud quid. Unde sicut ens dicitur
vnum inquantum est indiuisum in se: ita dicitur aliquid
inquantum est diuisum ab alijs. Alio modo ſz conuenie
tiam vnius entis ad aliud: ꝛ hoc quidem non potest esse
nisi accipiatur aliquid quod natum sit conuenire cum om
ni ente. Hoc autem est anima que quodammodo est om Lec.13.ꝛ
nia sicut dicitur in tertio de anima. Anima autem ē vis com.37.
cognoscitiua ꝛ appetitiua. Conuenientiam ergo entis ad
appetitum exprimit hoc nomen bonū. Unde in p̄o ethy
corum dicitur: bonum est quod omnia appetunt: conue
nientiam vero entis ad intellectum exprimit hoc nomen
verum. Omnis autez cognitio perficitur per assimilatio
nem cognoscentis ad rem cognitam: ita ꝙ assimilatio dā
est causa cognitionis sicut visus per hoc ꝙ disponitur per
speciem coloris cognoscit colorem. Hec ille formaliter.
¶Idem dicit quasi formaliter in tractatu de genere cir
ca principium ex quo patz que sunt trāscendentia ꝛ quid
significent: similiter qualiter conceptus eorum ꝛ.10. pre
dicamentorum addit aliquid supra conceptum entis: qd
diligenter pro his que inferius tractabūtur memorie cō
mendandum est.

Ad primum ergo dicendum: ꝙ illa que cō
sideranter ī aliqua scientia de
bent esse eiusdem determinati generis scibilis: non autē
vt dictum est requiritur ꝙ omnia sint eiusdem generis
predicamentalis seu nature. Alias subiectuz ꝛ passio que
deriuantur de eo non pertinerent ad considerationē vnⁱ⁹
scientie. ¶Ad secundum dicendum: ꝙ duplex est passio
quedam est realis. Alia est notionalis: sicut proprietates
substantie a phyloſopho in predicamentis adducte dicū
tur passiones notionales substantie: ꝛ tales passiones non
oportet ꝙ distinguantur realiter ab his quorum sūt pro
prietates. Sed passio realis est duplex: quedam est spe
cialis. ſ. que fluit a principijs subiecti: ꝛ talis realiter dif
fert a suo subiecto: sicut risibile differt ab homīe. ¶Alia
est passio cōmunis que non fluit realiter a principijs sub
iecti. Sed secundum rationem addit aliquid supra subie
ctū: ꝛ conuertibiliter predicatur de eo: talis autem non
semper realiter distinguitur a subiecto. Unde cetera trā
scendentia ab ente vocantur passiones generales que non
distinguuntur ab ente: ideo argumentum non concludit.
¶Ad tertium dicendum: ꝙ licet verum ꝛ bonum habe
ant diuersas rationes in mutandi potentias: conueniunt
tamen in vna formali ratione considerationis. ſ. in ratione
entis inquantum huiusmodi. Unde eorum consideratio
ad eandez pertinet scientiam ad quam consideratio entis.
Nam vt dicit Doc.S. in 1ª 2ᵉ. q. 54. ar. 2. ad primuz ꝙ
in distinctione habituum vel potentiarum non est consi
derandum ipsum obiectum materialiter: sed ratio obie
cti differens specie ꝛ etiam genere: quamuis autem con
traria specie differant diuersitate rerum. Tamen est ea
dem ratio cognoscendi vtrūqz: quia vnum per aliud co
gnoscitur: ꝛ ideo inquantum conueniunt ī vna ratione co
gnoscibilis: pertinent ad vnum habitum cognoscitiuuz.
Hec ille. Nec oportet si causant distinctas potentias: ꝙ
propter hoc causent distinctos habitus propter ea que di
cta sunt superius libro primo. Aliud enim requiritur ad
distinctionem potentiarum: ꝛ aliō ad distinctionem ha
bituum. ¶Sed tamen pro ampliori notitia habituum
ꝛ potentiarum considerandum est primo illud quod di
cit Doc.S. in prima secunde. Ubi supra in corpore. Di
cit enim ibi ꝙ habitus est forma quedam ꝛ est habitus.
Potest ergo distinctio habituum secundum speciem at
tendi: aut secundum cōmunem modum quo forme spe
cifice distinguuntur aut secundum proprium moduz di

stinctionis habituz. ¶ Distinguuntur si quidē forme ad inuicem secundum diuersa principia actiua: eo q̄ omne agens facit simile secundum speciez. Habitus aūt iportat ordine ad aliud. Oiuz āt que dicuntur secundū ordinem ad aliquid distinguuntur secundum distinctionem eorū ad que dicuntur. Est autem habitus: dispositio quedam ad duo ordinata: scilicet ad naturam ⁊ ad operationem consequentem naturam. Sic ergo secundum tria habitus distinguuntur specie. Uno quidem modo secundum principia actiua talium dispositionum. Alio vero modo secundum naturam. Tertio vero modo secundum obiecta specie differentia. Hec ille. ¶ Considerandum etiaz secundo illud quod adducit in prima secunde vbi supra articulo primo ad primum: vbi sic ait. Sicut in rebus naturalibus diuersitas specierum est secundum formam diuersitas autem generum est secundum materiam: vt dicitur in quinto methaphysice. Ea enim sunt diuersa genere quoꝝ materia est diuersa. Ita etiam diuersitas obiectoꝝ secundum genus facit distinctionem potentiarum. Unde phylosophus dicit in sexto ethycoꝝ: q̄ ad ea que sunt genere altera sunt etiam anime alie particule. Diuersitas autem obiectoꝝ secundum speciem facit diuersitatem actuum secundum speciem ⁊ per consequens habituum: quecunq; autem sunt genere diuersa sunt etiam specie diuersa sed non conuertitur: ⁊ ideo diuersaꝝ potētiaꝝ sūt diuersi actꝰ spē ⁊ diuersi hītꝰ: nō āt oportet q̄ diuersi habitus sint diuersarum potentiaruz: sed possunt esse plures vnius. Et sicut sunt genera generum ⁊ species specierum: ita etiam contingit esse diuersas species habituum ⁊ potentiarum. Hec ille. ¶ Sed ex his occurrit maxima difficultas ad corroborationem argumenti presentis. Nam si vt dictum est diuersitas secundum genus obiectoꝝ faciat diuersitatem potentiarum: oportet q̄ diuersarum potentiarum obiecta sint genere distincta: ⁊ per consequens specie: quia dictum q̄ quecunq; differunt genere differunt specie: sicut etiam dicit phylosophus quinto huius. Et cum diuersitas obiectoꝝ secundum speciem sicut etiam dictum est faciat diuersitatem habituum secundum speciem: necesse erit dicere q̄ quecunq; obiecta faciunt distinctionem potentiarum faciant etiam distinctionem habituum. Cum ergo verum ⁊ bonum faciant distinctionem potentiarū. Uidelicet intellectus ⁊ voluntatis: causabunt etiam distinctionem habituum. Et sic non pertinebūt ad eandem scientiam: cum scientia sit habitus intellectualis. ¶ Dicēdum q̄ sicut diuersitas obiectoꝝ secundum speciem nature: vt dictum est non facit distinctionem habituum secundum speciem: sed solum diuersitatem rationis cognoscendi: ita diuersitas secūdum genus nature non semper facit distinctionem potentiarum sed diuersitas secundum genus īmutandi. Et quia non refert quedam obiecta differre secundum rationem īmutationis ⁊ conuenire in vna ratione formali considerandi sicut patet de vero ⁊ bono licet illa que differunt genere nature vel etiaz logico specie differunt. Manifestum est enim q̄ verum ⁊ bonum non differunt genere: cum inseparabiliter inueniatur in omni genere: habent tamen diuersam rationem īmutandi cum verum moueat intellectum secundum q̄ suscipitur in intellectu: bonum vero mouet voluntatem secundum q̄ voluntas tendit ad extra non autem secundum q̄ bonum recipitur in ea. Hinc est quod phylosophus dicit sexto huius q̄ verum est in intellectu ⁊ bonum in re. ¶ Ad quartum dicendum: q̄ licet transcendentia presupponantur in qualibet scientia particulari: non tamen presupponuntur: sed queruntur in scientia vniuersali.

¶ Ibi in Doc. S. ⁊ phylosopho· Hec autē nulli in pte. dictarum eadem: aliarum enim nulla intendit vniuersaliter de ente inquantum est ens: verum partem eius abscidentes aliquam: circa quidem hanc speculantur ipsum accidens: veluti scientiarum mathematice.

Lec. 21. ⁊ cō. 33.

Lectio. 1.

Lectio. 10.

Lectio. 4.

a Dsecundū sic proceditur. Uidetur q̄ ad scientiaz aliquam particularem pertinet consideratio entis ⁊ aliorum transcendentium. Nam omnis scientia est vniuersalium ⁊ non singularium: ergo omnis sciētia est vniuersalis quia habitus capit denominationem ab obiecto. Si ergo predicta transcendentia cōsiderentur in aliqua scientia sicut probatum est: oportet q̄ considerentur in scientia vniuersali cum eorum nulla sit sciētia particularis. ¶ Preterea. 2°. Si esset aliq̄ sciētia particularis: vel hoc esset quia subiectuz eius particulariter subijcitur predicato scilicet proprie passioni: vel quia predicatum inest particulariter ⁊ non vniuersaliter subiecto. Non primum: quia vniuersaliter subiectum subijcitur proprie passioni que est predicatum conclusiōis in demonstratione. Neqz secundum: quia passio vniuersaliter conuenit subiecto: loquendo etiam de vniuersali posteriorístico: vt patet primo posteriorum: ergo nulla est scientia particularis. Et per consequens idem quod prius. ¶ Preterea tertio. Ad eandem scientiam pertinet consideratio superioris ⁊ inferioris: potissime dum inferius non addit aliquam naturam extraneam ad ipsū superius. Hinc est q̄ genus ⁊ species ad eandem scientiam pertinent: sicut principium ⁊ principiatum. Sz ens est superius ad omnia entia particularia que non addūt aliquid supra ipsum quod sit ab eo extraneum vt superius multotiens concessum est. Igitur consideratio entis pertinet ad particulares scientias que habent considerare partes entis. ¶ Preterea quarto. Ad eandem scientiam pertinet considerare totum vniuersale ⁊ partes eius subiectiuas. Sed scientie particulares considerāt partes subiectiuas entis. Physica enim considerat ens mobile: methaphysica autem ens quantum que sunt partes subiectiue entis. Igitur consideratio entis pertinet ad particulares scientias. ¶ Sed contra est phylosophus in presenti lectione sic dicens. Hec autem nulli in parte dictarum eadem. Aliarum enim nulla intendit vniuersaliter de ente inquantum est ens. Uerum partem eius abscidentes aliquam circa hanc velut scientiarum mathematice speculantur accidens.

Respondeo dicendum: q̄ aliqua scientia ad quam pertinet consideratio entis ⁊ aliorum transcendentium. Non est aliqua scientiarum particulariuz: quod sic ostendit Doctor Sanctus. Nam nulla scientia particularis considerat ens vniuersale inquantum huiusmodi: sed solum aliquam partem entis diuersam ab alijs: circa quam speculatur per se accidens. Sed scientia communis considerat ens inquantuz ens q̄ per se accidentia eius: vt in precedenti articulo declaratum est: ergo scia considerans ens inquantum ens ⁊ cetera transcendentia non est eadem alicui scientiarum particularium maior: patet inductiue: quia scientia mathematica considerat aliquod ens scilicet ens quantum. Similiter physica cōsiderat aliquod ens scilicet ens naturale: ⁊ sic de alijs scientijs: particularibus ergo nulla scientiarum particularium considerat ens. Uniuersaliter inquantum ens est. Unde antiqui phylosophi scientiam nature primam phylosophiam: putauerunt sicut putabant primum ens esse corpus: vt dicit Doctor Sanctus in tractatu de natura generis in capitulo nono. Sed phylosophus in sexto methaphysice docet de naturali phylosophia sicut de quodam particulari ente habente in se principiuz motus ⁊ quietis. Unde ⁊ materiale ens est quia materia est in omni eo quod per se mouetur. Subiectū enim naturalis phylosophie est ens mobile: ⁊ ideo sua consideratio secundum phylosophum ibidem est circa ea que sunt in materia: vt in plurib⁹: quod dicit propter animam humanam que pertinet etiam ad physicum in quantū

quantuꝫ est forma corporis: licet per se esse possit. Ideo scientia naturalis subalternata est methaphysice. Hec ille. ¶ Ex quo patet ꝙ scientie particulares addunt aliquid supraens cum sim scientie subalternate se habet ex additione ad subiectum scientie subalternantis. Unde scientie particulares non considerat ens secundum vniuersalem eius considerationem sed secundum aliquam rationem superadditam. Sed hic oritur difficultas. Nam superius in primo libro questione octaua articulo quarto ostensum est ꝙ scientia naturalis non subalternat methaphysice. Hic autem dicitur oppositum secundum Doctorem Sanctum. Nec valet concordantia vt videtur cum dicebatur ꝙ scientia naturalis est subalternata methaphysice communiter accipiendo subalternationem sed nō prout secundum ꝙ subiectum scientie subalternate contrahit subiectum subalternatis per differentiam materialez: quia enti nihil est extraneum. ¶ Contra hoc est Doctor Sanctus in tractatu de natura generis vbi supra sic subdens. Ad cuius euidentiam considerandum est ꝙ dupliciter conuenit vnam scientiam alteri subalternari. Uno modo quando subiectum vnius est species subiecti alterius: sicut homo est species animalis ⁊ animal est species corporis naturalis. Ideo scientia de animalibus subalternata est scientie naturali. Alio modo quando subiectum inferioris scientie non est species subiecti superioris scientie sed se habet ad illud: vt materiale ad suum formale per quem nomen perspectiua se habet ad geometriam. Geometria enim agit de linea ⁊ alijs dimensionibus absolute ⁊ formaliter ad nullam materiam applicando: nō enim agit de linea in ligno vel ere. Sed perspectiua agit de linea secundum ꝙ est in aliqua materia in qua videri possit. Unde agit de linea visuali. Linea enim visualis non est species linee: sicut triangulus ligneus non est species trianguli: differentia enim non sumitur a materia: ⁊ hec est ratio quare nō est aliqua specialis scientia alia de linea recta vel circulari. Isto modo naturalis scientia quia applicat naturam entis ad materiam sensibilem est subalternata methaphysice que considerat de ente absolute quia: ens mobile non est species entis cum ens non est genus: vt dictum est. Hec ille formaliter. ¶ Ex quo videtur: ꝙ de mente Doct. sit ꝙ scientia naturalis sit proprie subalternata methaphysice sicut pspectiua geometrie. ¶ Sed considerandum est ꝙ tripliciter potest dici subalternari alteri. Uno modo ꝓmunissime accipiendo subalternationem quando scilicet subiectum inferioris scientie continetur sub subiecto alterius. Et sic scientia de specie dicitur subalternari scientie de genere. ¶ Alio modo communiter: quando scilicet subiectum inferioris scientie addit aliquid materiale supra subiectum scientie superioris: siue illud materiale additum sit extranee nature a natura illi? cui additur siue non: ⁊ sic scientia naturalis dicitur subalternari scientie methaphysicali. Tertio modo proprie sicut quando subiectum inferioris scientie addit aliquam differentiam materialem contrahentem subiectum superioris scientie que est extranea a natura subiecti scientie superioris alijs conditionibus ad proprium subalternationem requisitis debite reseruatis que in primo libro questione octaua articulo quarto adducte sunt. Et sic scientia naturalis non subalternatur methaphysice. Unde supra dictus Doctor Sanctus: notanter concludit ꝙ naturalis scientia est sub methaphysica sed non ꝙ sit proprie ei subalternata. ¶ Et quando dicitur sicut se habet perspectiua ad geometriam: ita se habet naturalis scientia ad methaphysicam: hoc aduerbium sicut non dicit omnimodam similitudinem sed solum similitudinem proportionis: vt satis patet ex dictis si diligenter considerent.

Ad primum ergo dicendum: sicut dixit Albertus in hoc quarto tractatu primo capitulo. ¶ primo circa finem: ꝙ scientia dicitur particularis que considerat naturam determinatam per formam vnam generis aut speciei. Et dicit scientia vniuersalis que est entis indeterminati secundum se ⁊ secundum sui communitatem. Unde ibidem sic ait. Non dicimus autem hic scientiam particularem: ideo ꝙ particulariter subijciatur predicato: aut ideo ꝙ predicatum particulariter ⁊ non vniuersaliter insit subiecto. Hoc enim modo omnis scientia vniuersalis ⁊ vniuersalium est. Sz dicimus scientiam particularem que considerans naturam determinatam per formam vnam generis aut speciei aut passiones que scōm illam naturam illius forme illi enti determinato conueniunt ſm ipsam naturam per quam determinatur. sicut est corpus phisicum ⁊ quantitas mathematica per oppositum autem dicimus scientiā vniuersalem que est entis indeterminati ſm se ⁊ ſm sui communitatem. Sic igitur patet ꝙ scientia vniuersalis nō est aliqua particularium speculatiuarum. ꝙ autez hec scientia vniuersalis non sit sibi subalternās particulares speculatiuas: ⁊ ꝙ ista habita adhuc necesse sint alie: iam dudum in scia primi libri determinauimus. Hec ille. Et ꝙ hoc patet solutio ad secundum. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ superius ⁊ inferius pertinet ad eandem scientiā si considerentur ſm vnam ⁊ eandem rationem cognoscendi ⁊ respectu eiusdem passionis. vnde scientia naturalis considerans ens mobile considerat etiam ens per respectū ad mobilitatem. sed tamen superius ⁊ inferius si considerētur ſm diuersas rationes formales cognoscendi ⁊ in ordine ad diuersas passiones: sic pertinet ad diuersas scientias: sicut patet de ente mobili ⁊ de animalibus: sed ens in scientia vniuersali consideratur ſm communem rationem entis. In scientijs autez particularibus non consideratur ſm cōmunem eius rationem vnde vt sic non oportet ꝙ consideretur in scientijs particularibus. Simile est iudicium de alijs transcendentibus: ⁊ per hoc patet solutio ad quartum argumentum.

¶ Ibm Doc. S. ⁊ philosopho. Quoniam autem principia ⁊ extremas querimus causas palam quia cuiusdaz eas nature secundum hanc esse necesse est: si ergo ⁊ entū elementa querentes ea quesierunt principia: necesse ⁊ entis elementa esse non secundum accidens: sed inquantuz sunt entia: vnde ⁊ nobis entis inquantum est ens prime cause sunt accipiende.

Ad tertium sic procedit. Uidetur ꝙ ad hanc scientiam que diuina dicitur ⁊ sapientia non pertineat considerare de huiusmodi transcendentibus precipue de ente tamq̄ de subiecto. Nam hec scientia est perfectissima vt superius ostensum est. ergo perfectissima habet considerare cum habitus perfectionez sumant ab obiectis. Sed ens vtrum ⁊ cetera transcendentia sunt imperfectissima: cum sint confusissima. Unumquodq; enim quantum accedit ad confusionem tantuz accedit ad imperfectionem. ergo hec scientia non habet considerare predicta transcendentia. ¶ Preterea 2°. Id non pertinet ad considerationem alicuius scientie cuius partes subiectiue non pertinet ad considerationem eiusdem cum eiusdem scientie sit considerare dē subiecto ⁊ de partibus eius subiectis in ordinē ad eandem passionem vt superius concessum est. Sed ens per accidens est pars subiecti una entis: cum ens diuidatur in ens per se ⁊ ens per accidens. ⁊ tamen ens per accidens non est considerationis huius scientie. Ut patet sexto huius vbi philosophus excludit ipsum a consideratione eius. ergo nec ens pertinet ad considerationem huius scientie. L.2.cō4. ¶ Preterea 3°. De ente non potest esse scientia. ergo hec scientia non considerat de ente tamq̄ de suo subiecto. Antecedens probatur quia omnis scientia est alicuius passionis que sic est in subiecto ꝙ in numero est cum subiecto sed dria est causa

numeri: ergo vbi nulla est differentia ⁊ nulla diuersitas nullus erit numerus: ⁊ sic nulla scientia: sed passiones entis non differunt ab ipso ente. Igitur de ente non est scientia ℂ Ꝑ. q̄rto. Ens est creatum primum ⁊ non est ante ipsum creatum aliud: vt patet per auctorem de causis: ergo ens nulli est subicibile: vt videtur ꝯ predicabile de omnibus: quia illud quod subijcitur alteri presupponit ipsum: ⁊ sic scientia non videtur esse de ente vt de subiecto: ⁊ sic idem quod prius. ℂ Ꝑ. 5°. Si ens considerare tur in ista scientia tāq̄ proprium obiectum haberet rationem formalem obiecti: cū a ratione formali obiecti scientia habeat denominationem. Vel ergo illa ratio est ratio propria ipsius substantie: vel cōmunis ad substantiam ⁊ accidens si sit propria: sequitur q̄ substantia erit subiectū huius scientie cum illud dicatur subiectum sub cuius formali ratione omnia considerantur in scientia: si non sit propria ratio substantie sed cōmunis ad substantiā ⁊ accidēs ⁊ propria entis: sequitur q̄ illa ratio erit precisa a ratione substantie ⁊ sic dabilis erit conceptus precisus: entis etiā vnus: cum vnius scientie sit vna ratio formalis. ℂ Sed contra est philosophus in littera dicens. Quoniam aūt principia ⁊ extremas querimus causas: palam quia natu re cuiusdam ipsas secundum se esse est necesse. Si ergo ē entium elementa querentes hec quesierunt principia: necesse est: elementa esse non secundum accidens sed inquātum entia. Unde ⁊ nobis entis inquantuꝫ est ens prime cause sunt accipiende. Hec textus. Cum ergo illud sit subiectum cuius cause queruntur: sequitur q̄ ens erit subiectum huius scientie.

Respondeo dicendum: q̄ hec scientia que methaphysica dicitur considerat ens tanq̄ proprium obiectum: quod sic probat philosophus. Nam omne principium ⁊ causa est per se principium ⁊ causa alicuius nature. Sed nos querimus in hac scientia prima rerum principia ⁊ altissimas causas sicut in primo dictum est: ergo sunt cause per se alicui⁹ nature. Sed non nisi entis: quod ex hoc patet: quia omnes philosophi querentes elementa entiuꝫ secundum q̄ sūt entia querebant huiusmodi principia scilicet prima ⁊ altissima: ergo in hac scientia querimus principia entis inquantum est ens: ergo ens est subiectum huius scientie: quia quelibet scientia est querens causas proprias sui subiecti. Hec Doc. S. formaliter in presenti lectione circa finem. Ex predictis sequitur q̄ transcendentiam alia pertinent ad considerationeꝫ huius scientie: quia consideratio eorum nō debet indiscussa remanere: vt patuit per primum articulum presentis questionis: nec eorum consideratio ptinet ad aliquaꝫ scientiam particularem: vt patuit per secundum articulum. Ergo consideratio eorum pertinet ad hanc scientiam que vniuersalis dicitur propter rationem superius adductam. ℂ Sed diceret aliquis ens non habet aliquam causam cum causa precedat suum effectum: Sed enti nihil est prius: nec quo ad nos nec etiam secundum naturā. Igitur ratio philosophi supponit falsum. ℂ Ad hoc dicendum sicut dictum est ī primo libro. q. prima articulo. 8. q̄ ens creatum de quo est hic ad propositum. s. quod dīuiditur in deceꝫ predicamēta habet aliquid prius se secundum naturam scilicet creatorem qui est causa efficiēs ⁊ finalis. Similiter ⁊ formalis exemplaris cuiuslibet entis creati licet ens quod dicitur in deū ⁊ creaturas non habet aliquid prius secundum naturam vt postea declarabitur. Sed quereret aliquis. Ad quam scientiam pertinet consideratio substantiarum separatarum secundum propriam earum rōneꝫ. Videtur q̄ non ad methaphysicam: quia vt sepe dictuꝫ est methaphysica considerat omnia sub ratione entis inquantum ens ⁊ non sub ratione talis entis: ergo substantie separate secundum propriam earū rationem non pertinent ad considerationem huius scientie. Non etiaꝫ pertinent ad aliquam scientiam particularē: cū non subijcian tur motui neqꝫ quantitati. Nec potest dici q̄ ad nullam scientiam pertineant. Sequeretur enim q̄ scientie quei tellellectui humano subiacent non essent sufficienter ab Aristotele enumerate cum tales substantie cognoscibiles sint ab intellectu viatoris. ℂ Dicendum q̄ predicte substantie non possunt considerari in aliqua scientia secundū propriam rationem cum earum ratio ⁊ natura propria pro presenti statu ab intellectu hūano itelligi nō possit: pti nent tamen proprie ad considerationem huius scientie: quia perfectius ratio entis in eis salvatur quam methaphysicus querit. Unde in scientijs particularibus nō possunt considerari: quia in particulari earum natura occulta est sicut dictum est: vt patet per Doctorem Sanctum in tractatu de natura generis cō. sexto. Ubi sic dicit. Licet enim methaphysici sit de omnib⁹ sub ratione entis: precipue tamen ad ipsum pertinet tractare de rebus separatis: tum quia perfectius ratio entis in eis salvatur quam methaphysicus querit: tum quia in particulari eoruꝫ natura occulta est. Unde non potest de eis scientia particularis esse sicut est de rebus particularibus quarum quidditatem apprehendimus. Unde de entibus particularibus scientie particulares sunt. Hoc autem non contingit in substantijs separatis: quia de eis quodq̄d est scire non possumus. Theologi tamen de eis multa per reuelationem nouerunt. Hec ille. Sed posset vlterius obici: principia non tractantur nisi in scientia pertractat de principiatis: sicut vnitas consideratur in scientia que considerat de numero ⁊ punctus in qua cōsideratur de linea: similiter materia ⁊ forma que sunt principia corporis considerantur in physica: sed substantie separate ⁊ immateriales sūt principia substantiarum corporaliuꝫ. Videtur ergo q̄ debeant considerari in scientijs particularibus que considerant huiusmodi entia materialia. ℂ Sed diligenter cum gratiarum actione considerandum est id quod gloriosus doctor sanctus dicit super boetio de trinitate q̄stione pe/ nultima articulo vltimo. Ubi sic ait principio: uꝫ duo sūt genera: quedam enim sunt que sunt in seipsis quedaꝫ natura complete ⁊ sunt nihilominus principia aliorum: sicut corpora celestia sunt quedam principia inferiorū corporum: ⁊ corpora simplicia corporum mixtoruꝫ: ⁊ ideo ista non solum considerantur in scientijs. vt principia sūt: sꝫ ēt vt sūt ī seipsis res q̄dā ⁊ h⁹ tractat de ipsis ī scia: nō solū q̄ ꝑsiderat principiata: sed habent etiam per se scientiaꝫ sepatā: sicut pꝫ de corpibus celestibus de quibus est quedam pars scientie naturalis: preter illam in qua determinatur de corporibus inferioribus: ⁊ de elementis est scientia preter illam in qua tractatur de corpor⁹ mixtis: quedam autem sunt principia que non sunt nature cōplete in seipsis sed solum sunt principia naturarum: sicut vnitas numeri ⁊ punctus linee ⁊ forma ⁊ materia corporis physici. Unde huiusmodi principia non tractantur nisi in scientia que tractat de principiatis. Sicut autem vniuscuiusq̄ determinati generis sunt quedam principia cōmunia que se extendunt ad omnia principia illius generis: ita ⁊ omnia entia secundum q̄ in ente conueniunt: habēt quedam principia que sunt principia communia omnium entium. Que quidem principia possunt dici communia dupliciter secundum Auicennam ī sua sufficientia. Uno modo per predicationem: sicut hoc quod dico forma est quoddaꝫ commune ad omnes formas: quia de qualibet predicatur. Alio modo per causalitatem: sicut dicimus solem vnum numero esse principium ad omnia generabilia. Omnia autem entium communia principia sūt nō solum secundum primum modum quod appellat philosophus in vndecimo methaphysice omnia entia habere principia secundum analogiam: sed etiam secundum 2ᵐ modū: vt sunt quedam eēntie numero existētes omnium rerum principia prout. s. principia accidentium reducuntur in principia substantie: ⁊ principia substantiaꝝ corruptibilium in substantias incorruptibiles: ⁊ sic quodam gradu ⁊ ordine in quedam principia omnia principia entium reducuntur. Et quia id quod est principium

essendi

lec.2. essendi omnibus oportet esse maxime ens: vt dicitur.2°. methaphysice. Ideo huiusmodi principia oportet eē cō/
pletissima: ⁊ propter hoc oportet ea esse maxime actu:
lec.9. 6.15. vt nihil vel minimum habeant de potentia: quia actus ē
prior potentia: vt dicitur in.9°. methaphysice: ⁊ propter
hoc oportet ea esse absqz materia que ē potentia: ⁊ absqz
lect.1. motu qui est actus existentis ī potentia ⁊ huiusmodi sūt
res diuine: quia si diuinū alicubi existit in natura tali ma
terie in imateriali: īmobili existit: vt dicitur.6°. metha
physice. ¶Huiusmodi ergo res diuine quia sunt princi/
pia omnium entium ⁊ sunt nihilominus in se nāe com/
plete dupliciter possunt tractari. Uno modo prout sūt pn
cipia omnium entium. Alio modo prout sunt in se res q̄
lec.1. dam. Quia autem huiusmodi principia quāuis in se sint
maxime nota: tamen intellectus se habet ad ea: vt oculus
noctue ad lucem solis: vt dicitur ī.2°. methaphysice: per
lumen naturalis rationis peruenire nō possumus in ea:
nisi fm q̄ in ea per effectus ducimur. Et hoc modo ī ea
philosophi puenerunt: vt pz ad ro.1. Inuisibilia dei ⁊c.
Unde ⁊ huiusmodi res diuine non tractātur a philoso/
phis nisi vt sunt rerum omnium principia: ⁊ ideo pertra
ctantur in illa doctrina in qua ponuntur illa que sunt cō/
munia omnibus entibus: que habet subiectuz ens inquā
tum ens. Et ideo apud eos hec scientia diuina dicitur.
¶Est autem alius modus cognoscendi ipsas res non so
lum secundum q̄ per effectus manifestantur: sed secun/
dum q̄ seipsas manifestant. Et hunc moduz ponit apo
stolus prime ad cor. secundo. Que autem dei sunt: nemo
nouit nisi spiritus dei. Nos autem non spiritum hui⁹mū
di accepimus sed spiritum qui ex deo est vt sciamuz ⁊c.
Et ibidem subdit. Nobis autem reuelauit deus per spi
ritum sanctum: ⁊ per hunc modum tractantur res diuine
secundum q̄ in seipsis subsistunt ⁊ non solum prout sunt
rerum principia in sacra theologia. Est igitur theologia
siue diuina scientia duplex. Una in qua considerantur res
diuine non tanq̄ subiectum scientie sed tanq̄ principium
subiecti. Et talis est theologia quam philosophi prose/
quuntur que alio nomine methaphysica dicitur. Alia vo
est que ipsas res diuinas ꝓsiderat propter seipsas: vt sub
iectum scientie. Et hec hec est theologia que in sacra scri
ptura traditur. Utraqz autem de his est que sunt separa
ta a materia ⁊ motu secundum esse sed diuersimode secū
dum q̄ multipliciter potest aliquid a materia ⁊ motu se
paratum esse. Uno modo q̄ de ratione rei que separata
dicitur sit q̄ nullo modo in materia ⁊ motu esse possit: ⁊
sic deus ⁊ angeli dicūtur a materia ⁊ motu separati. Alio
modo sic q̄ non sit de ratione eius q̄ sit in materia ⁊ mo
tu: sed possit esse sine materia ⁊ motu: quāuis inueniant
quandoqz in materia. Et sic ens ⁊ substantia potentia ⁊
actus sunt separata a materia: quia secundum esse a mate/
ria ⁊ motu non dependet: sicut mathematica dependent
que nunq̄ nisi in materia esse possunt: quāuis sine mate/
ria sensibili possint intelligi. Theologia igitur philoso/
phica determinat de separatis. Secundo modo sicut de
subiectis. De separatis autem primo modo sicut de pn/
cipijs subiecti. Theologia vero sacre scripture tractat de
separatis. pmo modo: sicut de subiectis: quāuis in ea tra/
ctentur aliqua que sunt ī materia ⁊ motu secundum q̄ re
quirit rerum diuinarum manifestatio. Hec ille formalit.
¶Sed ex dictis oritur dubitatio. Nam si (vt ait Doct.
Sanctus) Methaphysica speculatur substantias separa/
tas inquantum sunt principia subiecta cuz subiectum me
thaphysice sit ens inquantum ens (sicut dictum est in pri
mo) sequitur q̄ substātie separate seu angeli sicut Theo/
logi appellant sint principia entis: ⁊ cum nō sint materia/
lia nec formalia (vt patet) nec finis sequitur q̄ sint prin/
cipia effectiua rex. Tunc vltra. Sunt effectiua non per ge
nerationem: cum non generent: ergo sequi videt q̄ sint
principia rex per creationem. ¶Ad hoc dicitur q̄ sub/
stantie separate seu angeli nullo modo possint creare. Cu
ius ratio est: quia creatio requirit potentiam infinitaz: cū
creare sit aliquid ex nihilo facere. Facere autem aliquid
ex nihilo: nihil presupponit ex quo fiat. Nihil in sui actio
ne presupponere requirit potentiam infinitam: ergo crea
re requirit potentiam infinitam. Sed preter deum nulla
substantia separata habet potentiam infinitam cum: eius
essentia sit finita. Nam si esset infinita: comprehenderet in
se omnem perfectionem: ⁊ sic esset deus: ex quo seque/
retur q̄ multi essent dij quod est manifeste falsum: ⁊ con
tra omnes philosophos recte sentientes: presertim con/
tra Aristotelem qui duodecimum huius sapientie libz̄
concludendo dicit. Unus ergo princeps. Relinquit itaqz
q̄ preter deum nulla substātia separata seu angelus crea
re possit. Quod optime declarat Doctor Sanctus.2.di.
prima questione prima articulo tertio ⁊ ī de potentia.q.
tertia articulo quarto: ⁊ in pluribus alijs locis sue doctri
ne: presertim antez i prima.q.45.articulo quinto vbi sic
ait. Satis apparet in primo aspectu q̄ creare nō pōt esse
propria actio nisi solius dei. Oportet enim vniuersalio/
res effectus in vniuersaliores ⁊ priores causas reducere.
Inter omnes autem effectus vniuersalissimum est ipsuz
esse. Undet oportet q̄ sit proprius effectus prime ⁊ vni/
uersalissime cause que est deus. Unde ⁊ dicit in libro de
causis q̄ neqz intelligentia vel anima nobilis dat esse: ni/
si inquantum operatur operatione diuina. ¶Producere au
tem esse absolute non inquantum est hoc vel tale pertinet
ad rationem creationis. Unde manifestum est q̄ creatio
est proprie actio ipsius dei. ¶Contingit autez q̄ aliquid
participat actionem alicuius alterius: non virtute propria
sed instrumentaliter inquantum agit in virtute alterius:
sicut aer per virtutem ignis habet calefacere ⁊ ignire: ⁊
secundum hoc aliqui opinati sunt q̄ licet creatio sit pro/
pria actio vniuersalis cause: tamen aliqua inferiox causaz
inquantum agit in virtute prime cause potest creare. Et
sic posuit Auicennas: q̄ prima substātia separata creata a
deo: creat aliā post se ⁊ sbaz orbis ⁊ aīaz ei⁹ ⁊ q̄ sba orbis
creat māz inferiox corpoꝝ. Et secundum hunc etiā mo
dum magister dicit in quinta di.4.sentētiaz q̄ deus po/
test creature communicare potentiam creandi: vt creet
per ministerium non propria auctoritate. Sed hoc esse
non potest quia causa secunda instrumentalis non partici
pat actionem cause superioris nisi inquantuz per aliquid
sibi proprium dispositiue operatur ad effectum principa
lis agentis. Si igitur ibi nihil ageret secundum illud q̄d
est sibi proprium frustra adhiberet ad agendū: nec opor
teret esse determinata instrumenta determinataz actio/
num. Sicut enī videmus q̄ securis scindendo lignum:
quod habet ex proprietate sue forme producit scāni for/
mam que est effectus proprius principalis agentis. Il/
lud autem quod est effectus dei creantis est illud quod
presupponitur omnibus alijs scilicet esse absolute. Un/
de non potest aliquid operari dispositiue ⁊ instrumenta/
liter ad hunc effectum cum creatio non sit ex aliquo pre/
supposito quod possit disponi per actionem instrumenta
lis agentis. Sic igitur impossibile est q̄ alicui creature
conueniat creare: neqz virtute propria: neqz instrumenta
liter seu per ministerium. Hec ille formaliter. ¶Ad ra/
tionem autem in contrarium: respondet concedendo pri
mam substantiam scilicet q̄ substantie separate sint prin/
cipia entium. Nec hoc est inconueniens: nec contra Do/
ctorē Sanctū. Nam ipse in probemio methaphysice ex/
presse dicit. Substantie separate sunt vniuersales ⁊ pri/
me cause essendi. Eiusdem autem scientie est considera/
re causas proprias alicuius generis ⁊ genus ipsum sicut
naturalis considerat principia corporis naturalis. Unde
oportet q̄ ad eandem scientiam pertineat cōsiderare sub
stantias separatas: ⁊ ens commune quod est genus: cu/
ius sunt predicte substantie communes ⁊ vniuersales cau
se: hec ille ibi formaliter. Conceditur etiam secunda illa
tio scilicet q̄ sint principia effectiua rerum. Sed nega/
tur assumptum in.3ª. q̄ non sint effectiua per generatio
nem. Ad probationem dicitur q̄ aliquid potest esse effe/

etiuum per generationez dupliciter. Uno modo imme
diate ꝛ sic conceditur ꝙ non sunt principia effectiua sicut
proceditur ratio. Alio modo mediate: ꝛ sic negatur. Luz
enim illud sit causa mediata alicui⁹ effect⁹ quod est causa
cause ipsius ex qua directe ꝛ per se: sequitur ipe effectus
necessario potest dicere substantias separatas seu ange/
los esse causas mediatas generationis rerum. Mouent
enim celum ex cuius motu sequitur generatio ꝛ corru/
ptio rerum. Hinc Doctor Sanctus in Opusculo.11°.
quesitus an angeli sint causa omniuz que generant ꝛ co:
rumpunt in hoc mundo respondens ait. Hoc ex necessi
tate sequit si sunt causa motus celi qui est causa genera/
tionis ꝛ corruptionis in istis inferioribus corpoꝛib⁹: vt
Dionysius dicit quarto capitulo de diuinis nominibus
Quodenim est causa cause: est causa causati. hec ibi.

Ad primum ergo dicendum ꝙ ens potest
cõsiderari dupliciter. Uno mo
do quantum ad suas partes subiectiuas ꝛ principia. Et
sic est perfectissimum: quia sub ente cõtinẽtur perfectissi
me substantie sicut dictum est. Alio modo potest conside
rari ꝑm se. Et hoc dupliciter. Uno modo in concreto. ꝛ
sic est impfectissimũ mãntuz cõfusissimũ est. Alio modo
in abstracto: vt accipitur pro esse ꝛ sic est pfectissimum:
quia simplicissimũ: vt pz per Doc. S. in de potentia. q.
7. ar. 2°. ad quartũ. ꝙ hoc ꝙ dico esse est inter omnia pfe
ctissimũ. quod ex hoc pz: quia actus est semper pfectioꝛ
potentia. quelibet autem forma signata non intelligit in
actu nisi per hoc ꝙ esse ponitur. Maz hũanitas vel ignei
tas potest cõsiderari vt in potentia mãe existens: vel vt
in⁹ virtute agentis aut etiam vt in ⁹intellectu. sed per hoc
ꝙ habet esse efficit actu existens. Unde pz ꝙ hoc quod
dico esse est actualitas oĩuz actuũ: ꝛ ꝓpter hoc est perfe/
ctio oĩuz pfectionũ. hec ille. Et paulopost subdit. Unde
non sic determinat esse per alia sicut potentia per actum
sed magis sicut actus per potentiaz. Nam si in diffinitiõe
formaꝝ ponunt mãe loco differentie: sicut cum dicitur
ꝙ anima est actus coꝛporis physici oꝛgani. Et per hunc
modum hoc esse ab alio distinguit inquantũ est talis vel
talis nature. Hec ille. ¶ Ad secunduz dicendum ꝙ ens
per accidens dicitur dupliciter. Uno modo dicitur ens
per accidens: vt distinguit contra ens per se. Et tale ens
per accidens bene cadit sub ꝓsideratiõe huius scientie.
Alio modo ens dicitur per accidens: qz est casuale ꝛ foꝛ
tuitum. Et tale potest dupliciter considerari: vt dicit
Lectio p^a. Docto: Sctus super de memoria ꝛ reminiscẽtia. Uno
modo per respectuz ad sua principia ꝛ causas. Et sic ꝑm
eum bene cadit sub cõsideratione alicuius scientie. Alio
modo potest ꝓsideraꝝ in sensu composito. videlicet vt ꝙ
accidens est ꝛ foꝛtuituz. Et sic nõ cadit sub ꝓsideratione
alicuius sciẽtie. ꝛ lz ꝓtineat sub ente ꝑm ꝙ ꝓsideraꝝ per
respectũ ad sua pncipia. nõ tamẽ habet rationez entis in/
quantũ ꝓsideratur tale ens vt casuale ꝛ foꝛtuitũ: vt clariꝰ
6° huius declarabit. q. 8. ar. ꝓ°. ¶ Ad tertium dicendũ
ꝙ in sciẽtia speciali passio ponit in numeꝝ ꝓtra subiectũ.
Et sic facit numerum realem cum subiecto. Sed in sciẽ/
tia cõmuni sufficit ꝙ passio ꝑm rationez differat a subie/
cto: ꝛ tali modo ponat in numero cum subiecto: Luz igi
tur hec scientia sit cõmunis cuius subiectuz est analogũ:
non oportet ꝙ ipsuz subiectuz ꝛ passio ei⁹ faciant nume/
rum realem. Unde Albertus magnus in hoc 4° tracta/
tu p̃°. cap°. 2°. sic ait. Ista sunt obiecta sophistaꝝ. ens est
subiectum habens accidẽtia multa que accidunt ei per se
que lz realem non habeãt differentiaz: habent tamen dif
ferentiam in modo qõ pz per hoc: qz cum ens nihil ha/
beat ante se pz ꝙ non ꝓcedit in esse sicut forma alicui pre
cedenti addita: sed sicut subiectuz ⁹in quo informata sunt
omnia sequẽtia. Uita enim ex additione cuiusdaz forme
se habet ad ens: ꝛ similiter substantia ꝛ sensus ꝛ ratio ꝛ
intellectus. Hec ille. ¶ Ad quartũ dicendũ ꝙ subiectuz
capitur dupliciter. Uno modo ꝓ eo qõ subijcitur alicui
sicut generi. Et sic ens nõ subijcitur alicui. Alio modo ac
cipitur subiectum ꝓ eo quod ꝑsupponitur omnib⁹ se/
quẽtibus ꝛ eis omnib⁹ substat. Et sic ens ⁹bene subijcit
alicui. Unde Albertus vbi supꝛa sic ait. Hec dicitur esse
subiectũ sicut species que subijcitur generi differẽtia cõ
stitutiua. Sed dicitur subiectum sicut id quod ꝑsuppo/
nitur omnibus sequẽtibus ꝛ substat omnibus eis. Et sic
patet ꝙ licet sequentia realem ad ipsuz non habeant dif/
ferentiam: habet tamen ad ipsuz differentiaz in modo ꝛ
hec differentia sufficit scientie prime phyloſophie. Hec
ille formaliter. ¶ Ad vltimum dicendum ꝙ ꝓpria ra
tio formalis ipsius entis creati diuisi in decem ꝓdica/
menta qõ hic assignatur ꝓ obiecto est ꝓpria rõ ipsius
substantie. Nec valet cõsequẽtia ꝙ substantia erit subie/
ctum huiꝰ scientie: quia hoc nomen substantia cũ abstra/
ctiue designetur in ordine ad accidentia nõ est impositus
ad significandũ illam rationem formalem ꝑm ꝙ cõpetit
ipsi substantie ꝓprie ꝛ accidentibus attributiue. Sed
hoc nomen ens cum cõcretiue designetur est impositus
ad significandũ eandem rationem formalem: non solum
vt est ipsi ꝓpria sed etiaz vt ꝓuenit accidentibus per at/
tributionem tantũ. Igitur nõ valet ꝓsequẽtia. Ens signi
ficat ꝓpriam rationẽ substantie. ergo substantia est subie
ctum huius scientie: qz non significat eodem modo sicut
ipsa: vt clarius in sequẽtibus patebit:

¶ Questio scda. De solutione questionis mote in prece
denti libro qua querebatur. vtrũ huius scientie sit cõ
siderare substantias ꝛ accidentia ipsarum.

d **Einde** considerandũ restat de so
lutione questionũ que in
ꝓcedenti libro mouebant de cõsidera/
tione huius scientie. ¶ Circa qõ triplex
occurrit cõsideratio. ¶ Primo de solu
tione questionis qua querebatur. vtruz
huius scientie esset cõsiderare de substantia ꝛ accidenti/
bus. ¶ Secũdo de solutione questionis qua querebat⁹
vtrum huius scientie sit cõsiderare de istis cõmunibus
que sunt vnum ꝛ multum: idem ꝛ diuersum opposituz
ꝓtrarium ꝛ huiusmodi. ¶ Tertio de solutione questio/
nis qua querebatur. vtrum huius scientie sit cõsiderare
prima principia demonstrationis. ¶ Circa primũ que/
runtur nouem. ¶ Primo vtrum huius scientie sit con/
siderare tam de substantia qz de accidentibus. ¶ Secõ
vtrum ens predicetur equiuoce de substantia ꝛ accite.
¶ Tertio vtrum ens predicetur vniuoce de substantia
ꝛ accidente. ¶ Quarto vtrum ens predicetur analogice
de substantia ꝛ accidente. ¶ Quinto. Si ꝑdicetur analo
gice. vtrum sit dabilis conceptus siue analogus siue eq/
uocus precisus a cõceptu substantie ꝛ accitis. ¶ Sexto
vtrum ens significet vnuz cõceptuz disiunctũ. ¶ Septi
mo vtrum ens predicetur ydemptice de substantia ꝛ ac
cidente. ¶ Octauo vtrum prinationes ꝛ negationes pos/
sint dici entia. ¶ Nono vtrum huius scientie sit princi/
paliter cõsiderare de substantia: ꝛ si sic vtrum huius scie
sit cõsiderare de omnibus substantijs.

¶ Ibi in Doc. S. ꝛ phõ. Sed quẽadmodum salubre
omne ad sanitatem: hoc quidem ad conseruationem: id
vero in actione: aliud quia est signum vt vrina sanitatis:
hoc autez quia illius est susceptibile ꝛ medicinale a me
dicina: hoc enim habendo medicinas dicitur medicina
le illud vero susceptibile ad eam: aliud vero per actus
existentium medicine. Similiter autem alia sumemus
his dicta ꝛc̃.

a **B primum** sic proceditur. Uide
tur ꝙ huius scientie
non sit cõsiderare tam de substantijs qz accidẽ
tibus. Nam hec scientia abstrahit a materia
ꝛ a motu. Sz accitia ꝓsequũtur mãm: vt pz de ũntitate
actione ꝛ passione. ergo huiusmodi nõ ptinẽt ad ꝓsidera
tionem huius scie. ¶ Ꝓ 1°. Sube coꝛpoꝛee ꝛ incoꝛpoꝛee
non

nō cōueniūt in vna ratione formali: vt probat Doc. S. in tractatu de natura generis. ergo a fortiori nec substā/tia ⁊ accidens: cum plus differant substantia ⁊ accidens q̄s substantia corporea ⁊ incorporea. Cum ergo illa que non conueniunt in vna ratione formali non pertineant ad eandem scientiam: sequitur q̄ hec scientia non habet considerare substantias ⁊ accidentia. ¶ Preterea 3°. Sexto huius dicitur q̄ hec scientia versatur circa īmo/bilia. Sed accidentia sunt variabilia: cum possint adesse ⁊ abesse subiecto preter eius corruptionez: vt dicit phy losophus p̄mo topicorū. ergo ꝛc̄. ¶ Preterea 4°. Mo bilissima scientia est de nobilissimis entibus. Sed me/thaphysica est nobilissima scientiarū: vt dicitur p̄mo hu/ius. Cum ergo inter omnia entia ipsa accidentia sint im/perfectissima. Videtur q̄ eorum consideratio non per/tineat ad hanc scientiam. ¶ Preterea 5°. Scientia est de necessarijs: vt patet primo posteriorum. Sed ac/cidentia non sunt necessaria: sed potius contingen/tia. ergo idem quod prius. ¶ Preterea 6°. Omnis creatura est mutabilis: cuz natura immutabilis soli deo conueniat: vt Augustinus dicit. Si ergo hec scientia cō/sideraret substantias et accidentia: sequeretur q̄ non ab/straheret a motu: quod est contra philosophuz. 6°. hui⁹ ergo ꝛc̄. ¶ Sed cōtra est philosophus in littera dicēs. Quemadmodum ergo et salubrium omnium vna est scientia: ita hoc ⁊ in alijs: non quidam solum eorum que secundum vnum dictorum est vnius scientie speculari: sed ⁊ dictorum ad vnam naturam. et enim hoc modo quodam ad vnum dicuntur.

Respondeo dicendum q̄ ad hanc scien/tiam pertinet considerare sub stantias et accidentia: et vniuersaliter omnia entia. quod sic probat philosophus secundum Doctorem sanctū in presenti passu. Quecunq; enim communiter recipiunt predicationem alicuius: ꝛ illud non vnivoce sed analo/gice de eis predicetur: pertinent ad vnius scientie consi/derationem: Sed ens hoc modo predicatur de omnib⁹ entibus. ſ. analogice. ergo omnia entia pertinent ad con/siderationem vnius scientie que considerant ens inq̄ntū ens. Cum ergo hec scientia consideret ens inquantum ens: vt supra probatum est. q. 1. ar. 1. relinquitur q̄ ad hanc scientiam pertineat considerare omnia entia: et per consequens substantias et accidentia. ¶ Innotem probat per duo exempla. sicut enim se habet sanatiuum ad om/nia sana et medicatiuum ad omnia medicatiua: ita ens se habet ad omnia entia sed sanatiuum non dicitur vnivo/ce nec equiuoce sed analogice de omnibus sanis: quia secundum eandem rationem diuersimode participataz. Omne enim sanatiuum dicitur ad eandem sanitatem. Eadem autem sanitas est quam animal suscipit: ⁊ vrina significat medicina facit ⁊ dieta conseruat: licet diuersi/mode participetur. Nam ratio sani secundum q̄ dicit de dieta consistit in conseruando sanitatem. secundo vo quod dicitur de medicina in faciendo sanitatem. ⁊ scōm q̄ dicitur de vrina: inquantum est signum sanitatis. se/cundum vero quod dicitur de animali ratio eius est: se/cundum q̄ est susceptiuum. similiter aliquid dicitur me dicatiuū. Vel quia habet artem medicine sicut peritus medicus. Vel quia est bene aptum ad habendam artez medicine sicut homines bene dispositi ad illam artem. Vel quia est instrumentum ipsius medicine. tamen est eadem ars medicine quā medicus peritus habet: ⁊ ad quā aliqui bene sunt dispositi ⁊ ad quā aliqua instrumē/taliter concurrunt. Unde patet q̄ huiusmodi analogice predicantur quia non secundum rationem penitus ean/dem neq; penitus diuersam. Sed secundum vnam ra/tionem diuersimode participataz. Cum ergo ens simi/liter se habeat ad omnia entia: sequitur q̄ analogice pre dicabitur de omnibus: vt clari⁹ postea patebit. ¶ Sed aduertendum est q̄ non est omnimoda similitudo de en/te ⁊ predictis exemplis: vt innuit hic Doctor sanctus: quia in predictis exemplis illud primum ad quod cete/ra reducuntur: est finis vel efficiens. Sed ens ad quod cetera reducuntur non se habet vt finis vel vt efficiens: sed magis vt subiectum. Est tamen simile in hoc: quia sicut in predictis exemplis illud primum ad quod cete/ra reducuntur: non conuenit alijs secundum rationem penitus eandem neq; penitus diuersam sed analogice: ita eodem modo ens dicitur de omnibus entibus: vt di ctum est.

Ad primum ergo dicenduz q̄ duplex est ens. ſ. per se ⁊ per accidens: vt dicitur. 5°. huius. ens per accidens dupliciter dicit. Uno modo ens casuale ⁊ fortuitum. Et tale ens per ac/cidens non consideratur in aliqua scientia inquantuz hu/iusmodi: vt sepe dictum est. Alio modo dicitur ens per accidens quod habet esse per aliud sui generis. Et sic quodlibet accidens dicitur ens per accidens. Et tale est duplex. Nam quodam est quod fluit a principijs spe/ciei adequate: sicut propria passio: ⁊ tale bene proprie pertinet ad considerationem alicuius scientie. Aliud est quod fluit a principijs indiuidui: quod alio nomine vo/catur accidens predicabile: ⁊ tale potest dupliciter con/siderari. Uno modo secundum esse suum reale ratum in rerum natura existens. Et sic ad nullam scientiam per tinet eius consideratio. Alio modo secundum rationem eius vniuersalem secundum q̄ habet principia essen/tialia sui generis: ⁊ hoc dupliciter. Uno modo potest considerari secundum propriam eius rationem specifi/cam. Et sic pertinet eius consideratio ad scientiam parti cularem. Alio modo secundum rationem eius vniuer/salissimam inquantum. ſ. conuenit in ratione entis. Et sic eius consideratio bene pertinet ad hanc scientiam. Un/de Doctor sanctus super Boecio de trinitate. q. 5ª. ar. vltimo ad. 6m. Sic ait. Methaphysicus considerat etiā de singulis entibus non secunduz proprias rationes per quas sunt tale vel tale ens: sed secundum q̄ participant cōmunem entis rationem: ⁊ sic etiam pertinet ad eius considerationem materia ⁊ motus. Hec ille. ¶ Ad se/cundum dicendum q̄ substantiam corpoream ⁊ incor/poream non habere conuenientiam in aliqua ratione for mali potest intelligi dupliciter. Uel in vna ratione for/mali considerationis que. ſ. eis conueniat methaphysice loquendo: ⁊ sic negandum est: Uel quia conueniant in vna ratione formali nature: que. ſ. est vna secundum rez ex natura rei in substantia corporea ⁊ incorporea. Et sic verum est q̄ substantia corporea ⁊ incorporea non con/ueniunt in vna natura. Q̄ autem hoc sit de mēte Doc. S. patet per dicta sua in eodem tractatu vbi sic dicit. Uniuersale enim dicitur dupliciter. Uno modo ipsa na tura: cui intellectus rationem vniuersalitatis propter ali quid in ea inuentum attribuit. Et sic vniuersalia rerum naturas significant ⁊ predicantur in quid. Animal nāq; dicit substantiam illius de quo predicatur: similiter et homo. Et isto modo non est vnum in multis. īmo natu ra predicamentorum multiplicatur semp subiectis mul tiplicatis. quot enim sunt homines tot sunt animalia. Alio modo dicitur vniuersale natura illa considerata sub in/tentione vniuersalitatis sibi attributa: ⁊ sic ꝓpter vnifor mitatem rationis intentam in intentione que fit per re/motionem a materialibus conditionibus ⁊ omni diuer sitate est vnū in multis. Sic enim omnes homines sunt vnus homo ⁊ vnum animal. In re igitur nihil commu ne est multis: quia quicquid est in re est singulare nulli cōmunicabile. quod autem cōmune est: agitur per intel lectum. Intellectus enim facit vniuersalitatem in rebus vt dicit Cōmentator super liº de anima. potest enim in/tellectus actionem suam extendere ad omne ens: quia ens rationis in equo est cū ente nature: vt dictū est. Uñ cū de intellectu sube que est genº primū nō sit ꝓpositio materie ⁊ forme nec eius oppositus vtrunq; potest sibi accidere sicut pz de substantijs separatis et compositis.

Lect. 7. et com. 13.

remanet igitur de intellectu generis substantie cōmune per se esse: quod tamen esse est differens ab essentia illius generis. Et hoc solum cōmune est vtriqz substantie mobili. s. ⁊ īmobili seu īmateriali. Cum in omni re mobili necessario sit materia: vt dicitur in. 8°. methaphyce. Lectio p̄ª. Et ideo hec rō substantie logica est. nihil. n. cōe pōt esse subē corruptibili et incorruptibili nisi nomen que est logica consideratio cum nomina sint note vel signa intellectus: vt dicitur primo peryermenias. Ex quibus manifestum est q̄ substantie separate ⁊ materiales non conueniunt nisi in genere logico solum. hec ille. ¶Ad tertium dicendum q̄ licet accidentia cōsiderata inesse reali rato sint variabilia: tamen rationes vniuersales eorūz sunt necessarie ⁊ invariabiles: cuz sint īmateriales: principaliter enim est scientia de vniuersalibus rationibus rerum super quas fundatur. Unde Doctor. S. super Boecio de trinitate. qōne. 5. ar°. primo ad. 4ᵐ. Sic ait Scientia de aliquo est dupliciter. Uno modo primo ⁊ principaliter: ⁊ sic scientia est de vniuersalibus rationibus super quas fundatur. Alio modo est de aliquibus secundario ⁊ quasi per reflexionem quandam. Et sic est de rebus illis quarum sunt ille rationes. Inquantum illas rationes applicat ad res etiam particulares: inquantum sunt adminiculo inferiorum virium. ratione. n. vniuersali vtitur sciens ⁊ vt re scita: ⁊ vt medio sciendi. per vniuersalem enim rationez possum iudicare de hoc vel illo. rationes autem ille rerum omnes sunt īmateriales. Et ideo quantum ad hoc omnis scientia est de necessarijs. Sed rerum quarum sunt ille rationes: quedā sunt necessarie ⁊ īmateriales: quedam cōtingentes ⁊ mobiles: et quantum ad hoc de rebus cōtingentibus ⁊ mobilibus dicuntur esse scientie. Hec ille. ¶Patet ergo qualiter de accidentibus ⁊ cōtingentibus ⁊ mutabilibus posit esse scientia: ⁊ per hoc patet solutio ad quintū. ¶Ad quartum dicendum q̄ methaphysica non considerat ex equo substantias ⁊ accidentia: sed principaliter considerat substantias inter quas principalissime cōsiderat substantias separatas: vt inferius patebit. igitur argumentū non concludit. ¶Ad quintum dicendum sicut ad tertiū. ¶Ad vltimum etiam satis patet ex dictis solutio. ¶Aduertendum tamen vt dicit Doc. S. super Boecio vbi supra. ad vltimum q̄ mutabilitas illa que competit omni creature non est scōm aliquem motum naturalem: sz scōm dependentiā ad deum a quo si desererentur: deficerent ab eo q̄ sunt. Dependentia autez ista pertinet ad cōsiderationez methaphysici potius q̄z naturalis. creature. n. spirituales non sunt mutabiles nisi fm electionez. Et talis mutatio non pertinet ad naturalem: sed magis ad diuinū. Hec ille.

¶Ibi in Doc. S. et pbo. Ens autem multis quidem dicitur modis: sed ad vnum ⁊ ad vnam naturā aliquā: ⁊ non equiuoce ⁊c̄.

a ¶ Ad secundum sic proceditur. Uidetur q̄ ens predicetur equiuoce de substantia ⁊ accidente. Nam vt supra adductum est ar°. precedēti. ad scōm. eterno ⁊ temporali nihil est cōmune nisi nomen. Sed substantie saltem spirituales sunt eterne ⁊ accidentia temporalia. ergo substātie ⁊ accidentibus nihil erit cōmune nisi nomen. ⁊ sic nihil predicabitur de eis nisi pure equiuoce. ¶Preterea 2°. Quando aliquid p̄dicatur fm nomen ⁊ non fm rationem aliquaz: predicatur pure equiuoce. Sed sapientia predicatur de deo ⁊ creaturis scōm nomen ⁊ non scōm aliquaz rationem. Quod sic patet: nam remoto genere remouetur ratio significata per nomen: vt si remoueatur substantia: remouetur ratio animalis. Sed sapientia que reperit in creaturis est qualitas que remouetur a sapientia que attribuitur deo. ergo nulla ē ratio eadē que cōueniat vtriqz. Cum ergo idem sit iudicium de sapientia sicut de ente quantum ad predicationem: sequitur q̄ ens predicabitur purē equoce de deo ⁊ creaturis: ⁊ similiter de substantia ⁊ accidente: cuz eadē ratio sit de vtroqz. ¶Ꝑ 3°. Quecunqz in vno cōueniunt sunt transmutabilia adinuicem: sed substantia et accidens non sunt trāsmutabilia adinuicem: cum ex substantia non fiat accidens nec ecōuerso. ergo substantia ⁊ accidens in nullo cōueniunt nisi in nomine. Et sic idez quod prius. ¶Preterea 4°. Ubi nulla est similitudo: ibi nihil potest cōmuniter predicari nisi equiuoce. Sed inter substantiam ⁊ accidens nulla est similitudo: cum similitudo sit rerum differentium eadem qualitas. ergo ⁊c̄. ¶Preterea 5°. Maior est differentia inter substantiam et accidens q̄z inter numerum ⁊ albedinem. Sed stultum est dicere numerum assimilari albedini. Ergo stultius est dicere accidens assimilari subiecto. Et stultissimum erit dicere q̄ aliqua creatura erit similis deo. ¶Preterea 6°. Plus differunt substantia et accidens que in nullo genere conueniunt q̄z canis latrabilis et piscis marinus que conueniunt in vno genere: cum sint species substantie. Sed tamen canis latrabilis et piscis marinus pure equiuocantur in cane eo q̄ non conueniunt in vna propria ratione canis. ergo a fortiori substantia et accidens erunt pure equiuoca equiuocata ipsius entis. ¶Preterea 7°. Porphirius dicit. Si quis omnia entia vocet: equiuoce nuncupabit ⁊ non vniuoce. ergo idem quod prius. ¶Sed cōtra est phylosophus in principio huius dicens. Ens autē multis quidem dicitur modis: sed ad vnum ⁊ vnam aliquā naturam ⁊ non equiuoce. Sed quemadmoduz salubre omne ad sanitatem: hoc quidem in conseruatione aliud vero in actione: aliud q̄ est signū sanitatis.

¶Respondeo dicendum q̄ vt hic dicit Doctor sanctus: aliquid predicatur de diuersis multipliciter. Quandoqz quidem scōm rationem omnino eandem. Et tunc de eis dicitur vniuoce predicari. Sicut animal de homine ⁊ bone: Quoqz vero scōm rationes omnino diuersas: et tunc dicitur de eis equiuoce predicari. sicut canis de sidere et animali. Quandoqz vero scōm rationes que partim sunt diuerse et partim vna. diuerse quidem scōm q̄ diuersas habitudines important. Una autem scōm q̄ ad vnum aliquid: et idem iste diuerse habitudines referuntur. Et hoc dicim⁹ analogice predicari. i. pportionabiliter prout vnumquodqz secundum suam habitudinem ad illud vnum refertur. Hec ille. Quibus suppositis impossibile est asserere q̄ ens mere equiuoce predicetur de substantia ⁊ accidente: Accipiendo .s. equiuoce predicari: vt distinguitur contra vniuoce et analogice predicari. quod sic pz. ¶Primo quia si ens mere equoce predicaretur de substantia ⁊ accidente: tunc de eo nō esset vna scientia que diceretur methaphysica. patet consequētia: quia omnia que considerantur in aliqua scientia: oportet q̄ conueniant in vna ratione formali obiecti: Cum ergo equiuoca secundum q̄huiusmodi non conueniant in aliqua ratione formali: sequitur q̄ si ens dicatur pure equiuoce de substantia et accidente q̄ substantia et accidens non erunt cōsiderationis huius scientie. Cuius tamen oppositum probatum est in precedentibus ar. 1. Hanc autem rationem innuit Cōmentator in hoc. 4°. cōmento. 2°. in principio. Cum dicit. Cum autem declarauit q̄ vna scientia debet considerare de ente secundum q̄ ens: vult declarare q̄ hoc nomē ens dicitur multis modis ⁊ non equiuoce sicut canis de cane latrabile ⁊ marino. Neqz vniuoce vt animal de homine ⁊ asino: sed sicut est de nomibus que dicunt de rebus attributis eidē ⁊ sunt media inter vniuoca ⁊ equiuoca. Hec ille. Cui etiam concordat Albertus in li°. 4°. tractatu primo cap°. 3°. dum dicit. Et ideo non equiuoce dicitur fm veram equiuocationem fm quam solum nomen est cōmune. Et ratio subē ⁊ nature diuersa est ⁊ ad vnam naturam non depēdet ipsa diuersitas. Hec ille. ¶Ꝑ 2°. In pure equiuocis que pbus notat equiuoca a casu non dicitur aliquid

aliquid de vno per respectum ad aliud. Sed ens quod predicatur de substantia ⁊ accidente predicatur de substantia per respectum ad accidens vel econuerso. ergo idem quod prius. ¶Hanc autem rationē tangit Doc. S. contra gen. li°. pmo. ca°. 33°. ⁊ in de potētia. q. 7. ar. 7°. ad idem. Substantia est causa accidentis: vt p3. 7°. huius. Causatum autem oportet esse aliqualiter simile cause. Unde ens non potest pure equiuoce predicari de substantia ⁊ accidente. Unde Doc. S. contra gen. Ubi supra dicit q̄ vbi est pura equiuocatio: nulla similitudo in rebus illis attendit̄: sed solū vnitas nominis. Cū igit̄ accidētis ad substantiā fit aliqua similitudo: reliq̄ret q̄ de eis mere equoce non predicabit̄ p̄ter q̄ huiusmodi. ¶Item q̄ vnum de pluribus predicat̄ p̄ter meram equiuocationem: ex vno eorum non possumus duci in cognitionem alterius: quia cognitio rerum dependet ex nomīum ratione ⁊ non ex vocibus. Sed ex accidentibus deuenimus in cognitionem substantie: vt p3 p̄mo de anima: Ubi dicit̄ q̄ accidentia magnam partem cōferunt ad cognoscendum quod quid est. ergo idem qō prius. ¶Preterea 3°. Si nihil diceretur de substantia ⁊ accidente nisi mere equiuoce nulla argumentatio posset fieri procedendo de accidente ad substantiam vel econuerso: quia equiuocatio nominis processum argumentationis impedit. Sed contrarium videmus in discursu phyloſophi quasi per omnes suos libros. relinqtur igit̄ q̄ ens non dicitur mere equiuoce de substantia ⁊ accidente: neq3 de deo ⁊ creaturis.

P. p°.

P. p°. et com. 11.

Ad primum igitur dicendum q̄ duplex est cōmunitas: vt superi9 dictum est. ar°. 1. ad. 2m. quedam est cōmunitas nature. Alia est cōmunitas logica. Unde licet eterno ⁊ temporali nihil sit cōmune nisi nomen loquendo de cōmunitate nature: habent tamen aliquid cōmune loquendo de cōmunitate logica: vt p3 per Doc. S. in de potentia. q. 7. ar. 7°. Ubi sic ait. phyloſophus loquitur de cōmunitate naturaliter ⁊ non logice. Ea vero que habent diuersum modum essendi: non cōmunicant in aliquo secūd3 esse quod considerat naturalis. possunt tamen cōmunicari in aliqua cōmuni intentione quam considerat logicus. ⁊ propter hoc scōm naturalem corpus elementare ⁊ celeste non sunt vnius generis tamen scōm logicum sunt nihilominus phyloſophus non intendit excludere analogicam cōmunitatem: sed solum vniuocam. Ult. n. ostendere q̄ corruptibile ⁊ incorruptibile non conueniant in genere. Hec ille. ¶Ad secundum dicendum: vt dicit Doc. S. in de potentia vbi supra. ad secundum q̄ licet ablatio siue diuersitas generis tollat vniuocationem: non tamen tollit analogiam. quod sic patet. Sanus n. scōm quod dicitur de vrina est in genere signi. secūdū vero q̄ dicitur de medicina est in genere cause. Hec ille. ¶Ad tertium dicendum q̄ illa que cōueniunt in vna materia que est eiusdem rationis sunt ad inuicem transmutabilia: sicut omnia entia materialia generabilia et corruptibilia: non autem illa que conueniunt in vno genere logico. Unde Doctor. S. in de potentia vbi supra ad vltimum dicit q̄ ratio illa procedit de his que communicant in genere vel in materia: qualis conditio non est dei ad creaturas nec accidentis ad substantiam. Hec ille. ¶Ad quartum dicendum q̄ similitudo capit̄ dupliciter. Uno modo proprie ⁊ sic substantie ⁊ accidentis nulla est similitudo: cum similitudo sit rerum differentium eadem qualitas vt assumptum est. Alio modo accipitur cōmuniter p3 omni cōuenientia in aliqua cōmuni ratione. Et sic substantie ⁊ accidentis bene est aliqua similitudo. s. causati ad causam. Et hoc est quod dicit Doctor. S. in de potentia vbi supra ad quartu3. vbi sic ait. scōm accidens non potest esse aliquid simile substantie similitudine que attenditur scōm formam vnius rationis: sed similitudine que est inter causatum et causam nihil prohibet. Nam primam substantiam oportet esse causam omnium accidentium. Hec ille. Unde aduertendum est scōm Doctorem. S. in prima parte. q. 4ª. ar. vltimo in corpore: vbi sic ait. Cum similitudo sic attendatur scōm conuenientiam in forma: multiplex est similitudo scōm modos multos cōmunicandi in forma. quedam. n. dicuntur similia quia cōmunicant in eadem forma scōm eandem rationem ⁊ secūd3 eundem modum. Et hec non solum dicuntur similia: sed equalia in similitudine. sicut duo equaliter alba dicuntur similia in albedine. Et hec est perfectissima similitudo. Alio modo dicuntur similia que cōmunicant in forma scōm eandem rationem: sed non scōm eundem modum sed scōm magis et minus: vt minus album dicitur esse simile magis albo. Et hec est similitudo imperfecta. Tertio modo dicitur aliquid simile alteri: quia cōmunicat in forma: sed non scōm eandem rationez: vt patet in agentibus non vniuocis. Hec ille. ¶Ad quintum dicendum q̄ albedo non est in genere numeri: neq3 est principium numeri. Et ideo nulla similitudo vnius ad alterum attenditur: vt dicit Doctor. S. in de potētia vbi supra ad 7m. substantia autem est principium accidentis. similiter et deus est principium omnium creaturarum. Et ideo eorum aliqua est similitudo l3 deficient. ¶Contra de similitudine ⁊ de eo cuius est similitudo nihil nisi secundū nomen cōmune est: vt patet in ante predicamentis. ergo quomodocūq3 capiat̄ similitudo nihil erit nisi secundū nomen commune substantie ⁊ accidenti deo ⁊ creaturis ⁊ sic equiuoce. ¶Ad hoc respondet Doc. S. de veritate. q. 2. ar°. 11°. ad. 8m. dicēs q̄ hoc nomen animal imponitur non ad significandum figuram exteriorē in qua pictura imitatur animal verū: sed ad significādu3 naturam in qua non imitatur. Et ideo nomen animalis de vero ⁊ de picto equiuoce dicitur: sed nomen scientie conuenit creaturis ⁊ creatori secūdū id in quo creatura creatorem imitatur. Et ideo non equiuoce dicitur omnino de vtroq3. Hec ille. Et similiter dicitur de quocūq3 alio dicto de deo ⁊ creaturis per similitudinē. ¶Ad sextum dicendū q̄ quia substantia et accidens plus differunt q̄ canis latrabilis ⁊ piscis marinus: propter hoc q̄ non continentur sub aliquo genere: sequitur q̄ in nullo vniuocantur. Sed conueniunt in aliquo analogo. Et licet canis mere equiuoce dicatur de eis propter hoc q̄ non conueniunt in vna ratione canis vniuoce neq3 analogice: substantia autem ⁊ accidens cōueniunt in ratione entis analogice tantū: vt infra patebit. ar. 3. igit̄ nulla est similitudo. ¶Uel dicendum secundū Doctorē. S. in de veritate. q. 2. ar. 11°. ad septimū dicendu3 q̄ q̄ inter duas species substantie sit maior cōuenientia q̄ inter accidens ⁊ substantiam: tamen possibile est vt nomē non imponatur illis speciebus diuersis scōm considerationē alicuius cōuenientie que sit inter ea. Et tūc erit nomen pure equiuocum. Nomen vero quod conuenit substantie ⁊ accidenti potest esse impositum scōm considerationē alicuius cōuenientie inter ea. vñ nō erit equiuocum sed analogū. Hec ille. formaliter ⁊ pegregie. ¶Ad vltimū dicendū q̄ predicari equinoce potest accipi dupliciter. Uno modo cōmuniter: vt distinguitur ꝓtra vniuoce p̄dicari accipiēdo p̄dicationē vniuoca3 pro prie. Et sic verū est q̄ ens p̄dicat̄ equiuoce: Cum non p̄dicet̄ p̄ter vnam rationez penitus eandē: vt dictum est. Et sic intellexit porphiri9 ⁊ ceteri pby qui asserunt ens equiuoce predicari de decem predicamentis. Alio modo accipitur equinoce proprie sicut in corpore articuli dictum est. videlicet prout distinguitur contra vniuoce analogice ⁊ denominatiue predicari. Et sic ens non predicatur equinoce. Alias dum argueretur a substātia ad accidens vel econtra mediante ipso ente: semper esset fallacia equocationis. ex quo p3 q̄ inter vniuoce ⁊ equiuoce predicari terminis proprie sumptis mediat aliqd videlicet analogice ⁊ denominatiue predicari: vt infra clarius demonstrabitur. ar. 4°

¶Vbi supra in Doc.S. Sed sciendū q̄ aliqd ꝛc̄.

a **B tertium** sic ꝓceditur. Videt q̄ ens predicetur vniuoce de deo ꝛ creaturis: similiter de substātia ꝛ accidente. Nam sicut se habent multa ad vnum ita equiuocum ad vniuocum. Cum ergo multa reducant ad vnū: necesse erit q̄ agēs equiuocū reducatur ad agens vniuocum. ℔Primum igitur agens qđ est deus est vniuocū. Sed de agente vniuoco ꝛ effectu eiꝰ ꝓprio aliquid vniuoce predicat. Igit ꝛc̄. ¶Si dicat fm q̄ dicit Doc.S. in prima parte.q.13.arº.5º.ad primum q̄ hꝫ in predicationibus oporteat equiuocum ad vniuocum reduci: tamen in actionibus agens non vniuocum ex necessitate precedit agens vniuocum. ¶Contra Agens nō vniuocum non potest producere effectum sibi simile: vt dicit Doc.S. vbi supra. Sed primum agens ꝓducit creaturas que ei assimilantur. ergo primū agēs erit agens vniuocum ꝛ nō equiuocum. ℣ 2º. Oportet in predicationibus equiuocum reduci ad vniuocum: vt cōcessum est. Sed substantia predicatur equiuoce de substantia reali ꝛ substantia picta. ergo illa reducunt ad vnum vniuocum. non aūt nisi ad ens: cum illud predicatum in quo illa cōueniant sit ens. ergo ens predicabit vniuoce. ℣ 3º. Inter ea que sunt diuersoꝝ generum nō pōt esse compatio: vt pꝫ.10.hui.ꝰ.7. physicoꝝ. Sꝫ inter deum et creaturas attenditur aliqua comparatio. dicitur.n. sūme bonus et creatura bona. ergo deus ꝛ creatura sunt vnius generis: ꝛ per cōsequens aliquid potest de eis vniuoce predicari. ℣ 4º. Nihil cognoscitur nisi per speciem vnius rationis: non enim albedo que est in pariete per speciem que est in oculo cognosceret: nisi esset vnius rationis. Sed deus per suam bonitatem cognoscit omnia entia. ergo bonitas dei ꝛ creaturaꝝ est vnius rationis: et sic idem quod prius. ℣ 5º. Omnes creature ꝓcesserunt a deo sicut artificiata ab artifice. ergo bonitas que est in deo est eiusdem rationis cum bonitate que est in creaturis. q̄ domus que est in mente artificis ꝛ domus que est in materia sunt vnius rōnis: vt pꝫ.7º.huius. ꝛ sic idem quod prius. ℣ 6º. Mensura et mensuratum sunt vnius rationis: sed diuina bonitas est mensura omnis bonitatis create. ergo ꝛc̄. ℣ 7º. Similia sunt que cōmunicant in forma. Sed creatura potest deo assimilari: hꝫ non econtra. ergo creature est ad deum aliqua cōmunicatio in forma: sed de omnibus cōmunicantibus in forma potest aliquid vniuoce predicari. ergo ꝛc̄. ℣ 8º. Maius ꝛ minus non diuersificant speciem: sed deus dicitur melior q̄ creatura ꝛ creatura dicitur bona. ergo bonitas dei ꝛ creature nō diuersificantur fm speciem: et per consequens bonum vniuoce predicatur de deo ꝛ creaturis: ꝛ per cōsequēs de substantia ꝛ accidente: q̄ etiam ab aduersarijs cōceditur q̄ eodem modo predicatur de substantia ꝛ accidēte sicut predicatur de deo ꝛ creaturis. ℔Ducusq̄ sunt argumēta Doc. sancti ad litteram in de potentia. q.7.arº.8º.ꝛ in prima parte.q.13.arº.5º. pro parte. ℣ 9º. Omnis intellectus certus de vno cōceptu ꝛ dubius de diuersis in quibus ille certus quidditatez includitur habet conceptum illū de quo est certus aliū a conceptibus de quibus est dubius vniuocum illis: q̄ impossibile est eundem conceptum eidem intellectuo esse certum ꝛ dubium: Sed intellectus hominis potest esse certus de aliquo q̄ sit ens dubitando vtrum sit deus vel creatura: vt pꝫ de antiquis phys. Cum cōcesserunt vnū primū principiū: sed alig posuerūt aerem alig ignē ꝛc̄. Et similiter de substātia ꝛ accidente. Nam alig sunt qui cōcedūt de luce q̄ sit ens: tamen dubitant an sit suba vel accidens. ergo ens dicit vnū cōceptū vniuocū substātie ꝛ accidēti: ꝛ per ꝓsequēs ꝑdicabit vniuoce. ¶Si dicatur q̄ qlibet talis habuit duos cōceptꝰ in intellectu suo ꝓpinquos qui ꝓpter ꝓpinquitatez analogie videt esse vnꝰ cōceptꝰ: ꝛ videt esse certus de vno hoc est de illis duobus dubijs cōceptib⁹. ¶Contra: q̄ ex ista euasione videt destrui oīs via probandi vnitatez vniuocam alicuius cōceptꝰ. Si enim dicis hominez habere vnū conceptū de Sorte ꝛ ℔Platone: negabit tibi ꝛ dicet q̄ sūt duo ꝓceptꝰ: sed videt vnꝰ ꝓpter magnam ꝓpīquitatem ꝛ similitudinez. ℣ 10. Omnis conceptꝰ predicabilis de pluribꝰ fm idem nomen ꝛ fm eandem rationez est vnꝰ vnitate vniuocationis. Nec.n. est descriptio vniuoci in ante ꝑdicamentis. Sed cōceptꝰ entis est huiusmōi. predicat.n. in quid ꝛ includit qdditatiue in entibus inferioribꝰ: ꝛ per ꝓsequēs predicat fm nomen ꝛ rōnem eandem. Et sic ꝓceptꝰ entis erit vniuocꝰ. ℣ 11º. ℔Prima dignitas nō est multiplex. ergo nec ens: ꝛ per consequens vniuocū. Antecedens pꝫ: q̄ primū principiū nō est distinguendū: cū sit notissimū ꝛ firmissimū. vt pꝫ.4º huiꝰ. Consequētia probat: q̄ primū principiuꝫ ꝓstituit ex ente. ergo si primū principiū non sit multiplex: ergo nec ens ex quo ꝓstituit. ℣ 12º. Si ens nō est vniuocū specialiter subē ꝛ accidēti: sequit q̄ intellectꝰ nō poterit habere proprium ꝓceptū de substātia. Cōsequēs est euidēter falsum: ergo ꝛ antecedēs. ℔Probatio ꝓsequentie: quia substātia nō ĩmutat ĩmediate intellectū nostrū ad intellectū sui: cū non intelligat pro statu isto nisi per speciez accidentis sensibilis. Sed nullus ꝓceptus substātie potest haberi per ĩmutationez accidētis sensibilis nisi ille posset abstrahi a conceptu accidentis: ꝛ ille necessario sic abstractus est vniuocꝰ. aliter nō esset abstrahibilis. Talis aūt ꝓceptꝰ maxime videt conceptꝰ entis. nam nullus alius esset qdditatiuꝰ. maior pꝫ: q̄ qcqd ꝓsens ĩmediate ĩmutat intellectū: illi⁹ absentia pōt ab intellectu nāl⁹ cognosci quando non ĩmutat sicut apparet.2º.de aīa. q̄ visus est perceptiuꝰ tenebre: quando. s. lux nō est ꝓsens. ergo si intellectus noster nāliter ĩmutat a substantia ĩmediate ad actū: sequit q̄ quādo substantia nō esset ꝓsens: vt in hostia cōsecrata potest cognosci nō esse substātiam panis qđ est manifeste falsum: Nullus ergo cōceptus qdditatiuꝰ habet naturaliter de substantia ĩmediate a substantia causatus: sed tm̄ causatꝰ vel abstractꝰ primo ab accidēte. Et talis nō ē nisi ꝓceptꝰ entis. Igit ꝛc̄. ℣ 13º. Signū distributiuū non distribuit terminum equocū pro suis significatis: q̄ terminꝰ equocus non hꝫ vnū ꝓceptū qui sit distribuibilis in plures. Sed signum distributiuū additū enti distribuit ipsum ens pro omnibus suppositis. ſequitur.n. omne ens. ergo substātia. ergo ens nō est equocū. ℣ 14º. Unius potentie est vnum primū obiectū. Sed primū intellectꝰ obiectū est ens vt est cōe omnibꝰ. ergo ens cōmune est ad vnū. Et per cōsequēs vniuocū. Maior pꝫ: q̄ potentia mouet ab obiecto fm formā obiecti. nisi ergo habeat vnaz formā: non mouebit. Et ideo dicit.4º.huiꝰ. q̄ intellectꝰ qui nō intelligit vnuz: nihil intelligat. minor probat: q̄ illud est primū obiectū intellectꝰ sub cuiꝰ rōne omnia alia intelligunt. Sicut pꝫ de obiecto visus: sed nec ratio substātie nec rō accidētis reperitur in omnibꝰ intelligibilibꝰ. ergo ens erit primū obiectū intellectus: ℣ 15º. Illud qđ dicit aliquaz vnam realitatez vel primā intentionez conceptam sub aliqua intentione logica: est vniuocum saltē vniuocatione logica: hꝫ ens cōiter sumptū est hmōi. Igitur ꝛc̄. Maior pꝫ per diffinitionez vniuoci. Minor est euidens: q̄ hꝫ ens cōiter sumptū nō sit ꝓceptū sub intentione generis: est tamen ꝓceptū sub intentione vniuersalitatis. Videt ergo multipliciter q̄ ens sit vniuocū subē ꝛ accidēti. ℔Ducusq̄ sunt rōnes Antonij Andree assumpte a Doc. subtili in hoc.4º.q.ꝑª.ꝛ in pº sniaꝝ.di.3º. ꝑ parte quas recitat predictꝰ Antoniꝰ in prima sua qōne huius q̄rti. ꝓpter quas ipse cū omnibꝰ aliis eiusdē scole ꝓbant ꝛ demōstrare intendūt ens eē cōmune vniuocū deo ꝛ creaturis substantie ꝛ accidenti. ℣ 16º. Quod dicitur tale ab aliquo cōmuni vnꝰ rationis est vniuocū: Sed ens est huiusmodi: q̄ ens videtur esse id quod est ab esse vnius rationis. ergo ꝛc̄. ℣ 17º. In equiuocis ipsum

10.ℓ.6. et com.13.

ℓect.6. et com.23.

ℓec.1.

ℓec.1.

ℓec.6.

Questio Secunda

ipsum equinocum potest negari de quolibet conteintorũ ratione alterius significati. Unde ista est vera canis non ẽ canis. Nam canis latrabilis non est canis q est piscis ma rinus vel sydus celeste. Sed ens non põt negari de ente nature. Unde phs primo physicor contra pmenidez ha bet p inconuenienti q ens nõ est ens. Igitur ꝛc̃. ¶ P̃. 18°. Quãtitas est ens vnius rationis: sed de quãtitate põt sciri q est ens existente dubio vtrum sit sba vel accñs: vt patet 7° huius multi dubitauerunt an q̃stitas sit accñs ꝛ haberet aliqd prius se in quo esset sicut in sbo. Igit̃ idez quod prius. ¶ P̃. 19°. ¶ Passiones cões debent conueni re alicui cõi vnius rationis. Sed quedã sunt passiones q̃ consequuntur ens inquantũ ens: ergo ens cõmune dicit vnam rem ꝛ per consequens vniuocũ. Minor est phy ī hoc 4° ꝛ 5° huius. Maior ꝑz. Qz passiones cõmunes conueniunt illis quibus conueniunt per vnam cõez cãz. ¶ P̃. 20. Ens dicit magis aliquid vniuocũ ꝛ vnum cõe predicabile de multis predicamentis q̃z aliquid aliõ: cũ sit eis magis essentiale ꝛ intrinsecum. Sed accñs dr̃ vni uoce de omnibus accidentibus: qz predicatur de eis ſm vnam rõnem que est posse adesse ꝛ abesse ꝛc̃. Igit̃ idez vt supra. ¶ P̃. 21°. Unũ vt vnum est cõe diuersis predi camentis. Sed vnum vt vnũ est vnius rõnis: qz dicit ra tionem indiuisionis. Igitur ꝛc̃. ¶ P̃. 22°. Questio si est est questio vna. Sed non esset questio vna si ens non eẽt vnius ratiõis. Igit̃ ꝛc̃. ¶ P̃. 23°. Si ens nõ diceret vnã rationem cõem: tunc non differet qõ si est: ꝛ questio qz ẽ Sed hoc est falsum: vt ꝑz per phm 2° post*. Igitur ꝛc̃. Assumptum probat. Qz si ens non dicit vnã rem ſz plu res: tũc idem erit querere si hõ est: ꝛ si homo est sba vel accidens. Sed querere si hõ est sba vel accidens est que stio qz est: cũ ibi sit tertiũ adiacens. Ergo ꝛc̃. ¶ P̃. 24°. Si idem est dicere: oĩs homo est ens ꝛ omnis homo est substantia: tunc ita vere negaret homo de aliquo per nõ esse ens sicut per non esse sbam. Sed hoc est falsum. Qz homo negat de albedine per hoc q albedo non est sba: non autem per hoc q albedo sit nõ ens: qz albedo ẽ ens. Ergo ꝛc̃. ¶ Hec argumenta cũ quibusdã aliis supra apo sitis adducit ¶ Herueus in suis quolibetis quolibeto. 2. q. 3. ar. 2. ¶ P̃. 25°. Oẽ quod diffinit est vniuocũ: qz equi uocũ non diffinit. Sed ens diffinit. Ergo ꝛc̃. ¶ P̃. 26°. Contradictio non est nisi inter vniuoca. Sed in ente fun datur contradictio. Ens. n. ꝛ non ens ꝓtradicũt. Igit̃ ꝛc̃. ¶ P̃. 27°. Omnis predicatio vel ẽ vniuoca vel equoca. Sed predicatio entis non põt esse equoca: vt supra pba tum est. q. 2. ar. 3. Ergo est vniuoca. Maior probat. Qz diffinitio vniuoci ꝛ equiuoci dant̃ per ꝺ̃ria ĩmediata. vz. esse per vnam rõnez ꝛ plures. ¶ P̃. 28°. Si ꝓpter pre dicationem que est prioris ꝛ posterioris ens dr̃ predica ri analogice: sequit̃ q predicatio animalis de hoĩe ꝛ asi no erit predicatio analoga. Sed pñs ẽ falsũ. ¶ Pz tñ pña. Quia inter hoĩem ꝛ asinum est ordo. ¶ P̃. 29°. Sicut se habet ordo cãlitatis inter sbam ꝛ accidens: ita se hz ordo cãlitatis inter corpus celeste ꝛ corpus terrestre. Sz respe ctu corporis celestis ꝛ terrestris datur vniuocatio. Ergo ꝛ respectu sbe ꝛ accidẽtis. ¶ P̃. 30. Quod ẽ maxie vnuz causat effectũ maxime vnum. Sed prima rez creataruz est esse: vt ꝑz ex lib2o de cãis. Ergo ens est maxie vnuz. Et per pñs vnius rõnis. ¶ Hec argumẽta preter alia su perius adducta: adducit Antonellus in hoc. 4. q. prima. ¶ Sed contra est phs in pñti lectione innuens q ens dr̃ de oĩbus entibus sicut sanum de sanis. Unde dicit. Sed quẽadmodũ salubre oẽ ad sanitatẽ hoc quidẽ in conserua tione: aliud vero in actione: aliud qz est signum sanitatis. Sed manifestũ ẽ q salubre nonsr̃ mere vniuoce de dictis. Igit̃ ꝛc̃. ¶ P̃. 31°. Si ens esset vniuocũ sbe ꝛ ac cidenti: sequeret̃ q ens eẽt vle: cũ de rõne vlis soluz sit q vnum vniuoce põdicatum de multis distinctis ſm eẽ. Ergo ens vel eẽt accidẽs: vel ꝓpriũ: vel ꝺ̃ria: vel spẽs: vel genus. Sed non est accidens: nec ꝓpriũ: nec ꝺ̃ria: nec spẽs. Ergo eẽt genus. Et sic sba non eẽt genus genera lissimũ cum supra ipsam eẽt aliud genus superueniens.

¶ Ad hoc respondet Ant. An. in prima questione sua hu ius quarti di. q porphyrius ordinat librũ suum ad predi camenta Aristo. sicut ipemet premittit in phemio. Logt̃ ergo de illis vniuersalibus que aliquo mõ inueniunt̃ in ordine põdicamentali. Sed preter illa est aliud vle trãscẽ dens predicatũ in quid. Nec tñ est gen?: neqz spẽs: neqz ꝺ̃ria: neqz ꝓpriuz: neqz accidens. ¶ Sed ille formaliter. ¶ Sed contra hanc responsionẽ arguit̃ quadrupliciter. ¶ Primo. Qz propria rõ predicabilis quod diuidit̃ a ¶ Porphyrio: ipsi enti conuenit. ¶ Predicabile. n. de quo tra ctat porphyrius est vle quod aptũ natum est vniuoce di ci de multis ſm eẽ distinctis. Ergo cõtinetur sub mẽbris diuidentibus illud vniuersale quod a porphyrio conside ratur. Alias aliquid contineret̃ sub diuiso: quod tamẽ nõ contineretur sub mẽbris diuidentibus. Quod est ꝓ phm 2° posteriorum. Sequitur q si ens sit vle siue predica bile q erit: vel genus: vel spẽs: vl̃ differentia: vl̃ ꝓpriũ: vel accidẽs. ¶ Secundo. Ad rationem predicati de quo tractat phs ꝓ° thopycorum solum requiritur: q possit p dicari vniuoce de multis de quibus possint terminari cõ sideratione thopyce. Cum ergo ens ſm aduersariuz sit vniuersale vniuoce dictum de pluribus de quibus pñt terminari consideratione thopyce: relinqtur ad minus q ens erit predicatum. Non autem est ꝓpriũm: vel ac cidens: vel diffinitio. Ergo erit genus: per locum a suffi cienti diuisione. Non. n. sunt nisi quattuor predicata ſm doctrinam phylosophi. ¶ Tertio. Scõm Auicẽnam ad hoc q aliquid reponatur in predicamento: requiritur q sit quid vniuocum habens essentiam distinctam ab esse. Sed ens creatum quod diuiditur in decem predicamẽ ta habet essentiam distinctaz ab eẽ. Si ergo sit vniuocũ: relinquitur q ens sit vniuersale in genere ꝛ non transcen dens. ¶ Quarto. Mirabile est: q ¶ Porphyrius dans diffinitionem vniuersalis ignoraret de vniuersali trãscẽ dente nullam faciendo mentionem. Et si esset aliquod ta le vniuersale transcendens: phylosophus in aliquo loco de eo in ratione vniuersalitatis ꝓsiderato determinasset. Unde oportet dicere: q tale vniuersale transcendens sit monstruosum. Uel phylosophus ꝛ porphyrius dormi ens minus sufficienter de natura vniuersalis sub ratione vniuersalitatis determinauerunt. ¶ P̃. 32°. Arguitur ad principale. Si ens esset vniuocum ad omnia entia: ergo ens esset genus. Sed consequens est falsum ꝛ cõtra phy losophum in. 3°. huius. Igitur ꝛc̃. ¶ Patet consequentia. Quia ens tunc predicaretur de pluribus differentib9 spe cie in eo q quid. Ergo esset genus. ¶ Ad hanc autez ra tionem respondet Antonius Andree negando consequẽ tiam. Et ad probationem dicit q procedit ex insufficien ti. Nam aliquid deficit enti: ratione cuius non potest esse genus: qz vz. ens predicatur de aliquibus differẽtijs de quibus nõ potest predicari genus: vt patet tertio huius. ¶ Sed contra. Nam cui competit diffinitio: eidem con uenit ꝛ diffinitum. Sed diffinitio generis conuenit enti si est vniuersale. Igitur ꝛc̃. Minor probatur. Qz genus est predicabile quod predicatur de pluribus differenti bus specie in eo q quid. Sed ſm doctrinam aduersarij ens est predicabile vniuoce de pluribus differentib9 spe cie quidditatiue. Ergo erit genus. ¶ P̃. 33°. Que sunt primo diuersa: in nullo conueniunt. Sed deus est primo diuersus a creatura ꝛ vnum predicamentum ab alio. Er go substantia ꝛ accidens non conueniunt in aliquo vno vniuoco. Maior est euidens. Minor probatur pro pria parte. Nã alias deus hret aliquid quo cõueniret ꝛ quo differret. Et sic non esset pure simplex. Unde relinqt̃ q nihil est cõmune vniuocum deo ꝛ creaturis.

Respondeo dicendum: q aliqui dicunt ens mere equiuoce põdicari de sba ꝛ accñte. Sicut fuit rabi Moyses: vt ꝑz per Doc. S. in de po[a]. q. 7. ar. 7. Alij vero dñt ipsũ ens põdicari vniuoce ꝛ non solũ analogice de sba ꝛ accñte: sicut Scot9 ꝛ sui se quaces: vt ꝑz p ipm in ꝓ° sñiaz di. 3. q. 1. ꝛ. 5. silr di. 8. q. 4. ꝛ in prima. q. huius quarti. Alij vero: vt phs ꝛ Doc.

Lec. 1.
Lec. 1.
Lec. 6.
Lec. 15.
Lectio. 8. ꝛ cõ. 10.

Sanctus Albertus ⁊ ceteri doctores reales volũt ꝙ nõ
predicetur mere equiuoce neq; vniuoce sed analogice:
de primo visum est in articulo precedenti de tertio vide
bitur in articulo sequenti: de secundo vero in presenti ar
ticulo perscrutandum est diligenter: ne fiat disputatio se/
cundũ vocem ⁊ non secundũ rẽ. ¶ Aduertendus ẽ ꝙ vni/
uocum potest accipi tripliciter. Uno modo communissi/
me vt scilicet distinguitur contra equiuocum a casu ita ꝙ
vniuoce predicari sit idez quod predicari non mere equi
uoce. Et sic ea que predicantur denominatiue: predican/
tur vniuoce. Et isto modo se extenderet ad denominati/
uum ⁊ ad analogum ⁊ vniuocum proprie dictum. Alio
modo accipitur cõmuniter: vt scilicet distinguitur contra
equiuocum tam a casu q̃ a consilio. Et sic vniuoce predi
cari idem est quod non analogice neq; equiuoce predica
ri. Tale autem vniuocum requiritur ad rationem predi
cabilis. Et isto modo se extendit ad denominatiue ⁊ me/
re vniuoce predicari. Denominativa enim predicantur
vniuoce de prima substantia isto modo aliter accidẽs cõ
mune non esset predicabile: cuz ad hoc ꝙ aliquid sit pre/
dicabile requiratur ꝙ sit vniuocum. Tertio modo acci/
pitur vniuocum proprie sicut accipitur a phylosopho in
antepredicamentis: vt scilicet distinguit̃ contra pure ana
loga equoca ⁊ denominativa. Talis autem vniuocatio
non requiritur ad rationem predicabilis. Si enim acci/
piatur vniuocum primo modo a respondente. ⁊ secundo
modo vel tertio modis ab opponente: vel econtra: dispu
tatio stabit in equiuocis: ⁊ erit disputatio ad vocem ⁊ nõ
ad rem. Manifestum est enim ꝙ ille respondens qui di
cit ꝙ ens predicatur analogice de substantia ⁊ accidente
concederet ꝙ predicatur vniuoce primo modo: cum pre
dicari vniuoce pio mõ se extendat ad predicari analogi
ce sicut magis cõmune ad minus cõmune. ¶ In presen
ti autem disputatione loquimur de vniuoco tertio modo
accepto pro eo scilicet quod predicatur de multis secun/
dum vnam ⁊ eandem rationem equaliter participatam:
que ratio est tota essentia vel pars essentie eorum de qui
bus predicatur ita ꝙ talis ratio non conueniat. Secundo
per primum. Sicut ratio animalis non conuenit asino p̃
hominem: licet ⁊ natura rei homo sit perfectior ⁊ prior
asino. ¶ Isto supposito dicendum ꝙ ens non est vniuo/
cum deo ⁊ creaturis neq; substãtie ⁊ accidenti quod sic
probatur. ¶ Primo. Omnis effectus non adequat⁹ vir
tute cause agentis: recipit similitudinem agentis nõ secũ
dum eandem rationem sed deficienter: vt patet per phy
losophuz 7° huius. Sed nulla est perfectio creature q̃que
adequet virtutem dei cum sit infinita: ergo sequitur ꝙ nul
la perfectio conuenit deo secundum eandem rationẽ. Cũ
igitur nomina que attribuuntur deo ⁊ creaturis signifi/
cent aliquam perfectionem procedentez a deo in creatu/
ris: vt patet per dionysium in primo de diuinis nomini/
bus: sequitur ꝙ nullum nomen dicitur de deo ⁊ creatu/
ris secundum eandem rationem: ⁊ per consequens neq;
vniuoce. Hanc rationem tangit Doctor Sanctus in pria
parte questione. 13. articulo quinto in corpore. Et in de
potentia questione. 7. articulo septimo in corpore. Et cla
rius contra gentiles libro primo. c. 32°. vbi sic ait. Nam
effectus qui non recipit formam secundum speciem simi
lem ei per quaz agens agit nomen ab illa forma sumptũ
vniuocam predicationem recipere non potest: non enim
vniuoce dicitur ignis generatus a sole calidus ⁊ sol. Re
rum autem forme quarum deus est causa ad speciem di
uine virtutis non perueniunt: cum diuisim ⁊ particulari
ter recipiant illud quod in deo simpliciter ⁊ vniuersali/
ter inuenitur: patet ergo ꝙ de deo ⁊ alijs rebus nihil vni
uoce dici potest. Hec ille. Et simpliciter dicendum de
substantia ⁊ accidente. ¶ Preterea secundo. Dato ꝙ ef
fectus aliquis ad speciem cause pertingat predicationem
vniuocam non consequetur nisi secundum eundem mo/
dum essendi formam eandem specie recipiat. Non enim
vniuoce dicitur domus que est in mente artificis ⁊ i ma/
teria propter hoc ꝙ forma domus habet esse dissimilẽ;

Lectio .8.

vtrobiqz: sz manifestuz est ꝙ creature non psequũtur fõ
mam sm eundem modum essendi quem habet in deo:
nam nihil est in deo quod non sit ipsum esse diuinuz: qõ
in alijs rebus nõ accidit. Similiter substantia esse per se
subsistens quod non conuenit accidentibus. Igitur idem
vt prius. Hanc ẽt rõnẽ ponit Doctor Sãctus in de potẽ
tia ⁊ contra gentiles vbi supra. ¶ Preterea tertio. Uni/
uocatum se habet ad vniuocum ex additione vt de se ma
nifestum est. Si igitur ens esset vniuocum ad deuz ⁊ ce/
teras creaturas: sequeretur ꝙ deus haberet se ex additio
ne ad ens. Et per consequens deo esset aliquid simplici?
quod non solum est falsũ: sz hereticuz. ¶ Preterea. 4°.
Uniuocatum participat vniuocum. Sed deus nihil par
ticipat: quia id quod participat determinatur: ad modus
participati. Et sic particulariter dicitur ⁊ non secundum
omnem perfectionis modum quod deo repugnat. Igit
idem vt supra. ¶ Preterea quinto. Id quod dicitur de
aliquibus secundum prius ⁊ posterius non potest vniuo
ce predicari de eis accipiendo vniuoce predicari. Tertio
modo sed nihil predicatur de deo ⁊ creaturis aut de sub
stantia ⁊ accidente eodem ordine: vt etiam aduersarius
contendit. Igitur impossibile est ꝙ ens sit communi:
uniuocum deo ⁊ creaturis aut substantie ⁊ accidenti.
¶ Has etiam rationes assignat Doctor Sanctus contra
gentiles vbi supra: quas credo insolubiles: si uniuocum
accipiatur: ut superius dictum est. ¶ Sed diceret aduer
sarius: ꝙ ens non predicatur mere uniuoce loquendo sci
licet de uniuoco tertio modo accepto: sed si accipiatur
uniuocum ut se extendit ad analoguz pro omni eo quod
potest esse medium in syllogismo: tunc ens bene dicitur
vniuocum sicut innuit Scotus in primo sententiaruz di/
stinctione. 3. q. prima. dicit enim ibi: secundum. n. quod
dico sine assertione eo ꝙ non consonat opinioni commu/
ni: quod non soluz in cõceptu analogo sibi ⁊ creature de/
concipitur. Sed etiam in conceptu vniuoco. Et ne fiat cõ
tentio de nomine vniuocationis: uoco conceptum vniuo
cum qui ita est vnus ꝙ eius unitas sufficit ad cõtradictio
nem affirmando ⁊ negando idem de eodem: que etiam
sufficit ad unitatem medij in syllogismo ut extrema unita
in tali medio: sine fallatia equiuocationis concludantur i
se uniri. Hec ille quasi formaliter. ¶ Sed contra. Si
scotus accipiat sic uniuoce predicari: segtur ꝙ opinio ei?
⁊ doctoris sancti erit eadem secundum rem: ⁊ soluz erit
discrepatio in uoce quantum ad hoc ꝙ est esse uniuocuz.
Secus de precisione conceptus. Manifestum enim ẽ ꝙ
Doctor sanctus loquitur de mera predicatione uniuoca.
¶ Primo contra gentiles ubi in. c°. 32°. probat ꝙ non pre/
dicatur uniuoce in c°. uero. 33°. probat ꝙ predicatur analo
gice in c°. 31. probat ꝙ nõ p̃dicatur pure equiuoce. Sup/
posito ergo ꝙ opinio scoti sit eadem secundum sententiã
cum opiniõe doctoris sancti: sequitur primo ꝙ propriaz
opinionem improbare studet. Et sic sequetur ꝙ uel pro
pria sua opinio sit falsa uel uerum est quod reprobat: aut
certe id quod reprobare conatur ignorat: patet consequẽ
tia: quia ille doctor cuius opinio non differt sententialiter
ab opinione alterius reprobando opinionem alteri? quã
impugnat propriam opinionem suam reprobat cum ea/
dem siẽ cuz alterius opinione. Et sic opinio sua est falsa:
uel si sit uera reprobat id quod uerum est uel saltẽ id qõ
reprobare studet: penitus ignorat: uidelicet positionem
alterius ⁊ positionis modum. Sed manifestum est ꝙ p̃
dictus Doc. subtilis in primo sententiarum distinctione
octaua. q. 4. reprobat inquantum potest opinionẽ Doc.
Sãcti ⁊ aliorum qui negant uniuocationem entis addu
cendo aliquas eorum rationes ⁊ improbando easdem:
dicit enim ibidem. ¶ Circa istam questionem sciendum
ꝙ ista materia fuit tractata supra distinctione. 3. q. prima
⁊. q. quinta ⁊. q. ultima: ubi ostensum est qualis est enti
uniuocatio. Tamen obmissa sunt aliqua ibi que hic die
tur. ¶ Et facienda sũt quattuor. ¶ Primo autem ponam
quãdam opinionem cũ suis motiuis. ¶ Secũdo obiciã
contra eam: ⁊ soluaz motiua. ¶ Tertio excludã qualiã

tiones in ista materia. 4°. soluam rationes principales ꝛ quoddam dubiuꝫ incidens. Hec ille sialiter ꝛ quasi for maliter. ¶ Inter ceteras autem rationes adducit vltimã suprapositam in probatione conclusionis quaꝫ soluit: stãdo in equiuocis: dicendo ꝙ vnitas attributionis non concludit vnitatem vniuocationis que maior est: tamen cõpatitur vnitatem vniuocationis: q̃uis non sit illa formaliter. ꝛ dat exemplum de speciebus. Species enim vt dicit habent essentialem attributionem ad primum illius generis: vt patet decimo huius ꝛ cum hoc stat vnitas vniuocationis ꝛc. Ex quibus patet: ꝙ intendit reprobare ꝛ reprobat inquantum potest opinionem Doctoris. Scĩ que tamen non differt a sua nisi in voce. sicut aduersarius concessit.

Ad primum igitur dicendum vt dicit Doctor Sanctus in de potentia: questione septima articulo septimo ad septimum: ꝙ agens equiuocum oportet esse prius: q̃ agens vniuocum: quia agens vniuocum non habet causalitatem supra totam speciem. Alias esset causa suiipsius: sed solum supra aliquod individuum speciei. Agens autem equiuocum habet causalitatẽ supra totã speciem. Unde oportet primum agens esse equiuocum. Hec ille. Idez dicit in prima parte questione. 13. articulo quinto ad primum sub aliis verbis. ¶ Ad secundum dicendum: ꝙ vt dicit Doctor sanctus in prima parte vbi supra: ꝙ primũ agẽs scilicet agens vniuersale licet non sit vniuocum: nõ tamẽ est omnino equiuocum: quia sic non faceret sibi simile: ꝛ potest dici agens analogum: sicut in predicationibus omnia vniuoca reducuntur ad vnum primum non vniuocũ: sed analogum quod est ens. Hec ille. ¶ Et quãdo dicit oportet in predicationibus equiuoca ad vniuocum reduci: ibi accipitur vniuocum pro analogo primo modo: vt idem est quod non equiuocum a casu. Sic enim omnes predicationes reducuntur ad ens quod est analogum ad omnia entia diuersarum naturarum. Et per hoc patet solutio ad tertium. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ duplex ẽ comparatio: quedam est proprie dicta: ꝛ talis non est eorum que sunt diuersorum generum. Alia est comparatio communiter sumpta scilicet pro quacunqꝫ proportione: ꝛ sic non obstat esse comparationem inter deũ ꝛ creaturas. Unde Doctor Sanctus in de potentia: vbi supra dicit: ꝙ deus non comparatur creaturis in hoc quod dicitur melior quasi participans naturaꝫ eiusdem generis cum creaturis: sicut species alicuius generis: sed quasi principium generis. Hec ille. ¶ Ad quintum dicenduꝫ: ꝙ nihil cognoscitur nisi per speciem aliquã: que est eiusdem rationis: dum modo illa species non sit eminentior modo in cognoscente q̃ in cognito: quãdo tamen species est eminentior: tunc perfectior relinquitur cognitio: sicut per speciem lapidis in intellectu perfectius cognoscitur: lapis q̃ per speciem eius que est ĩ sensu: vt patet per doctorem sanctum in de potentia vbi supra dicentem quantum species intelligibilis eminentior est in aliquo: tanto ex ea relinquitur perfectior cognitio: sicut ex specie lapidis in intellectu q̃ ĩ sensu: vnde per hoc deus potest perfectissime cognoscere res per suam essentiam: inquantuꝫ sua essentia est super eminens similitudo rerum ꝛ nõ aequate. Hec ille. ¶ Ad sextum dicenduꝫ: ꝙ licet domus que est in mente artificis ꝛ que est in materia sint eiusdez rationis: non tamen habẽt eundem modum essendi: vt ex dictis patet: diuersus enim modus existendi impedit predicationem vniuocam. Unde dato per impossibile ꝙ eiusdem rationis sit bonitas in deo ꝛ creature: non tamẽ vniuoce de eo simpliciter predicaretur cum id quod est in deo ĩmaterialiter ꝛ simpliciter: in creatura sit materiali ter ꝛ multipliciter. ¶ Sed tamen aduertendum est: vt dicit Doctor Sanctus in de potentiam libº vbi supra ad sextuꝫ: ꝙ inter creaturam ꝛ deum est duplex similitudo vna que est creature ad intellectum diuinum. Et sic forma intellecta per deum est vnius rationis cum re intellecta: licet non habeat eundem moduꝫ essendi: quia forma intellecta est tantum in intellectu: forma autem creature: est in re. Alio modo secundum ꝙ ipsa diuina essentia est omnium rerum. Similitudo super excellens: ꝛ non vnius rationis. Et ex hoc modo similitudinis cõtingit quod bonum ꝛ huiusmodi communiter predicantur de deo: ꝛ creaturis: non autem ex primo: non enim ex ratione dicti cum dicitur deus est bonus: quia bonitatem creatam intelligit: cum iam ex dictis patet ꝙ nec etiam domꝰ que est in mente artificis cum domo que est in materia: vniuoce dicantur domus. Hec ille. ¶ Ad septimum dicendum: ꝙ duplex est mensura decimo huius: quedaꝫ est intrinseca. Et talis est eiusdem rationis cum mensurato. Alia est mensura extrinseca: que non potest coequari per ipsum mensuratum. Et talem non oportet esse eiusdem rationis cum mensurato: vt innuit Doctor sanctus in prima parte questiõe decima tertia articulo quinto ad vltimum vbi dicit ꝙ Deus non est mensura proportionata mensuratis. Unde non oportet ꝙ Deus ꝛ creatura sub vno genere contineantur. Hec ille. ¶ Idez innuit in libro de potentia vbi supra ad primum dicens ꝙ ratio illa procedit de mensura cui mensuratum potest adequari vel commensurari. Talis autem mensura non est Deus: cum in infinitum omnia excedat mensurata. Hec ille. ¶ Ad octauum dicendum: ꝙ licet de omnibus communicantibus in forma eadem ꝛ secunduꝫ eundem modum essendi potest aliquid vniuoce predicari: Non autem oportet ꝙ si sit ibi diuersa participatio eiusdem rationis: vel diuersus modus participandi: vt dictum est. Unde Doctor Sanctus in de potentia vbi supra ad ꝟz dicit: ꝙ filitudo creature ad deũ deficit a filitudine vniuocorꝫ in duobꝰ pº qz non ẽ per participationem vnius forme: sicut duo calida per participationem vnius caloris. Hoc enim quod de deo ꝛ creaturis dicitur: de deo predicatur per essentiam: de creatura vero per participationem: vt sic talis similitudo creature ad deum intelligatur: qualis est calidi ad calorem: non qualis est calidi ad calidius. Secundo: quia ipsa forma in creatura participata deficit a ratione eius quod deus est: sicut ignis deficit a ratione virtutis solaris per quam calorem generat. Hec ille. ¶ Ad nonum dicendum: sicut dicit Doctor Sanctus in de potentia vbi supra ad tertium ꝙ magis ꝛ minus tripliciter potest considerari: ꝛ sic predicari. Uno modo secundum solam quantitatem participatam: sicut nix dicitur albior pariete: quia perfectior est albedo in nive q̃ in pariete. Sed tamen vnius est rationis. Unde talis diuersitas secundum magis ꝛ minus non diuersificat speciem. Alio modo secundum ꝙ vnum participatur: ꝛ aliud per essentiam dicitur. Sicut si diceremus ꝙ bonitas melior est quam bonum. Tertio modo secundum ꝙ modo eminentiori competit idem aliquid vni quam alteri: sicut calor soli quaꝫ igni. Et hij duo modi impediunt vnitatem speciei ꝛ vniuocam predicationem: secundum hos aliquid predicatur secundum magis ꝛ minus de deo ꝛ creaturis: vt ex dictis patet. Hec ille. Idem innuit Doctor Sanctus in prima parte questione quinquagesima articulo quarto ad secundum: vbi dicit ꝙ magis ꝛ minus secundum ꝙ causantur ex intensione ꝛ remissione vnius forme non diuersificant speciem: sed secundum ꝙ causantur ex formis diuersorum graduum: sic diuersificant speciem. Sicut si dicamus ꝙ ignis est perfectior aere. Hec ille. Idem tangit in de anima questione vnica articulo septimo ad sextum. ¶ Ad decimum dicendum: ꝙ predicta ratio multipliciter deficit. Primo maior est pars falsa. Nam mãifestum est ꝙ aliquis potest esse certus ꝙ canis curat: ꝛ dubitare de quo cane intelligatur: an de pisce marino vel sidere celesti. Si ergo predicta maior esset vera. Sequeretur ꝙ necessario canis significaret

Lectio. 2.

¶ Ad secundū dicendū sicut dicit Doc. S. in de potentia. q. 7. ar. 3. ad scōm q̄ differens ⁊ diuersum differūt vt dicit philosoph9 .10. metha physice. Nā diuersum absolute dicitur qō nō est idē differens vō dicit̄ ad aliquid. Nam omne differens aliquo differt. Si ergo proprie accipiamus hoc nomen differēs sic hec propositio est falsa. s. quecunq3 sunt ⁊ nullo modo differunt: sunt eadem. Si autem hoc nomē differens: large sumat̄: Sic ipsa est vera. Hec ille. ¶ Et sic concedenda est ista q̄ ens ⁊. 10. predicamenta inter se differunt. nō tñ sequitur q̄ aliqua differentia differant: sed q̄ differant a se inuicem per suā substātiā. Uñ Doc. S. ibidem subdit. Hoc enim necesse est in primis ⁊ simplicib9 dici hō enim differt ab asino rationali differentia. Rationale autem vlterius non differt ab asino aliqua differentia: quia sic esset abire in infinitum. sed seipso. Hec ille. Eandem habet Doc. S. sententiam primo sentētiaz di. 8. q. 1. ar. 2. ad. 3. ⁊. 2. sententiaz di. 17. q. prima ar. primo ad. 5m. ⁊ prima parte. q. 3. ar. 8. ad tertiū. Et idem tāgit primo cōtra gentiles. c. 17. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ vnū predicat̄ de omnibus ⁊ de se ipso. quod ostēdit Doc. S. in ō potentia. q. 9. ar. 7. circa finem. Ubi sic ait. Considerandum est q̄ huiusmodi prima .s. essentia vnitas veritas ⁊ bonitas denominant seipsa: ea ratione quia vnum verū ⁊ bonum cōsequuntur ad ens. Cum autem ens sit primuz quod in intellectu cadit: intelligatur vt ens: ⁊ per consequens ⁊ vt vnum verum ⁊ bonum. Unde cū intellectus comprehendat essentiam vnitatem veritatem ⁊ bonitatē in abstracto: oportet q̄ de quolibet eorum predicēt̄ ens ⁊ alia tria concreta. ⁊ inde est q̄ ista tria denominant se ipsa: non autem alia que non conuertuntur cum ente. Hec ille. Unde non est simile de formis specialibus ⁊ transcendentibus vt etiam innuit Doc. S. in secundo sententiarum di. 17. q. prima. ar. secundo ad primum. Ubi sic ait: aliter est in nominibus illis que exprimunt formas generales: ⁊ que exprimunt formas speciales. Forma enim specialis que informat subiectum aliquod non informatur alia forma eiusdez rationis: sicut color non informatur colore: sed forte luce. Unde non potest dici coloratus sed forte clarus: nec similiter albedo colorata. Contingit autem q̄ illud quod est perfectio vnius fm vnam rationem: sit perfectum. Ab alio secundum aliam rōnem: sicut lux perficit colorem. Et color perficit superficiem: ⁊ superficies corpus cuius est terminus. ⁊ ideo perfectio potest dici perfecta. ⁊ similiter in omnibus alijs que exprimunt perfectionem in cōmuni: sicut est hoc nomen bonum. ¶ Et inde est q̄ virtus que dicitur bonitas animē quod secundum perficit: etiam potest dici bona secundum q̄ est perfecta quodam alio in ordine ad finem ⁊ regula rationis: a quibus formam habet ⁊ in speciem trahitur. Hec ille. ¶ Ad vltimum dicendum q̄ argumentum procedit ūe vno quod est principium numeri

Lecti. 5. ⁊ cōmē. 12.

ꝛ non de vno quod conuertitur cum ente: de quo nunc est ad propositum.

¶ Questio. 4. Qualiter ad hanc scientiam pertineat considerare de oppositis.

d **Einde** considerandum restat qualiter hec scientia habz considerare de omnibus oppositis. ¶ Circa quod queruntur duo. ¶ Primo vtz huius scientie sit considerare negationes ꝛ priuationes ꝛ contraria. ¶ Secundo vtrum vnum opponatur multitudini.

¶ Ibi in Doc. S. ꝛ phylosopho. Quoniam autem vnius. ꝛ est lec. tertia.

a **B primum** sic ꝓceditur. Videꝫ ꝙ ad hanc scientiã nõ pertineat considerare negationes priuationes ꝛ contraria. Nam bonum ꝛ malum sunt genera contrariorum oĩum qꝫ alterũ cõtrariorum pertinet ad bonum: ꝛ reliquum ad malum. Dicitur enim in primo phisicorũ ꝙ omnia contraria hoc mõ se habent ꝙ alterum est nobilius. Alterum vilius. sed bonum ꝛ malũ non pertinet adhanc scientiaz cum scientia moralis ꝺ eis specialem faciat mentionem. Igitur cõtraria nõ pertinẽt ad huius scientie considerationem. ¶ Ꝑ. 2º. Malum est non ens. Similiter est negatio siue priuatio ergo non pertinent ad considerationẽ huius scientie. Cuius subiectum est ens. qꝫ oĩa que considerantur in aliqua scientia reduc/cuntur ad subiectum per predicationez: vt albertus vult in suis predicabilibus. ¶ Sed dicebat ꝙ priuationes ꝛ negationes sunt entia rationis. propter quod ad huiꝰ scientie pertinent considerationem. ¶ Contra ens rationis nõ est ens quod est subiectum in hac scientia: qꝫ sicut supra concessum est: ens reale quod diuiditur in. x. predicamẽta est hic subiectum ergo argumentuz stat. ¶ Ꝑ. 3º. Scientie secãt quẽadmodũ ꝛ res de quibus sunt vt ꝺr. 3º. ꝺ anima: ergo oppositorum opposite sũt scientie ẽria sunt opposita. ergo ad diuersas scientias eorum pertinet consideratio. ¶ Preterea quarto. Principia ꝛ principiata pertinent ad eandem scientiam sed priuatio est principium rerum naturalium: vt patet primo physicorum. ergo pertinet ad considerationem scientie naturalis: ꝛ p consequens non ad hanc sciam. ¶ Sed contra est phylosophus in presenti lectione dicens. Quoniam autẽ vnius est opposita speculari. Uni autem opponitur pluralitas negationem autem: ꝛ priuationem vnius est speculari: ꝓpter vtroqz modo speculari vnum cuius negatio aut priuatio.

Respondeo dicendum primo ꝙ huius scientie est considerare de negatione ꝛ priuatione. quod sic ꝓbat phũs fm Doc. S. Nã ad vnam scientiam pertinet considerare opposita: sicut ad medicinam considerare sanum ꝛ egrum: ꝛ ad grammaticum congruũ ꝛ incongruũ. Sed vni opponit multitudo: de cuius rõne est negatio ꝛ priuatio. Nam vnum dicit vnã negationẽ: multitudo võ duas sicut supradictum est ergo illius scientie est speculari negationẽ ꝛ priuationẽ. Cuius est speculari vnum ꝛ multitudinez. sed ad hãc scientiam pertinet considerare de vno ꝛ multitudine. vt supra ostensum est. q. 3. ar. 8. Relinquitur ergo ꝙ ad hãc scientiam pertinet considerare negationes ꝛ priuationes ¶ Sed aduertendum est hic fm phũm ꝛ Doc. S. ꝙ duplex est negatio. Quedam est negatio simplex per quaz absolute dicitur ꝙ hoc non ens est illi. Alia autem est negatio in genere: per quam absolute aliquid non negatur: sz infra metas alicuius generis sicut cecum ꝺr quod nõ hz visum nõ tñ oẽ nõ hñs visuz: sed infra genꝰ aĩalis: qõ natũ est hr̃e visum. Prima ãt negatio vocat negatio negãs ꝛ dicit tñ absentiã vel remotionẽ alicuiꝰ rei. Sine hoc ꝙ determinet subm. Unũ põt verificari tam de ente quod ẽ natũ hr̃e ꝛ nõ hz qꝫ de non ente qõ nõ est natũ hr̃e. Naz nõ videns põt dici tã chymera qꝫ lapis qꝫ etiã hõ. ¶ Sz scõa negatio vocat negatio priuãs. Et nõ dicit tñ absentiã rei: sed includit determinatã naturã de qua dicit/uatio. Unde nõ põt verificari tã de ente qꝫ de non ente. Nõ enim oẽ non videns põt dici cecũ: sed solum quod natũ est hr̃e visum. ¶ Negatio aũt que in rõne vnius includitur est negatio in subo alias non ens vnũ dici posset ex quo patet ꝙ differt a negatione simplr ꝛ magis trahit se ad naturã priuationis: ut patebit. 10. huius. q. 7. ar. 1. secundo dicendũ ꝙ huius scientie est considerare contraria quod sic ꝓbatur fm phm. Nã vnius scientie est opposita considerare: sed adhanc scientiam pertinet cõsiderare vnũ idẽ equale ꝛ simile. ergo necesse est ꝙ consideret opposita his. s. multum alterũ siue diuersum inequale ꝛ dissimile ꝛ quecũqz alia reducunt ad illa ꝛ ad vnum ꝛ pluralitatẽ. Sz contraria reducũtur ad ꝑdicta. Nam cõtrarietas est quedã differẽtiã eorũ. s. que maxime differunt in eodẽ gñe: differentia aũt est quedã diuersitas siue alteritas: vt habẽt. 10. huius. Igit cõtrarietas pertinet ad cõsiderationẽ huius scie. ¶ Et si dicat. Oĩa predicta dicuntur multipliciter. s. vnum simile equale ꝛ eoꝝ oppositaz vt patebit in libro de quotiens. videlicet quinto huiꝰ. q. 6. Sed ea que multipliciter dr̃ nõ conueniunt in aliq̃ vna rõne. Igit nõ possunt pertinere ad vnius ꝛ eiusdẽ scie ꝓsiderationẽ. ¶ Ad hoc rñdet phũs hic. nã si non significent plura fm vnã rõnem vniuocã nec fm rõnem analogam: ita ꝙ diuerse rationes nõ haberent habitudinez. Ad vnũ sicut in analogicis: tunc non considerarent in eadẽ sciẽtia: sed in diuersis: sicut pz de equocis. Nã sydus celeste qõ ẽ canis ꝓsiderat astrologia: nãlis aũt canẽ marinũ ꝛ terrestrẽ: sz oĩa predicta referũt ad vnũ primũ: sicuti enim ea que significãt ꝓ hoc nomẽ vnũ lz sint diuersa reducũtur tñ in vnũ primũ significatũ: sic̃ est in oĩbus alijs que sunt idẽ diuersum equale ꝛ inequale: vt patebit. 5. huiꝰ. q. 8. ar. 2.

Ad primum igitur dicendũ ꝙ bonũ ꝛ malũ pñt dupliciter considerari. Uno mõ moraliter: fm ꝙ in moribꝰ reperiũtur ꝛ sic cõtrariant ꝛ pertinent ad moralẽ sciẽtiã fm spãles eorũ rões: lz ẽt ꝓsiderẽt in hac scia fm ꝙ sunt entia. Alioꝰ pñt ꝓsiderari transcẽdẽter: ꝛ sic priuatiue opponũntur ꝛ dicunt/gña ẽrioꝝ que adhãc sciaz pertinẽt. ¶ Et si dicat: genus vniuoce predicat de suis inferioribus. sed bonũ trãscendẽs nõ dr̃ vniuoce: sicut neqz ens ꝛ vnũ: gº bonũ ꝛ malũ nõ debẽt dici gña. ¶ Ad hoc rñdet Doc. S. i scõo sententiaz di. 34. q. 1. ar. scõo ad pm. Ubi sic dicit: ꝙ genꝰ dupliciter põt capi. Unoº ꝓprie: put predicat de pluribꝰ univoce eo ꝙ quid. ꝛ sic neqz bonũ: neqz malũ gña sunt qꝫ ens ꝛ bonũ cõuertunt. ¶ Alioº cõiter genus dicitur. oẽ illud qõ sui cõitate multa ambit ꝛ cõtinet ꝛ sic bonũ ꝛ malum dicunt gña oĩum ẽrioꝝ: qꝫ vt in primo phũ ẽrioꝝ dicit oĩa cõtraria hoc mõ se hñt ꝙ alterũ est nobilius ꝛ alterum vilius ꝛ illud qõ est vilius priuationẽ in se includit: sicut nigrũ in respectu ad albũ: ꝛ frigidũ in respectu ad calidũ ꝓpter qõ in. 12. de aĩalib ꝺr ꝙ frigus est ꝑuatio caloris. ꝛ ꝙ hunc modũ sp alterum ẽrioꝝ ptinet ad bonũ ꝛ reliquũ ad malũ. Hec ille. Eãdẽ solutionẽ ponit in de malo. q. 1. ar. 1. ad 11. Ubi sic ait ꝙ bonũ ꝛ malũ dicunt gña contrariorũ inquãtuz vnũ cõtrariorum est defectus reliquum alterius: sicut nigrum respectu albi ꝛ sic oĩa ẽrioꝝ reducuntur quodãmodo ad bonũ ꝛ malũ ꝓut oĩs defectus ptinet ad rõnẽ mali: vnde ꝛ in ꝓmo phy. ꝺr ꝙ semp ẽrioꝝ cõparant admiscẽ vt melius ꝛ peius hec ille. ¶ Ad scõm dicendũ ꝙ lz illud qõ est malũ per se ꝛ abstractiue nihil ponat in re: est tñ ens apprehẽsuz. malũ autẽ per accẽs ꝛ cõcretiue sumptũ: bñ aliquid ponit lz nõ inquãtũ malum. ¶ Ad ro cuius ampliori intellectu considerandũ est illud qõ dicit Doc. S. in scõo sñiaꝝ di. 34. q. paª. ar. scõo i corpore. Ubi sic ait. malum aliqd dicit dupliciter. vel per se vel per accidens. per se malum dicit ipsa priuatio perfectionis prime qua aliquid malum est: que etiã a quibusdam malum abstractiue sumptum ꝺr. Hoc autem ẽ duplex

plex: qr illa priuatio vel est priuatio perfectiõis: que ẽ ne cessaria rei in esse primo: ⁊ illa priuatio in oib⁹ est maluz vt priuatio pedis aut manus ⁊ vel est priuatio alicui⁹ per fectiõis scõe vt priuatio geometrie ⁊ huiusmodi ⁊ talis priuatio nõ semp cuilibet ẽ malũ: sed ei tñ qui ad eam habẽdã operam dedit vel etiã hãe debet. Malũ aũt p ac cidens dicitur dupliꝛ. Uel illud quod est subiectum talis priuationis. Uel illud quod talem priuationem in alte ro cãt. ⁊ vtrum istoꝝ est malũ cõcretiue sumptũ. Illud aũt qõ ẽ sbm priuationis: põt capi q̃druplꝛ qr vel ẽ actio vel habitus vel passio: vel subsantia: actio quidẽ: si priua tionẽ debiti finis vel debite circũstantie hãt: rõnẽ mali culpe habebit ⁊ qr ex similib⁹ actibus silẽs habitus gñan tur: unde cõungit q̃ habit⁹ ipsi qui ex talib⁹ actibus relin quũtur mali sunt sicut habitus vitioꝝ. Passio aũt priua tionem hz per quam aliquid in paciente corrũpit: ⁊ ta lis passio malũ pene dicit vel defect⁹ nature in illis in q bus nõ põt eẽ culpa ⁊ pena: ⁊ qr nullũ accidẽs põt eẽ sub iectũ alicui⁹ qõ vel positiue vel priuatiue dicat nisi gra sube que eis subijcitur: nõ oportet q̃ vlterius intelligat sbm huius priuationis que per se malũ ẽ sbam esse: hz q̃ dr homo malus vel aĩa mala. Si aũt dicat malũ per ac cidẽs: qr causat talẽ priuationẽ: hoc põt esse duplꝛ. qr cau sa priuationis debite perfectiõis vel est ex parte materie que: nõ est disposita ad perfecte suscipiendũ virtutẽ agen tis sicut est defectus in monstris ⁊ in alijs q̃e ex defectu materie contingũt: Aut est ex parte agentis. ⁊ hoc est du pliciter. qr agens vel est cõiunctũ agens incõtrariũ perfe ctiõis debite. sicut ignis adurens ⁊ gladius secans. ⁊ ex hoc sequit malum quod dicit pena sensus in sensibus: in quibus culpa ⁊ pena esse possunt: qr tale agẽs qõ priuat perfectionẽ debitã: eo q̃ cõiunctũ est sentiẽ. Aut est agẽs nõ cõiunctũ impediens influentiã cause perficis sicut di cũtur nubes male: qñ impediunt lumen solis: ne ad nos q̃eniat ⁊ qr talẽ cã nõ sẽtit ex ipsa perfectiõis sbstractõe cũ nõ tollat perfectionẽ agendo in id quod priuat sed ma gis impediendo agentẽ hz forte sentiat aliquo modo per accidẽs sicut qñ nubes videnꝛ: nõ malũ quod ex hoc seq tur nõ dicit pena sensus: sed pena dãni: in illis tñ que pe na dãni suscepti ua sunt. In malis ergo hoc mõ dictis est talis ordo q̃ illud quod per se est malũ: prime malũ dici tur: ⁊ oĩa per relationez ad illud. Et sm gradũ tenet ma lum per accidens: quod est subiectum mali: quod dicitur malum ex hoc: q̃ priuationem que per se malum est hz. In tertio gradu est illud quod dicitur maluz per accidẽs sicut causa inducens malum. Hec enim non in se de ne cessitate habet priuationez: sed facit aliquid esse priuatio nem habens. Unde primũ dicitur absolute malũ ⁊ secũ dum in ordine ad primũ: ⁊ tertiuz in ordine ad scõm. di cendum est ergo q̃ malum nominat non ens. Unde illõ q̃ per se malum est: non ponit aliquid: sed dicit eẽ vt põ natio. malum vero quod est subiectum priuationis: ẽ ali quid positiue: sed nõ ex eo malũ est: sicut oculus est ali q̃ si sicut negatio visionis. Quod aũt dicitur malũ vt causa mali: in se quidem consideratum aliquid est: sed in ordi ne ad effectũ rõne cuius malũ dr etiã priuatiue dr. dr. n. malum: ex hoc q̃ priuationem inducit: ⁊ sic etiam rõ nõ entis in ipsum redicadat causaliter: sicut ⁊ ratio mali. Hec ille formaliter: ex quibus patet: quid est malum p se ⁊ per accidens: ⁊ quot modis accipiantur: patet etiaz quid dicatur malum absolutũ ⁊ relatum: patet etiaz qd dicatur maluz abstractiue ⁊ quid coneretiue: patet etiaz qualiter malũ hz rõnem entis ⁊ qualiter rationem nõ en tis ⁊ qualiter habet rationem priuationis. Ad tertiuz dicendum q̃ licet ens rationis non reducatur ad ens rea le sicut pars subiectiua aut passio eius: reducitur tamẽ ad ipsum sicut imperfectum ad perfectum. Unde non opz q̃ ens reale de eo predicetur potissime cum huiusmodi entia rationis non considerentur principaliter in hac sciẽ tia. Ad quartum dicendum q̃ hz oppositoꝝ obiecto rum formaliter non quidem opp̃sitione nature sed op positione sm diuersas rationes cognoscibilitatis differe sint scientie: oppositа tamen op positione nature q̃z cõue niunt in vna formalia ratione obiecti: pertinẽt ad eandez scientiam: sicut superius satis declaratum est. Ad quin tum dicendum q̃ licet priuatio forme specialis sit princi pium rei naturalis ⁊ pertineat ad considerationem phy losophie naturalis: priuatio tamen in cõmuni sm q̃ ba bet ordinem adhabitum ⁊ ad ens in communi non consi deratur a phisico: sed pertinet ad consideratiõnem huius scientie potissime priuatio que consistit in priuari: ⁊ non in priuatum esse: que aliquando contrarium dicitur: vt dicit Doc. S. in de malo. Ubi supra de quo in sequenti articulo videbitur.

Ubi in Doc. S. ⁊ phylosopho. Uni autẽ pluralitas.

a **Secundum** sic procedit. Uidetur q̃ vnuz nõ opponatur multitudini. Nam vnum opponi tur vni. ergo non opponitur multitudini: ante cedens probatur. Quia tantum vnũ vni opponit̃ per se: vt patet primo per Yeremias. ergo vnum vni opponit̃: Lec. 12.
per regulas expombilium. Bene enim sequitur. tantum homo est risibilis: ergo homo est risibilis patet cõsequẽ tia per eandem propositionem. Ꝓ. 2°. Oppositа nõ in sunt eidem: sed vnum ⁊ multitudo insunt eidem. s. deo ⁊ a fortiori creature vt probat Doc. S. in de potentia. q. 9. ar. 5.. ergo vnum ⁊ multa non opponuntur. Ꝓ. 3°. Unum oppositoꝝ non constituit reliquum: sed vnum constituit multitudinẽ quia multitudo est ex unitatibus: vt patet. 10. huius igitur ⁊c. Ꝓ. 4°. Unum oppositoꝝ
non verificatur de reliquo sed vnum predicatur de mul Lec. 15.
titudine. qr multa sunt quodãmodo vnum. qr sunt ens. igitur idem quod prius. Ꝓ. 5°. Si vnum opponeret̃ multitudini: maxime opponeret̃ ei vt priuatio sed hoc non: quia si sic: sequeretur q̃ vnum naturaliter esset po sterius multitudine: ⁊ q̃ multitudo poneretur in diffini tione vni⁹: vt dicit hic Doc. S. sed hoc est inconuenies: ⁊ contra sensum: igitur ⁊c. Ꝓ. 6°. Sicut se habet maluz ad bonũ: ita vnum ad multa sed malum non opponitur bono priuatiue. Ergo vnum non opponitur multo pri natiue. ⁊ sic non dicit priuationem. Sed contra ẽ phy losophus in presenti lectione dicens. Uni autem pluralitas opponitur ⁊c.

Respondeo dicendum q̃ multitudo potest cõsiderari dupliciter: vnomo do in ratione multitudinis. ⁊ sic vnum non opponit̃ mul titudini vt priuatio. Tum primo quia cum priuatio: vt dicit hic Doc. S. sit posterior naturaliter eo cuius priua tio est: sequeret̃ q̃ vnum esset naturaliter posterius mul titudine. Tum secundo quia sequeretur q̃ multitudo po neretur in diffinitione vnius. nam priuatio diffiniri non potest nisi per suum habitum: vt cecitas est priuatio vi sus. Unde cum in diffinitione multitudinis ponat̃ vnũ. Nam multitudo est aggregatio vnitatum sequeretur q̃ sit circulus in diffinitionibus. Alio modo potest conside rari multitudo: inquantum includit in se diuisionem. ⁊ sic vnum opponitur multitudini: quia importat priuatio nem diuisionis. Sed attendendum est primo q̃ du plex est diuisio quedam est que est sm quantitatem. alia est diuisio formalis per affirmationem ⁊ negationem. Unum enim vt dicit hic Doc. S. importat priuationez diuisionis. Non quidem diuisionis que est secundũ quã titatem. Nam ista diuisio determinatur ad vnum parti culare genus entis ⁊ non possz cadere in diffinitione vni⁹ sed diuisionis formalis: que fit per opposita. cuius pri ma radix est oppositio affirmationis ⁊ negationis. Hã illa diuiduntur ad inuicem: que ita se habent. q̃ hoc non est illud. Primo igitur intelligitur ipsum ens: ⁊ ex con sequenti non ens: ⁊ per consequens diuisio: ⁊ per conse quens vnum: quod diuisionem priuat: ⁊ per consequẽs multitudo in cuius ratione cadit diuisio. sicut in ratione vnius in diuisio: quãuis aliqua diuisa modo predictõ ra tionem multitudinis habere non possint: nisi prius cui

libet diuisoz rō vni⁹ attribuat. Hec ille. Idē dicit in de potentia glōsus ⁊ lucidi⁹. q. 9. ar. 7. ad. 15ᵐ. vbi sic ait. Nam p̄riatio est posterioz simpliciter ſm rationē. cum de intellectu p̄riationis sit ens oppositus per qō diffinitur: nisi forte referatur solum ad nominis rationez: put hoc nomen vnuz significat p̄riatiue. Nomen vero multitudinis positiue. Nomina enīz imponunt a nobis ſm qp cognoscimus res. Unde ad hoc qp aliquid signiſicetur per nomen vt p̄riatio: sufficit qualitercūqz sit posterius in nostra cognitione: quāuis hoc non sufficiat ad hoc qp res ipsa sit p̄riatiua: nisi qp sit posterius ſm rationez. Et ideo potest melius dici qp diuisio est causa multitudinis ⁊ est prior ſm intellectum q̄z multitudo. Unum autem dicitur ꝓpriatiue respectu diuisionis: cuz sit ens indiuisuz: nō autem respectu multitudinis. Unde diuisio est prior ſm rationem q̄z vnuz: sed multitudo posterius. quod sic p̄z. Primuz enīz qō in intellectu cadit: est ens. Secūdū vero est negatio eius. Ex his antez duobus sequit̄ 3ᵐ. s. intellectus diuisionis. Ex hoc enīz qp aliquid intelligitur ens: ⁊ intelligit̄ nō esse hoc ens: sequit̄ in intellectu qp sit diuisuz ab eo. Quarto autez sequit̄ in intellectu rō vni⁹ p̄riat. s. intelligitur hoc ens nō esse in se diuisuz. Quinto autem sequitur intellectus multitudinis: put. s. hoc ens intelligitur diuisuz ab illo: ⁊ vtrūqz ipsoz esse in se vnū. Quātūcūqz enīz aliqua intelligant̄ diuisa: nō intelligere tur multitudo nisi quodlibet diuisoz intelligat̄ esse vnū: ⁊ sic etiaz patet qp non erit circulus in diffinitionib⁹ vni⁹ ⁊ multitudinis. Hec ille: et laudabliter. Idem dicit in pluribus alijs locis: sicut patuit in p̄cedentibus. et p hoc patet solutio ad qntuz: Aduertendum est etiam secūdo ſm Doc. S. in primo ſnīaz di. 24. q. 1. ar°. 3. ad. 4ᵐ. qp vnum dicitur dupliciter. s. quod est principiuz numeri: ⁊ quod cum ente cōuertitur. Loquendo enīz de vno qō est principiuz numeri: vt dictum est. q. 3. ar°. 8. ponit aliquid addituz supra ens: quod dicit̄ vnum ſm rationem mensure. Unde hoc vnuz potest dupliciter considerari. Aut ſm id quod est. aut ſm id quod cōsequit̄ ad intellectum. s. relationez q̄ndam. Si scōo modo sic opponitur multitudini numerali relatiue: sicut p̄rincipiuz ad p̄rincipiatum: ⁊ punctus ad lineam: ⁊ pars ad totuz: ⁊ magis ꝓprie sicut mensura ad mensuratuz. Si p̄mo modo: tūc dupliciter. q: vel consideratur ipsuz vnuz cum p̄cisione nec: ſm qp est tm̄ vnitas: ⁊ sic habet disparatam oppositionem mensure ad alios numeros. Quilibet enim numerus habet ſm quidditatem siue speciei specialez rationem mensure: sicut species oppositę sunt disparate: ⁊ talis oppositio reducitur ad ꝓtrarietatez: sicut p̄rincipiuz: Quia species disparate distinguūtur differētijs ꝓtrarijs quibus primo diuiditur genus: vt probatur. 10. metha/physice. Uel sine p̄cisione. ⁊ sic vnitas nullam oppositionem habet ad numez: sed est cōstituens ipsuz. Si autez loquamur de vno qō cōuertitur cum ente: sic vnū habet rationem p̄riationis: vt dictum est respectu diuisionis que soluatur in multitudine: ⁊ ita opponit̄ multitudini: sicut p̄riatio habitui: vt dicit phūs. 10. methaphysice. Unde ⁊ equale opponitur magno ⁊ parno: sicut p̄riatio. nec est vnum p̄riatio illius multitudinis que negat̄ esse in ipso. Hec ille: et glorioſissime. De quo tamen videbitur clarius in. 10. huius. q. 5. ar°. 1. Et ꝓpter hoc p̄z solutio ad tertium.

Lect. 5. et com. 8.

Ad primum ergo dicenduz qp vnū pōt capi dupliciter. Uno modo absolute. ⁊ sic vnum nō opponitur vni. Alio modo ſm qp adiungitur alicui. Tertio. s. vni oppositoz. ⁊ sic vnū vni opponit̄ per se: ita qp sit sensus. vnuz opponit̄ tantuz vni oppositoz. Unde argumentū sophisticū est: ⁊ nō metha physicum ⁊ laborat in equiuoco. Ad secundū respondet Doctor Sanctus in de potentia qōne nona articulo septimo ad tertium. Dicens qp vnitas ⁊ pluralitas attribuuntur deo non secundum idem: sed vnitas secundum essentiam pluralitas scōm personas: vel vnitas scōm absoluta: pluralitas ſm relationes. Hec ille. Similiter dicendum est de creaturis: qp ſm diuersas rōnes vnditi ⁊ multa attribuuntur vni: vt superi⁹ adductuz est. Ad tertium patuit solutio ex dictis. Cōsideranduz tamen est qp opposituz potest cōsiderari dupliciter. Uno modo in sensu composito. videlicet vt oppositum est: ⁊ sic non cōstituit altez oppositū: sicut allegatum est. Alio modo potest cōsiderari in sensu diuiso ⁊ māliter ⁊ nō vt alteri opponit̄. Et sic bene cōstituit suuz oppositum: sicut vox incomplexa est pars vocis complexe inde est: vt ibi dicit Doctor Sanctus. q. 9. ar°. 7. ad. 14ᵐ. qp vnuz potest cōsiderari dupliciter. Uno modo q̄ntuz ad illud qō ponit. Et sic cōstituit multitudinez. Alio modo quantuz ad negationez quā supaddit: ⁊ sic vnum opponitur multitudini priuatiue. Hec ille. sicut etiaz superius allegatū est. et per hoc patet solutio ad. 4ᵐ. Ad qntum patuit solutio ex dictis. Ad sextum dicendū sicut dicit Doc. S. in de malo. q. 1. ar°. pᵒ ad. 2ᵐ. qp bonum ⁊ maluz ꝓprie opponuntur vt p̄riatio ⁊ habit⁹: quia vt simplicius dicē in cōmēto p̄epicamentoz: illa ꝓprie dicunt̄ contraria: quoz vtrunqz est aliquid ſm naturaz. sicut caliduz ⁊ frigidum: humidum ⁊ siccum: album ⁊ nigrum. Sed illa quoz vnum est aliud ſm naturaz ⁊ aliud recessus a natura: nō opponunt̄ ꝓprie vt cōtraria: sed vt p̄riatio ⁊ habitus. Sed duplex est p̄riatio. Una quidem que est imp̄riatū esse: vt mors ⁊ cecitas. Alia vero que est imp̄riuari: vt egritudo que est via in mortem ⁊ obtalmia que est via in cecitatez: ⁊ huiusmodi p̄riationes interduz dicuntur contrarie: inquantuz adhuc aliquid retinēt de eo qō p̄riatur. Et hoc modo maluz dicitur cōtrarium: qp non p̄riat totuz bonum: sed aliquid de bono remanet. Hec ille: ⁊ optime. Aduertēduz tamen est ſm Doc. S. in. 2°. sententiarū. di. 34. q. vnica. ar°. 4°. ad. 4ᵐ. qp oppositio mali ad bonum potest considerari dupliciter. Uel ſm determinatam rationem huius boni ⁊ illius mali. ⁊ sic non fallit in istis bonum ⁊ malum dyaleticoz regula que p̄hibet cōtraria simul esse non posse. Quia vt dictum est: sic accipiendo oppositionem boni ⁊ mali: maluz non opponitur illi bono in quo est sic in subiecto. Potest etiam considerari oppositio mali ad bonuz ſm rationem cōmunem vtriusqz. Et sic malum simpliciter opponitur bono simpliciter: sicut huic bono hoc maluz. Et per hunc modum regula dyaletico:um fallit in istis contrarijs: quia malum est in bono. Et ratio quare fallit est ista: Quia bonum non imponitur ab aliqua determinata perfectione: sed a perfectione in cōmun. Unde qcquid perfectionis res habet cōmunem rationem boni consequitur similiter et quacunqz perfectione simpliciter p̄riatur: cōmunem rationem mali incurrit. Contingit autem qp aliquid habeat primam perfectionez: ⁊ p̄riatur secūa. Et ita etiam habebit rationem boni ⁊ mali: sed ſm diuersa: ⁊ ex hoc non sequitur cōtradictoria esse simul vera. Hec ille. Et similiter dicendum est de vno ⁊ multo: si diligenter ea que dicta sunt consideraretur. Qualiter autem vnum opponatur pauco diuersimode ⁊ multo patebit. 10. huius. q. 9. ar°. primo. Sicut iam dictum est.

Lec. 8.

¶ Questio quinta. Qualiter phylosophus ostendit per rationes cōes qp ad hanc sciam ꝑtineat ꝓsiderare vnū et multa idem et diuersum: et sic de alijs.

Onsequenter considerandum restat qualiter phylosophus probat rationibus communibus qp ad hanc scientiam pertineat considerare de vno et multitudine eodez et diuerso ⁊ de alijs partibus vnius cum suis oppositis. ¶ Circa quod tria queruntur. ¶ Primo vtrum de transcendentib⁹ ⁊ partibus eoz cum suis oppositis habeat phūs ꝓsiderare. ¶ Scōo vtrū p̄a phūa ⁊ logica eqparent̄ q̄ntū ad subiectum ita qp sic ens nāe est subm methaphysice: ita ens rōnis ē

c

subiectum logice. ¶Tertio Utrum omnia contraria reducantur ad vnum ⁊ ens.
¶Ibi in Doc.S. et phylosopho. Et phylosophi est de omnibus. Et est lectio. 4ª.

a **¶ Primum** sic procedit. Videt q̄ hec scia nō habeat cōsiderare transcēdentia cum suis oppositis ⁊ partibus eorūdē. Mā prima philosophia ē de abstractis a materia secundum esse ⁊ rationem. Quibus .s. nō repugnat esse sine mā. Sed contraria que sub prędictis cōtinent nō sunt sepata a mā ſm esse: ymo de eorū rōne est q̄ sint in mā: Quia ſbe immāles nō cōponuntur ex cōtrarijs vt hic dicit Doc.S. Alias essent corruptibiles. Igit̄ ⁊traria non ptinēt ad cōsiderationē huius scie. ¶ Ꝑ 2º. Logicus ꝓsiderat de oībus illis vt pz i ꝓdicamē tis. Ergo nō metaphysicus quia diuersi artifices habent diuersa cōsiderare. ¶ Ꝑ 3º. In hac scia cōsiderāt ea tātū que valent ad cognitionē ſbarū sepatarū acquirendā. Sz cōtrarie opposita non sunt huiusmodi: cū in ſbijs sepatis nō repiat ⁊trarietas sicut dictuz est. Igit̄ nō. ¶ Ꝑ 4º. Principia ⁊ pricipiata sunt vnius cōsiderationis: vt dicit hic Doc.S. sed vnū est principiū numeri. qui ptinet ad cōsiderationē mathematicā ⁊ nō ad hāc sciam. ¶ Ꝑ 5º. Uer et falsum opponunt ⁊ sunt de trāscendentibus: sed tñ falsum nō cōsiderat̄ in hac scia: sed excludit̄ a cōsideratione huius scie vt pz. 6º. huius. Igit̄ nō. ¶ Sed cōtra est ꝓbus in littera dicēs. Et ꝓbi est de oībus posse speculari nā si nō ꝓbi: quis erit qui inuestigabit si idē Socrates ⁊ Socrates sedēs: aut si vnū vni ⁊trariū: aut quid est cōtrariū aut quotiens dicit̄: Similr aūt ⁊ de alijs talib⁹ Q̄m ergo vnius inquātū est vnū ⁊ entis in quātum est ens eedez ſm se passiones sunt: sed nō inquātum numeri aut linee aut ignis: palam quia illius scientie ⁊ quid sunt cognoscere ⁊ accidentia ipsa.

¶ Respondeo dicēdū q̄ de oīb⁹ p̄dictis ꝓbus primus hēt ꝓsiderare. Qđ phi losophus ostendit tribus rōnibus. Quarū prima talis ē. Nam oēs dubitatōes que possunt moueri: sunt in aliqua scia soluende. Sed de p̄dictis cōmunibus mouent̄ quedā dubitatiōes: sicut de eodē ⁊ diuerso mouet̄ ista q̄stio Utrū sortes ⁊ sortes sedens sit idē. Et de ⁊trarijs mouet̄ ista q̄stio. Utrū vnum vni sit cōtrariū ⁊ quid est cōtrariū ⁊ quot modis dicit̄. Ergo oportet q̄ ista in aliqua scientia soluant̄ que ꝓsiderat de eodem cōtrario ⁊ alijs prędictis Sed ad hanc sciam ptinet cōsiderare de his. patet. Quia cuius est cōsiderare ens ſm q̄ ens ⁊ vnum: eius est cōsiderare ꝓprias passiones entis. Sed p̄dicta oia sunt per se accidentia entis ⁊ vnius ſm q̄ huiusmodi. Mā sicut inmerus inquātum huiusmodi hēt ꝓprias passiones vt superfluū ⁊ cōmēsuratū ⁊ huiusmodi quoz quedā insunt alicui numero absolute: vt par ⁊ impar: quedā vni p cōparationez ad alterū: vt equale ⁊ alia huiusmodi. Et sicut ſba hz ꝓprias passiōes: sicut firmū. i. corpus ⁊ alia huiusmodi: similr ⁊ ens inq̄ntum ens hz quedā ꝓpria q̄ sunt p̄dicta cōtraria. Ergo cōsideratio eoz ptinet ad primum phz. ¶ Secūda rō talē. Mā dialetici ⁊ sophiste q̄si similitudinē quādā hītes cum primo phō: induunt eādē figurā cum eo. Sed dyaletici ⁊ sophiste disputāt de istis p̄dictis igitur ⁊ primus phus habet disputare de eisdem ⁊ cōsiderare. Quod autez primus phus similitudinē habeat cum dyaletico: sic probat phus: qz dyaletici est disputare de oīb⁹ vt patet primo topicoz. Sed hoc esse nō posset: nisi dyaleticus cōsideraret oia ſm q̄ in aliquo vno cōueniunt cū vnius scientie vnū sit ſbm: ⁊ vnius artis vna mā sed oēs res nō cōueniunt in aliquo nisi in ente. Ergo mā dyaletice est ens ⁊ ea que sunt entis de quibus etiā primus cōsiderat: vt iā ꝓbatuz est. Ergo primus phus habet similitudinē quātū ad ꝓsiderationē cum dyaletico: qa vtreq; considerat ens ⁊ ea que sunt entis. Sed q̄ primus phus hz apparentiā alicui⁹ rei: hz quādā similitudinē cum illa. Sz sophistica scia cū sit apparēs sapia ⁊ nō existēs: hz apparentiā prime phie q̄ summa sapia dicit̄: igitur hz quādā similitudinē cū ipa. ¶ Tertia rō est talis. Quecunq; reducunt̄ in vnum ⁊ ens: debēt ꝓsiderari a phō cuius est ꝓsiderare vnum ⁊ ens: sed oia ⁊traria reducunt̄ ad vnuz ⁊ ens: vt patebit in sequēti. 3º. ar º. Ergo oia ⁊traria sunt de ꝓsideratiōe phi: primi cuius est ꝓsiderare vnū ⁊ ens. Qđ aūt p̄mi phi sit ꝓsiderare ens: sic ꝓbat. Mā oia entia reducunt̄ ad ⁊traria: quia vel sunt cōtraria vel ex contrarijs ſm opinionē antiquoz. Contraria aūt reducūtur ad vnū ⁊ multitudinē: quia vnū ⁊ multa sunt principia contrariorū: vt insequentibus ꝓbabitur. Sed vnū ⁊ multa sunt cōsiderationis hui⁹ scie. Ergo eius est ꝓsiderare ens inquantum ens: hec omnia Doc.S. in presenti lectione quasi formaliter.

¶ Ad primum ergo dicendum q̄ licet prima phia hēat ꝓsiderare principaliter illa q̄ sunt abstracta ſm esse a mā. s. ſbas separatas: qz tamen a sensibilibus ad immālia ꝓcedimus pro ꝑsenti statu: ideo etiā ꝓsiderat de ſbijs mālibus vt patet. 7º. ⁊. 8º. huius: quibus inest ⁊trarietas. Uerūtamen triplex est gradus ⁊trarietatis primꝰ est repugnātia poꝰ ⁊ actus sine etiā habitus ⁊ priuatiōis. Secundꝰ est repugnātia duaz differentiaz idē genꝰ diuidētiū: ⁊ hij duo gradus cōtrarietatis bñ repiunt̄ in ſbijs sepatis. Tertiꝰ ē repugnātia duaz formaz accidētaliū mutuo se expellentiū ab eodē ſbo: q̄ actiue ⁊ passiue sunt adiuicē: ⁊ talis reperit̄ solum i cōpositis ex mā ⁊ forma. Et p hoc pz solutio ad tertiū. ¶ Ad ſm dicēdū q̄ logicꝰ ꝓsiderat p̄dicta ſm q̄ a rōne cōcipiūt̄: ⁊ ſm q̄ secūdis itētiōibus subijciunt̄: sed primus phus cōsiderat ea q̄ntū ad esse qđ habent in natura. Unde logicus est artifex rōnis: methaphysicus vero realis. ¶ Ad tertiū iā respōsum ē: in solutiōe ad primuz. ¶ Ad quartū dicendū sicut dicit Albertus in hoc quarto tractatu primo. cº. 5º. Ubi sic ait: qđ aūt dicit̄ q̄ vnū est principiū numeri: dupl̄ accipi pōt propter equiuocatiō nē principij. Est.n. pricipiū generale ei cuius est pricipiū ⁊ reductū ad genꝰ principiati. Et hoc est quasi principiuz intra. Sicut punctꝰ est principiū ptinui: ⁊ nūc temporis. Et est principiū qđ est cā nō intrās in genus causati: sicut ſba est causa accidentis: ⁊ ſbm passionis. Et hoc mō duplex est vnitas: quaz vna est terminus ſbe ⁊ entis ⁊ hec est cā vnitatū nō de genere vnitatū existens. Alia est vnitas que est indiuisibilitas causata et abstracta ab hoc vno: ⁊ hec est accidēs: cuiꝰ collectio facit numez. Sz hoc vnū nō est q̄uertibile cū ente. hec ille. Idē dicit Doc.S. vt ex supradictis pz breuius. s. q̄ vnū qđ ē principiū numeri: ptinet ad mathematicā sciam. Unū vero qđ q̄uertit̄ cū ente: ptinet ad ꝓsiderationē huius scie. ¶ Ad vltimuz dicendum q̄ si accipiat̄ falsum formaliter tātum: sic nō est de ꝓsideratiōe hui⁹ scie. Sed si accipiat̄ rōne sui fundamenti ⁊ vt aliqualiter habet rōnem entis: sic pertinet ad hanc scientiaz: vt. 6º. huius patebit. q. 13ª.

¶Ibi in Doc.S. ⁊ phylosopho. Dyaletici nāq;.

a **¶ Secundum** sic ꝓcedit: videt q̄ prima phia ⁊ logica nō equipent̄ in ſbo: ita q̄ sicut ens natureē ſbm metha^cc ita ens rōnis sit ſbm logice. Mā logica est scia mōſtrās ⁊ docēs q̄liter p notū de nemat̄ de notitia noti ad notitiam ignoti. Ergo necesse ē q̄ logica habeat illud ꝓ subiecto quod est instrumentum rationis: p quod deuenire pōt ad noticia: cuiuslibet ignoti p notū. Hoc āt ē argumētatio: qa ē rōcinatio argumens ⁊ cōuincēs mētē ex bitudie noti ad ignoti noticiā. Ergo argumētatio est ſbm logice: ⁊ nō ens rōnis. Et sic nō equipant̄ in ſbo. ¶ Ꝑ 2º. In logica nō ꝓsiderat̄ de ente rōnis sub eiꝰ formali rōne: sz soluz de aliquo ente rōnis quod est argumentatio. Ergo ens rationis non est ꝓ prie ſbstantium logyce. Et sic idem quod prius. ¶ Ꝑ 3º. Ens rationis ad multa alia se extendit: de quibus non tractat logica. s. ad congruum ⁊ incongruum: ornatum ⁊ inornatum. Ergo ens rationis non est ſbiectum adequatum logice. ¶ Ꝑ 4º. Illud est ſbiectum scientie

eui competunt condictiones requisite ad ipsum subiectuz quas Doc.S.recitat in primo sententiarum.q.p^{a}.sicut supradictum sed argumentatio est huiusmodi igitur ꝛc̄. Hee sint rationes versoris in predicabilibus porphirij. q.4^{a}.quibus nititur demonstrare ꝙ argumentatio est subiectum attributionis logice: ꝛ non ens rationis: vt patet ibidem per suas conclusiones. ¶ Ꝺ 5°. Illud est subiectum in aliqua scientia : cuius partes subiectiuas ꝛ passiones querimus sed in logica querūntur partes argumẽ
po.lcc.20. tationis: vt patet primo ꝛ secundo priorum ꝛ primo topicorum ꝛ primo posteriorum ꝛ non entis rationis. Nul libi enim inuentur ꝙ ens rationis diuidatur in logica: vel ꝙ aristoteles de ente rationis in communi faciat mẽtionem.igitur ꝛc̄. ¶ Sed contra est phylosophus in littera dicens. Dyaletici nãqz ꝛ sophiste eandez subinduūt formam phylosopho quia sophistica apparens solum est sophistica : ꝛ dyaletici de omnibus disputant omnibus autem commune ens est disputant autem ꝛ de hijs. Videlicet que phylosophie sunt ipsa propria. Nã circa idez genus versatur ꝛ sophistica ꝛ dyaletica cū phylosophia ¶ Ad idem est Doc.S.in presenti lectione dicens . Et huiusmodi ens rationis est proprie subiectum logice huiusmodi autem intentiones intelligibiles: entibus nature equiparantur . hec ille . Idem dicit in tractatu de natura generis.c^{o}.4°. ¶ Ad idem est etiam commentator in p̄senti passu. Igitur ꝛc̄.

Respondeo dōz ꝙ logica ꝛ metha. eqpe/rantur in subiecto : ita ꝙ sicut ens nature creatum est subiectum methaphysice ita ens rationis est subiectum adequatum logice: quod secundū aliquos vocatur subiectum attributionis. ¶ Ꝺ cuius declaratione cōsiderandum est primo secunduz Doc.S. in presenti passu: qz duplex est ens.ſ.rationis ꝛ ens nature ens rationis est duplex: quoddam est quod non habet fundamentum in re sicut chymera ꝛ de illo nō fit hic mẽtio. Aliud est ens rationis quod habet fundamentum in re mediante tamen intellectu: vt supra expositum est.q.4.ar.p̄^{o}.ꝛ tale ꝓprie dicitur de illis intentionibus quas ratio adinuenit in rebus cōsideratis: sicut intentio generis ꝛ speciei ꝛ similium: que quidez non inueniuntur in rerum natura: sed cōsiderationem rationis cōsequuntur. Et huiusmodi ens rationis est proprie subiectum logice. Nam logica disputat de omnibus: vt patet primo topicorum ꝛ hic secundum philosophum . Sed non potest disputare de omnibus nisi secundū ꝙ conueniunt in vno formali subiecto: cum vnius scientie sit aliquod vnuz subiectum. Hoc autem est ens rationis: ꝛ non argumentatio non enim omnia entia conueniunt in argumentatione: ita ꝙ omnibus attribuatur intentio argumentationis . Ergo ens rationis est subiectum logyce . Ꝺ 2°. omnia entia nature sub consideratione rationis cadunt. Ideo id quod est subiectum logice: ad omnia se extendit de quibus ens nature predicatur: sed ens nature non soluz predicatur de hijs quibus attribuitur argumentatio: sed etiam de hijs quibus attribuitur diffinitio ꝛ compositio igitur ens rationis ꝛ non argumentatio debet esse subiectum ꝛ qz sicut dictum est entia nature sub consideratione rationis cadunt: oportet huiusmodi intentiões logicales entibus nature equiperari: ꝛ quia oportet ꝙ subiectū logice ad omnia se extendat de quibus ens nature predicatur bene cōtingit ꝙ logice subiectum equiparētur subiecto phylosophie quod est ens nature. Idez dicit. S. Doc. gloriosus in tractatu de natura generis. Ubi sic ait: sciendum est autez ꝙ sicut in quarto methaphysice dicitur: logicus ꝛ methaphysicus circa omnia operantur : differenter tamen. Sicut enim primi phylosophi est loqui de ente in cōmuni: ita ꝛ logici. Aliter non esset circa omnia eorum consideratio: nisi haberent pro subiecto ens in cōmuni . Cum enī vnius scientie vnum sit subm idē erit subiectuz vtriusqz. Sed differunt: quia phylosophus procedit ex certis demonstrationibus. Et hoc ideo est: quia ens dupliciter dicitur: nature.ſ.ꝛ rationis. Ens autem rationis ꝓprie dicitur de illis intentionibus: quas ratio in rebus adinuenit sicut est intentio generis ꝛ speciei: que nō inueniuntur in rerum natura: sed sequuntur actionem intellectus ꝛ rōis ꝛ huiusmodi ens est subm logice ꝛ illud ens equiperat enti nature: quia nihil est in rerum natura de quo ratio nō negocietꝫ: inde est ꝙ circa idem dicuntꝫ negociari logicꝰ ꝛ metha hec ille. ¶ Sed ꝓsiderādū est secūdo ꝙ ly dyaletica sophistica ꝛ prima phia equiparentur in cōsiderationis : differenter tñ se hñt circa cōsiderata: vt dicit in presenti passu . Differt ãt primꝰ phūs a dyalectico fm posse/statē. Nã maioris vtutis est cōsideratio phi: qz cōsideratio dyaletici. Primus.n.phylosophus de predictis eōi bus ꝓcedit demōstratiue ex principijs ipsius entis ad.p handū ea que sunt ꝓsideranda circa hmōi cōia accidẽtia entis .ꝛ ideo eius est hꝫe sciam de predictis.ꝛ est cognitiu^{s} eorū per certitudinē. Nã certa cognitio sine scia est effectus demonstrationis. Sed dyalecticus circa oia predicta procedit probabiliꝫ ꝛ ex probabilib^{9} ad eadē considerauda ex intentionib^{9} rōnis. Que sunt extranea a rerum natura: ꝛ ideo dicitur ꝙ dialectica ē temptatiua. Et tēptatiue proprīū ē ex principijs extraneis procedere. Vñ nō facit sciam: sed solum opinionē. A sophista vero differt p̄ mus pūs probereſi. i. electione vel voluptate desiderio vite. Ad aliud enim ordinat actionem vel vitā suā primꝰ pūs ꝛ ad aliud sophista: pūs namqz ad considerandā veritatem. sophista autem adhoc ꝙ videat scire quāuis nesciat. ¶ Sed hic oritur difficultas. Dictum est enim ꝙ dialecticus non est sciens neqz sophista. ergo vī ꝙ dialectica nō est scientia. qz sicut se hz cōcretū ad cōcretū: ita abstractū ad abstractum. ¶ Ad hoc respondet Doc. S. dicens . Licet aūt dicat ꝙ phia sciēs est: nō aūt dialectica ꝛ sophistica: non tñ ꝓpter hoc removeꝫ: cū dialectica ꝛ sophistica sint scientie : dialectica enim potest considerari fm ꝙ est docens: ꝛ fm ꝙ est vtens: fm enim ꝙ est docens : hz considerationem de ipsis intentionib^{9} instituens modum quo eis procedi possit ad conclusiones in singulis scientijs probabiliter ostendendas. ꝛ hoc demonstratiue facit. ꝛ fm hoc est scia. Utens vero est: hz ꝙ modo ad inuento vtitur ad concludendū probabiliter in singulis scientijs ꝛ sic recedit a modo scie. ¶ Et similiter dicēdū est de sophistica: qz prout est docens: tradit per necessarias ꝛ demonstratiuas rōnes moduz arguendi apparenter: sed cūdū vero ꝙ est vtens: deficit a processu vere argumẽtationis. Sed in parte logice que dicitur demōstratiua: doctrina pertinet ad logicam: visus vero ad philosophiam : ꝛ ad alias particulares scientias : que sunt de rebus nature: ꝛ hoc ideo qz vsus demonstratiue cōsistit in vtendo principijs rerū de quib^{9} fit demonstratio que ad scientias reales pertinet non in vtendo intentionib^{9} logicis ꝛ sic apparet ꝙ quedam partes logice hñt in ipsa logica ꝛ doctrinam ꝛ vsum. Sicut dialectica temptatiua. Sophistica quedam autem doctrinam ꝛ nō vsum: sicut demonstratiua. Hec ille.

Ad primum ergo dicendum ꝙ licet argumentatio sit illud per qō principalr deuenim^{9} de noticia noti adnoticiā ignoti: ñ tñ solū ꝙ argumẽtationē: hz etiā pervia diuisiōis ꝛ diffinitiōis vt pz scōo posteriorū: possum^{9} deuenire de noticia noti ad ignoti noticiā. ad que se extendit ens rōnis. Unde cōcedi posset ꝙ argumentatio est sbm principale ꝛ proprīū: ens vō rōnis subiectū attributiōis. ¶ Ꝺ cuius intellectus ꝓsiderandū est ꝙ ens rōnis dicitur illud quod rō ad inuenit in rebus consideratis per opationē ei^{9}. Est ãt triplex opatio intellectus seu rōis. vz. simpliciū apprehensio simpliciū apprehensoꝝ cōpō vel diuisio: ꝛ discursus de vna ꝓpositione ad aliā. ꝙ primam ergo opōm intellectus apprehendimus terminos simplices. ꝙ secūdā ꝓponem: ꝙ tertiā argumentationē : de his aūt que apprehendūt per primā operationē rōnis inquātū huiusmōi est liber predicamentoꝝ aristo. De his vero que per scōaz operationē eius apprehendūtur. est liber perihermenias sed de his que per tertiā apprehenduntꝫ est tota noua logica: ꝙ ē

de argumentatiõe

de argumētatiōe ⁊ de spēbus eius: sicut vltia ps metha. est de subijs separatis: prima aūt operatio ordinatur ad secūdā. secunda vero ad tertiā: ideo melius ens rōnis po nit subiectū in tota logica: q̄ argumētatio: sicut in metha phisica ens reale ponit subiectū. ⁊ nō sba. lz ⁊ nouē gña ac cidentiū ⁊ cetera entia reducantur ad sbaz sicut ad princi palē partem entis: sicut supradictū est. q. 2. ar. 5. ¶ Ad se cūdū iā patuit solutio: q: lz in noua logica cōsideret ō ar gumentatione tanq̄ de subiecto: nō tñ in logica: lz in tota logica principalius cōsideret de argumentatiōe: sicut in tota metha. de sba suomodo. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ cō gruū ⁊ incōgruū ⁊ similia lz nō cōsiderent in logica sm eor ppias rōnes. considerant tamē in ea sm q̄ a rōne apprehendunt per aliquā ei⁹ opationē: sicut ens mobile ad quod se extendit sūbm metha. nō cōsiderat in metha. sm propriā rōnē eius considerat tñ in ea sm q̄ conuenit in rōne formali ipsius entis. ¶ Ad quartū dicendū q̄ ar gumentatio non est quid cōiūctū in logica consideratuz ⁊ primo intentum sed ens rōnis: ideo ⁊ ei non compe tunt oēs cōditiōes subiecti attributiōis: nisi sicut ipāli sub iecto. ¶ Ad vltimū dicendū q̄ licet in noua logica. vz. secūdo priorū ⁊ primo topicoz querant partes subiectiue argumentationis vnde bene argumentatio est ibi sub iectū: tñ partes subiectiue entis rōnis considerant in tota logica secundū tres operationes intellectus: rōne quarū attenditur ordo partiū logice: vt suprā dictū est. Uñ me lius videt ⁊ sanius sm opinionē Doc. S. q̄ ens rōis sit ppie sbm logice: ⁊ nō argumentatio. Et si in aliquo lo co reperiatur q̄ dicat argumentationē eē sūbm: loquitur de logica noua ⁊ non de totali logica. Unde vsoris oppo sitā partē tenens in suis predicabilibus albertizabat ma gis q̄ sequeretur Doc. S. Luius opinionis plurib⁹ an nis fateor me fuisse. propter introductionē a iuuentute mihi traditam.

¶ Ubi supra in pho. Ibi amplius cōtrariorum.

a **D tertium** sic proceditur. Uñ q̄ nō oia contraria reducan tur ad vnū ⁊ ens. Illā relatiue opposita nō re ducuntur ad ens ⁊ non ens. neq; ad vnum ⁊ multa. Alias contradictoria vel priuatiua oppositio ic̄lu deretur in relatiue oppositis. ⁊ sic vnū diceret imperfe tionē respectu alterius: quod est contra Doc. S. exprel se in de potentia. q. 7. ar. 8. Ad quartū igit̄ contraria non reducūtur ad ens ⁊ vnū: p3 ꝑña a simili. ¶ Ꝑ. 2⁰. Si cō traria oia reducerent ad ens ⁊ nō ens: scq̄ret̄ q̄ sicut int aliqua contraria est dare mediū: q̄ inter ens ⁊ non ens esset dare mediū: quod est cōtra phm primo posteriorum: ⁊ cōtra primum principium: vt infra patebit: igitur ⁊c̄. q. 8. ar. 2. ¶ Ꝑ. 3⁰. Si oia cōtraria reducēnt ad ens: hoc eēt quia principia ⁊ principiata sunt vnius cōsiderationis. ⁊ q̄ principia oium entiū sunt cōtraria vel ex cōtrarijs sed hoc nō est verū. Manifestū est enim q̄ substātie separate non cōponūtur ex contrarijs: igit̄ ⁊c̄. ¶ Sed cōtra ē phs losophus in tertia rōne articuli precedentis dicens. Am plius cōtrariorū altera coelementatio priuatio ⁊ oia refe runt̄ ad ens ⁊ non ens ⁊ ad vnū ⁊ pluralitatē vt stat⁹ vni⁹ ⁊ motus pluralitatis. entia vo sunt sbm confitentur ex cō trarijs fere omnes cōponi. Omnes enim principia con traria dicunt. hi namq; par ⁊ impar: illi vero calidum ⁊ frigidū. Alij finitum ⁊ infinitū. Alij amorem ⁊ odiū. oia vo alia videntur reducta ad vnum ⁊ pluralitatez.

Respondeo dicendum q̄ oia contraria re ducuntur ad ens ⁊ non ens ad vnum ⁊ pluralitatē: ⁊ vlr ad ens ⁊ vnū. Quod aūt redu cantur ad ens ⁊ nō ens: philosophus ostendit dupliciter primo per naturam priuationis. ¶ Illam inter duo cō traria semp vnū quod est alteri coordinatū: est vt prius ⁊ posterius sicut cōtrariorū est vt imperfectū respe ctu alterius sicut suprādictum est. q. 2. ar. 8. sed priuatio ē negatio quedā vt ex suprādictis p3: ⁊ ita est non ens. vn de patet q̄ oia contraria reducunt̄ ad ens ⁊ nō ens. ¶ Se cundo idē ostēdit. p hoc q̄ cōtraria sunt ꝑn⁹. Illā prin⁹ ⁊ principiata sunt vnius cōsiderationis. Sed phi cōfitent̄ ꝑn cipia esse ꝓria. oēs enim dicunt entia ⁊ substātias entiuz cōponi ex cōtrarijs. Sed ens est principiū rerū: vt ipsi di cunt. ergo cōtraria reducūt̄ in cōsiderationē entis. ¶ Sz q̄ cōtraria reducantur ad vnū ⁊ pluralitatē: ostendit du pliciter primo exēplo. Illā status siue quies reducitur in vnitatem. Illud enim quiescere dicim⁹ q̄ eodē mō se hz nunc ⁊ prius sicut patet. 6. physicorum motus autem ad multitudinē ptinet: q: quod mouet̄ diuersimode se ha bet nūc ⁊ prius. Cū igitur motus sit de cōtrario incōtra riū: relinq̄t̄ q̄ cōtraria reducunt̄ ad vnū ⁊ multa. ¶ Se cundo idē ostendit inductione. Illā ꝑitas aliquid vni tatis hz pp suā indiuisionē: paritas aūt ad nām multitu dinis ptinet. Similiter aūt finitū ad vnitatem pertinet. q̄ est termin⁹ resolutiōis. Sed infinitū ad multitudinē per tinet quē in infinitū augetur. ꝯcordia etiā maxime est vni tatis. discordia vo multitudinis. Calor etiā ad vnitatem pertinet inquātū hz vnire omogenea: frigus vo ad mul titudinem. inquātū habet ea separare. Et sic de alijs con trarijs. Igitur oia cōtraria reducunt̄ ad vnum ⁊ multi tudinem. ¶ Deinde ostendit vlr q̄ oia contraria reducū tur ad vnum ⁊ ens. Nam omnia aut sunt principia. aut sunt ex principijs. sed oia principia ⁊ principiata incidūt in ens ⁊ vnum tanq̄ in genera: non q̄ sint vera genera. sed rōne sue communitatis quādam similitudinem gene rum habent. vt dicit hic Doc. S. ergo oia cōtraria redu cunt̄ ad ens ⁊ vnū ex predictis infert philosophus vnū correla⁹ videlicet q̄ geometrice nō est speculari de ente vno ⁊ accidētib⁹ eorum: ostendendo. s. quid est cōtrariuz aut quid est perfectum aut huiusmodi. Sed si cōsideret hoc erit ex suppositione: quasi supponens ea a primo phi losopho a quo sumit quantum est necessarium ad suam materiam. Et idem dicendum de quacunq; alia scientia particulari.

Ad primum ergo dicendum q̄ Doc. S. in de potentia. q. 7. ar. 8. ad. 14⁹⁹ dicit q̄ oppō relationis in duob⁹ differt ab alijs oppōni bus: quoz primum est q̄ in alijs oppositis vnuz dr̄ alteri opponi ꝛquātuz ipsuz remouet. negatio. n. remouet affir mationez: ⁊ sm hoc ei oppōit̄. oppō vo priuatiōis ⁊ ha bitus ⁊ ꝓrictatis includūt oppōnez ꝑdictiōis vt i. 10. me tha. dr̄. nō āt est hoc ī relatiuis. nō. n. p hoc ꝓponit̄ filiuz pr̄i q̄ ip̄s remoueat. sed pp rōnez habitudis ad ipsuz. ⁊ ex hoc causat̄ scōa differentia. q: in alijs oppositis sp alte rum ē impfectū qđ accidit rōe negatiōis q̄ includit̄ in p uatiōe ⁊ altero contrariorū. Illoc autem in relatiuis non oportet. immo vtrumq; potest considerari vt perfectū. sicut p3 maxīe in relatiuis equiperantie ⁊ in relatiuis ori ginis. vt equale silē pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊ iō relatio magis pōt attri bui deo q̄ alie oppōnes. Illec ille. Unde p3 q̄ nō est si mile de relatiue oppositis ⁊ de alijs. p3 etiā q̄ in relati ue oppositis non includit̄ ꝓtradictoria oppō. Sed in pri mo sententiaz di. 5. q. prima ar. primo ad primuz vide tur cōtrarium innuere. Ubi sic ait. Affirmatio ⁊ negatio dicuntur maxime opponi. quia in eis non importatur cō uenientia aliqua. in priuatiue enim oppositis importat conuenientia quantum ad subiectum. Quia nata sunt fie ri circa idem. ¶ In contrarijs autem ⁊ relatiuis etiam quantum ad genus. Quia scilicet sunt in eodem genere. Unde in vtraq; oppositione vtrumq; extremorum si gnificat per modum entis ⁊ nature cuiusdam. ¶ Illud autem in quo inuenitur aliquid non per mixtum contra rio. est maximum ⁊ primum in genere illo. ⁊ causa om nium aliorum. Et ideo oppositio affirmationis ⁊ nega tionis cui non admiscetur aliqua conuenientia: est pri ma ⁊ maxima oppositio ⁊ causa omnis oppositionis ⁊ distinctiōis. Et ideo oportet q̄ in qualibz alia oppositio ne includatur affirmatio ⁊ negatio sicut primum in po steriorum. Unde plura requiruntur ad alias oppositio nes q̄ ad oppositionez ꝑdictionis. quia se hñt ex additio ne ad ipsam. Unde non oportet q̄ si contrarietas non

Lecti. 5ª cōmē. 32.

Lectio. 6.

lectio.8.

ri quasi separatuꝫ a singularibus siue sit p se subsistens vt
plato posuit: siue fm Aristo. sententiaꝫ sit separatum fm
eẽ quod hꝫ in intellectu. Et sic põt ei aliquid attribui du
pliciter. Unoº attribuitur ei sic considerato aliquid perti
nens ad solam actionẽ intellectus: vt si dicatur q̃ homo
est predicabilis de multis aut vl̃e aut genus aut species.
¶Huiusmodi. n. intentiones format intellectus attribuens
eas nature fm q̃ cõparat eã ad res que sunt extra aiam.
Quandoqꝫ etiã attribuitur aligd vlī sic cõsiderato qõ. s.
apprehenditur ab intellectu vt vnũ: tñ id quod attribuit̃
ei non pertinet ad actũ intellectus sed ad esse quod hꝫ nã
apprehensa in rebus que sunt extra aiam: puta si dicatur
q̃ homo est dignissima creaturaꝝ. ¶Hoc. n. conuenit natu
re humane fm q̃ est in singularibus. ¶Nã quilibet hõ sin
gularis est dignioꝛ oibus irrationabilibus creaturis: sed
tamen oẽs homines nõ sunt vnº extra aiam: sed soluꝫ in acce
ptione intellectus. Et per hunc moduꝫ attribuitur ei pre
dicatum. s. vnitas realitas. Alio autem mõ attribuitur ali
quid vniuersali prout est in ipis singularibus. Et hoc du
pliciter. Quãdoqꝫ qdem rõne ipsius vlis nature: puta cũ
attribuitur ei aliquid quod ad essentiaꝫ eius pertinet vel
consequitur principia essentialia eius: vt cuꝫ dico: hõ est
aiãl: hõ est risibilis. Quandoqꝫ autem aliquid attribuitur
ei rõne singularis in quo est: puta cum attribuitur ei ali
quod accidens indiuiduale: vt cum dicitur: hõ ambulat.
Singulari autem attribuitur aliquid tripliciter. Uno mõ
fm q̃ cadit in apprehensione intellectus: vt cum dicitur
sortes est singulare: vel predicabile de vno solo. Quando
qꝫ autem rõne nature cõis vt cum dicitur. sor. est animal.
Quandoqꝫ autem rõne ipsius singularis vt cum dicitur.
Sortes ambulat. hec ille. ¶Ad 5ᵐ dõm q̃ logyca est
scia rõnalis: licet sit ens reale. Ab alio. n. capit entitatẽ na
ture: ꝛ ab alio rõnem cognoscibilitatis siue scientie. Dici
tur. n. ens reale rõne subiecti inhesionis quod est aia. sed
dicitur scia rõnalis rõne subiecti attributionis: qꝛ. s. cõsi
derat ens rationis vt supra dictum. est in. 4º. huius. q. 5.
ar. 2. Et in primo posterioꝝ. q. 3. ar. 3. ¶Ad 6ᵐ dicendũ
q̃ tempus põt cõsiderari dupliꝛ. Similiꝛ ꝛ motus. Uno
mõ fm actualeꝫ numerationẽ prioris ꝛ posterioris in mo
tu vel motu. Et sic hñt esse a rõne. Alioº fm suas natu
ras. Et sic secluſa quacũqꝫ opatione intellectus sunt enti
realia. Similiꝛ relatio potest cõsiderari dupliꝛ. Uno mõ fm
actualem referibilitateꝫ. Et sic hꝫ eẽ a rõne. Alioº fm hu
modi
bitualem relationem q̃ntum ad fundamentuꝫ ꝛ terminũ
ꝛ fm suã cẽntiam. Et sic est ens reale extra aiam existens
vt infra patebit. q. 16. 15. o. ¶Ad vltimũ dicendũ q̃ hu
iusmodi ītẽtiones 2ᵉ seu entia rõnis nõ sunt subãneq̃ ac
cidẽs: qꝛ ens qõ diuidit̃ i sbãz ꝛ accidẽs ẽ ens reale extra
aiam existẽs: ꝛa q̃ vinidit̃ ens rõnis. Uerũtamẽ pdicte
2ᵉ intentiones habent modũ accidentis fm q̃ sunt in aia
sicut in subiecto quodãmodo ꝛ similitudinarie.

¶Questio. 8ª. De multiplicitate substantie.

Portet insup ꝓsiderare de mul
tiplicitate substãne. ¶Circa qõ q̃runt tria. ¶Primo
o vtruꝫ modi sbe sint sufficienter assignati a
pbo. ¶Secũdo vtrũ oẽs modi sbe cõue
nienter reducãtur ad vnum tanquam ad
primũ. ¶Tertio vtrũ materia sit separata a corporeitate.
¶Ibi in Doc. S. ꝛ pbo. Sba dicit. ꝛ est lectio 8ª.

a Dprimum sic ꝓcedit. Uidet q̃ 2.
pbus nõ bñ enumera
uerit modos sbe. Nã mã est sba: vt pz. 7º. hu
ius. Et tñ de ea pbus nõ facit hic mentionẽ. Et cõ
go insufficienter enumerauit ꝛẽ. ¶P. 2º. Numeri ꝛ pũ
cta sunt de genere q̃ntitatis. Ergo nõ debent dici partes
sbe. Et p pbus tertiꝰ modus est falsus. ¶P. 3º. Forma ꝛ
ẽntia idẽ sunt fm rẽ. Ergo secundus modus ꝛ quartus
coincidunt. ¶Nã forma 2º mõ dicit sba ꝛ essentia 4º mo.
¶P. 4º. ¶Pro: iũ est sbe p se ẽ vt pz in predicamẽtis.
Sed forma partis nõ est p se. ¶Neq; mã: vt de se pz. Er
go nõ debent dici sbe. ¶P. 5º. Si forma partis est sba:
vel eẽt 2ª sba vel 1ª. ¶Nõ 2º: cũ nõ sit genꝰ nec spẽs. ¶Neq;
1ª: cũ nõ sit hoc aliquid qõ requiritur ad rõnẽ prime sbe.
¶Sed cõtra est pbus in textu dicens. Sba dicit ꝛ sim
plicia corpoꝛa: vt terra ignis aqua ꝛ quecunq; talia ꝛ uni
uersaliter corpoꝛa ꝛ ex hijs consistentia ꝛẽ.

Respondeo dicendũ q̃ sba dicit quattuoꝛ
modis. Tribus quidẽ modis
fm veritatem: ꝛ quarto modo fm opiniones antiquoꝝ.
¶Primo modo dicit sba que neq; est in subo: neq; de
sbo dicitur. Uidelicet particulares sbe: siue sint simplicia
corpoꝛa vt aer ignis aqua ꝛ terra: siue nõ simplicia vt lũt
mixta vt lapis sanguis caro ꝛ silia. Que etiaꝫ componun
tur ex hijs: dicũtur sbe: vt sortes plato ꝛ manus ꝛ pedes
ꝛ demonia. Quod exemplum adducit phylosophus se
cundum opinionem antiquoꝝ. Nam per demones in
telligit animalia rationalia. Demones. n. fm platonicos
sunt animalia corpoꝛe aerea mente rationalia non passiua
tempoꝛe eterna. ¶Secundo mõ dicitur sba q̃ est causa
eẽ nisi predictis substantijs q̃e nõ dicunt de sbo: nõ quã
extrinsecũ sicut efficiens ꝛ finis sed intrinsecũ sicut aia dici
tur sba aialis: ꝛ quelibet forma partis est sba totius cõpo
siti. ¶Tertio mõ dicitur sba nõ fm veritatẽ sed fm opi
nionẽ antiquoꝝ quã pbus nõdũ reprobauerat quedã par
ticula existens sba primo mõ dicta ipsam determinãs ꝛ
hoc aliquid significans: sine qua nõ põt eẽ sba primo mo
do dicta. Et hoc modo secundum pictagoricos ꝛ platoni
cos numeri predicamenta linee ꝛ superficies dicuntur
sbe rerum. ¶Sed iste modus vt dicit hic Doc. S. non
est verus. Nã hoc quod inuenitur communiter in omni
bus ꝛ sine quo res eẽ non põt nõ oportet q̃ sit sbãz rei: sed
põt eẽ aliqua ꝓprietas ꝓsequẽs sbãz rei vel ꝓncipia sbe.
¶Prouenit aũt erroꝝ iste ꝑ specialiꝛ q̃ntũ ad vnũ ꝛ innumeri
quia nõ

qz nō distinguerēt .inter vnū qō quertit cū ente ⁊ vnum qō est ꝑn̄ numeri .hec ille. Quarto° dr̄ sba quidditas rei quā significat diffō: ⁊ sic fo:a toti⁹ dr̄ sba rei: sic hūanitas dr̄ sba sortis: aialitas aūt sub aīalis. ¶ Cōsiderandū ē aūt primo qꝑdicto⁹ modo⁹ sbe pōt sic sumi rō ⁊ sufficiens cidens in sbo. Uel ergo significat hoc aliqd perfecte: vel nō. Si ꝑmū: sic est primus mod⁹. Si scōm hoc ē dupl'r. vel est tota essentia: vel ps essentie: si ꝑmū sic est quartus mod⁹. si scōz sic est secund⁹ mod⁹. Tertiū vo modū relinquimus: qz nō est substantia ſm veritatē vt dcm̄ est. Sz posset aliqs dicere. Co:p⁹ ē sba. Et tm̄ nō cō:prehendit sb predictis modis. Igit ⁊c. ¶ Ad hoc dicendū qꝑ corpus si accipiatur ꝑ eo qō subijcitur trib⁹ dimensionib⁹ cū ꝑcisione inferio:ū ꝑfectionū sic est sba: qz pars substantie cō:prehēdit sub ꝑmo modo. Si vo accipiat ꝑ ꝑfectiōe corpo:eitatis ſm qꝑ in potentia includit inferiores ꝑfectiōes sic est genus sbe vt sup:a dictū est: ⁊ cō:prehendit sub q̄rtomodo. ¶ Unde ꝑ ampliori declaratione isti⁹ cōsiderādū est scōm qꝑ triplex est dimensio. s. longitudo latitudo ⁊ ꝑfunditas: qz omnis dimensio sumitur ī ter duas dīas situs ⁊ deo:sum ante ⁊ retro dextrū ⁊ sinistrū: inter sursum ergo ⁊ deo:sum sumit longitudo. Inter dextrū ⁊ sinistr̄ latitudo. Et inter ante ⁊ retro profunditas. Lōgitudo āt ſm Albertum in hoc .ſ. tractatu scōo ca. 2. sumit sex modis. Uno° longitudo dr̄ linea ducta in cōtinuo: quocūqz mō ducta fuerit. Et ſm hoc linea ⁊ longitudo est vna species q̄ntitatis. Aliqñ ēt longitudo dicit maio: linearū simensio extenta in quāto quocūqz mō extendantur ⁊ sine perficiē cōtinentiuz. Aliqñ etiā dicit longitudo maio: dimensio extenta in quāto quocūqz mō extendantur ⁊ sine sint linee sue sint aliquid aliud cui⁹ quātitas mensuratur. Aliqñ etiam dr̄ longitudo spaciū qō est inter caput ⁊ pedes hois: ⁊ inter caput ⁊ caudam aīalis alterius. Aliquā do aūt dr̄ longitudo mūdi spaciū quod est inter sursum ⁊ deo:sum. Aliqñ ēt dr̄ longitudo climatis ⁊ habitatiōis arcus qui interiacet inter punctaz o:ientis ⁊ punctum meridiani cuinſlabet hois. hec ille. ¶ Cōsiderandum est ter tio ſm eundē ibidem qꝑ latitudo dicit q̄ttuo:modis. Mā latitudo dr̄ aliqñ ipsa superficies. Et dr̄ latitudo mensura minor duar̄ dimensionū. Et dicit latitudo spaciuz o:bis arcus qui est inter o:iens ⁊ occidēs. Et dr̄ latitudo climatis nostri. Hec ille. ¶ Cōsiderandum est q̄rto ſm eundē ibidē qꝑ ꝓfunditas dyametri: que cōtinuat duas superficies. Et hz duo noīa. A supremo enim ad ymum mensurando dicit ꝑfundū. Ab ymo aūt ad supremuz dr̄ altū siue altitudo. Et dr̄ ēt ꝑfundum qō est inter ante ⁊ retro aialiuz: ⁊ dr̄ etiā ꝑfunduz o:bis qō est ab austro in aglonez que sunt ante ⁊ retro ī mundo. Et dr̄ ꝑfundū climatis mediuz ipsius in quo sicut in centro figitur dyameter ⁊ bene ſm viam eius. ¶ Ex predictis cōcludit ipse Al⁹ pyramidis luminis celestis. Isti autez sunt modi cōiores quib⁹ ꝓuntur pbȳ noibus istaruz dimensionuz. Hec ille bertus qꝑ co:poris esse nō dependet ex hīe tres dimēsiones actu. sed potius co:pus est: qō aptū natum est tribus dimensionibus mensurari. Ita qꝑ tres dimensiones o:to gonaliter ad vnū angulum cōiuncte mensurabunt ipsum. ¶ Nec plures possunt esse in ipso o:togonaliter īs vno angulo cōuenientes Iz plures ⁊ infinite possent o:togonaliter cōiuncte penetrare per ipm. Forma āt b⁹ aptitudinis facit co:pus esse co:p⁹. Sed mēsure ſm actuz in ipso accepte cōsequūtur eē ipsi⁹ ⁊ sbaz. Et succedunt sibi: sba ei⁹ manēte vna ⁊ eadē. Si enīz accipiat cera ⁊ cō:pumat mutaf in ea dimensiōes que sunt actu in ea: ⁊ tm̄ manet idē corpus. Hec oia ille formalr.

Ad ꝓmū ergo dōm ſm Doc. S. ſm in prē est sba ꝑter nittit a pbo qz nō est sba in actu. Includit tm̄ senti leōne circa finem: qꝑ mā que in ꝓmo°: qz sba ꝑticularis nō hz qꝑ sit sbm ⁊ qꝑ sit indiuidua in rebus mālib⁹: nisi ex mā. Hec ille. ¶ Sed ꝑam pliori declaratione huius difficultas considerandū est diligenter ſm Albertum Magnum in ꝓmo lib. vbi sup:a. ca. p°. qꝑ esse aut est ꝑ essentiā aut est ꝑ accn̄s. Esse autem per accn̄s est infinitū: eo qꝑ non sunt finita que per accidēs cōueniunt. Esse vo ꝑ essentiā est per essentialia que sunt finita ⁊ fines esse rei. Inter oia aūt que sunt per essentiaz substantia est primum esse ſm se: vt pz ex prima diuisione quā in precedenti cap'o induximus. Esse enim ſm se est duob⁹ modis in gñe. Unum quidē est esse cui⁹ esse est nā acqsita ex suis essentialibus. Sed cū ipsuz sit in aliquo nō est in eo sicut quedā pars ⁊ impole est ipsuz eē sine eo in quo est. Et hoc est accidens: ⁊ est in sbo. Aliud autem est esse quod est essentia acquisita ex principijs essentialibus: sed ſm esse non est in alio hoc modo: eo qꝑ nō ē subiecto. Et hec est substātia. Si enim daretur qꝑ substantia esset in sbo. tunc enim quereretur de illo subiecto an hoc itez ēet in subiecto: vel non. Et si daretur qꝑ esset in subo tunc itez quereretur de illo ⁊ abiret hoc in infinituz. Et ideo oportet vt primum accidentis sbm non sit in aliquo. Et ideo dicit Aui. qꝑ suba est ꝓstitutiua accidentis: nō cōstituta ab illo. Et ideo est esse sube aut esse accidentis. Ex hoc tm̄ nō negatur accidens esse aliquādo in accidente: vt velocitas in motu ⁊ rectitudo in linea ⁊ figura in superficie. ¶ Sed ⁊ accidentia dicuntur multa ⁊ vnū. Et huiusmodi plura inueniuntur: propter qō opz qꝑ ambo accidētia talia sint in aliquo quodā quod est sbm amboruz qz accidens non substat accidenti nisi prius accidens staret in sba que ipsum esse facit. Et ideo nō sufficienti crediderunt signo quicunqz dixerunt materiā esse omne quod substat. Fuerunt etiā quidā qui dixerunt aliqua esse ⁊ substantiā ⁊ accidens: sicut primas elementoz q̄litates dixerunt in ipsis elēntis esse subas: ⁊ in alijs dixerunt esse accidentia qō ē ipole: qz qō in sed est substātia nō pōt eē accidēs, respectu alicuius. ¶ Ex in ductis aūt pz qꝑ sbm est ens per se perfectum quod in se in esse cōstituit altez. Unde qō ē in altero: dupl'r est in ipso. Aut est in eo quod facit ipsum esse ⁊ est causa quare ipsum est in actu. Et hoc est in alio sicut pars compositi ⁊ pars esse rei. Et hoc ē forma essentialis ⁊ non accidens. Aūt est in eo nihil conferens ad eē sed potius cōstitutum in esse per hoc quod est in alio. Et hoc est accidens. Et illud quod priori modo est in alio: ñ est vt in subiecto: q̄uis sit mā subiecta. Sed qō scōo° est in alio est vt in sbo. Unde mā subiecta nō est in alio vt in sbo: ideo est sba. Sed oē qō est in alio vt in subiecto est in mā subiecta. Sed nō cōuertitur: quia subiectuz substare nō hz nisi gīa materie ꝓprie loquendo: sed materia habz illud a se ipsa. Hec ille. Qō intelligendū est de subiecto in reb⁹ materialib⁹ respectu accidentium materialium.

¶ Ex quibus cōcludit quādā diuisionez substātie dicēs. Ex inductis autem est accipere quādā diuisionem substātie. qz suba aut est co:pus: aut non co:pus: ⁊ si est nō corpus: aut est pars co:poris aut non est pars co:poris. Et si non est pars co:poris: aut habet cōiunctionem motoris ad mobile co:pus: aut non: ⁊ sic co:pus est substantia cōposita. ¶ Pars co:poris vna quidem materia: altera forma. Non pars co:poris cōiuncta co:pori mobili intellectualis aia: siue celi siue hois. Non cōiuncta co:pori: intelligentia. Hec ille. ¶ Ad scōm patuit solutio ex dictis: qz ille modus non est modus substantie ſm rei veritatē sed ſm opinionem antiquoruz quā pbus nōduz reproba uerat sicut dictum est. ¶ Ad tertiū dicendum qꝑ Iz forma totius ⁊ essentia idem sint ſm rem: tm̄ forma partis ⁊ forma totius realiter distinguunt vt infra patebit. Differūt tm̄ forma partis ⁊ forma totius: vt hic dicit Doc. S. naz quidditas siue forma totius sine rei substantia cuius diffinitio est ratio que dicitur substantia. Quartomodo differt a forma quam dixit esse substātiam secundo modo sicut differt humanitas ab anima. Nam forma est pars essentie vel quidditatis rei. Ipsa autē quidditas vel essentia rei includit omnia principia essentialia rei. Et ideo genus ⁊ species dicuntur esse substātia eoz de quibus pre dicantur: hoc vltimo modo. s. q̄rto modo. Nam genus ⁊ species non significant tantum formā sed totaz rei essen

tiã. hec ille ⁊ diligenter notanda. ¶ Ad q̃rtũ dicendũ q̃ aliquid esse per se põt intelligi duplicit̃. Uno° per prima tionẽ cuiuscũq; modi essendi in alio. Et sic non est ꝓpriũ cuilibet substantie per se eẽ: qz scõe sbe similiter forma p tis ⁊ forma totius sunt in alio ⁊ non per se. Alio° accipitur esse per se: per priuationẽ modi essendi in alio sicut accñs in sbo. Et sic forma partis ⁊ forma totius silr mã per se ẽ Unde arg^m laborat in equiuoco. ¶ Ad vltimum dõm q̃ substantia accipitur dupl̃r. Uno° proprie pro eo q̃ ponitur in recta linea predicamentali. Et sic forma partis non est illa prima neq; secũda qz sic non est sba: sed principiuz sbe. Aliomodo accipitur substantia cõiter ꝓ omni illo qõ ponitur in predicamento substantie siue per se siue reductiue. Et sic forma partis est substantia: nec tñ oportet q̃ sit prima vel secunda substantia: qz illa diuisio sbe in substantiã primã ⁊ secundã est diuisio sbe proprie accepte.

¶ Ibi in Doc. S. ⁊ pho. Accidit neq;.

a **B secundum** sic ꝓcedit̃. Uꝫ q̃ modi sbe non debite possint reduci ad vnũ modum primũ. nã oẽ vniuocum: equaliter dicit̃ de vniuocatis: ⁊ nõ scõm prius ⁊ posterius: vt ex supradictis pz. Sed substantia cũ sit genus gñalissimũ est quoddã vniuocũ. Ergo nõ dicit̃ de suis modis fm prius ⁊ posterius. ⁊ sic modi substãtie nõ hñt reduci ad vnũ tãq; ad primum. ¶ ℙ. 2°. Substantia dr a per se existere. Sed hoc maxime conuenit forme eo q̃ per se existere nõ hz ab aliq̃ alio ⁊ alia q̃ per se existunt habent ab ipsa forma per se existere. ergo si reducantur modi substantie ad aliquẽ modum: habebunt reduci ad scõm vel quartum modũ. Qõ tñ est contra phm qui reducit eos ad primũ modũ tãq; ad principaliorẽ. ¶ ℙ. 3°. Sba dicit̃ a substando. Ergo illud qõ principaliter substat maxime dz dici sba. Sed mã est huiusmodi. Dicit enim hic Doc. S. q̃ substantia particularis nõ hz q̃ sit subm accidentis in reb^9 mãlib^9 nisi ex mã. Ergo videt̃ q̃ modi substantie debeant reduci ad mãm tãq; ad principaliorẽ modũ sbe. ¶ ℙ. 4°. Aliqua est substantia que abstrahit a prima ⁊ scõa vt dicit Doc. S. in ꝑmo sententiaꝝ di. 25. q. prima ar. ꝑmo. Et tñ illa non reducitur ad ꝑmũ modũ tãq; ad principaliorem. Mã phus de ea nullam facit mentionẽ. ergo ⁊c. ¶ Sz cõtra ẽ phs in textu dicens. Accidit neq; fm duos modos subam dici sbm vltimum quod non adhuc de alio dicitur ⁊ quod cunq; hoc aliquid ens ⁊ superabile fuerit. ¶ Tale vero vniuscuiusq; forma ⁊ species.

Respondeo dicẽdũ q̃ phs reducit oẽs modos substantie ad duos: quoꝝ vnus est fm q̃ substãtia dr illud q̃ vltimo ita subijcitur ꝛ ꝓpositionibus: q̃ de alio nõ predicat̃: sicut est substantia prima. Et hoc est qõ est hoc aliquid quasi per se subsistẽs ⁊ quod est sepabile: qz est ab oĩb^9 distinctũ ⁊ non est communicabile multis. Secundus mod^9 est quo forma ⁊ species vniuscuiusq; rei dr sba. In quo modo includit philosophus scõm ⁊ q̃rtũ modũ. Essentia. n. ⁊ forma in hoc cõueniunt q̃ fm vtrãq; aliquid dr esse id quod est: vt dicit hic Doc. S. Sed differunt in hoc q̃ forma refert̃ ad mãm quã facit esse actu. Quidditas aũt refert̃ ad suppositũ quod significatur vt habens talem essentiam. Unde sub vno modo substantie comprehenditur forma ⁊ spẽs .i. essentia rei. ¶ Ex quib^9 pz q̃ oẽs modi substãtie reducunt̃ ad istos duos. ¶ Sed vtrũ isti duo modi sint eque principales aut vnus eoꝝ reducatur ad alium: manet difficultas. Uidet̃ enim quibusdaz propter scõm arg^m ante in cõtrariũ adductum q̃ secundus mod^9 sit principalior modus ad quem ceteri omnes habeant reduci. Et huius opinionis est albertus in hoc quto tractatu scõo ca. 5. vbi sic ait. Est autem hic non pretereũdũ q̃ si accipiatur ipsa nã generis substãtie hoc nõ ab actu substandi dr: sed potius per appositionẽ ad accidens. Et sic suba est per se existens siue non ca°. Et qz fm hoc ostendim^9 in ante habitis q̃ maxime ens per se existens est forma: eo q̃ per se existere nõ hz ab aliquo alio ⁊ alia que per se existunt habent ab ipsa forma per se existere: ideo primo ⁊ principaliter forma est substantia. ¶ Et hoc cõcorditer oẽs hactenus dixerunt peripatetici: hz quidam modernoꝝ huic cõtradicant propter illud qõ in predicamẽtis dicit̃ q̃ prima substantia est que primo ⁊ principaliter ⁊ maxime ẽsita re dr. Sed hec dicitur in coordinatiõe predicabilium ⁊ subijcibilium ⁊ nõ vbi natura substantie ꝑncipaliꝫ cõsideratur. Hec ille. ¶ Ex dictis eius etiã pz q̃ aliqui alij dicunt q̃ primus modus est principalis qz in predicamentis dicit̃ q̃ prima suba est magis substantia q̃s scõa: ⁊ inter secundas species sunt magis substãtie q̃s gñã. ¶ Sed ꝑsiderandum est primo q̃ substãtia põt dupliciter ꝑsiderari. Uno° q̃s ad actuz substandi: sicut illud quod substat. Et sic prima substantia est magis q̃s scõa. Et isto modo ꝑmus modus sube est principalior. Alio° põt cõsiderari quãtũ ad rõnem subsistentie. Et sic essentia est magis sba q̃s substãtia particularis. Et isto° secundus modus substãtie est principalior. ¶ Et ꝛ forma non habeat suum esse ab alio formaliter: habet tñ suuz existere in alio in istis materialibus qz ꝓprie forma nõ est id quod existit sed totũ cõpositũ. Ideo totũ cõpositum hz q̃ cõpetat sibi principaliter per se existere. ¶ Consideradũ est scõo fm Doc. S. in primo sñiaꝝ di. 23. q. 1ª. ar. ꝑmo in corpore vt ly mat̃ differentia horũ noĩum. s. substantia essentia subsistẽtia fm significationem actuũ a quib^9 imponunt̃. s. esse subsistere et substare q̃ esse quoddã cõe ⁊ nõ determinat aliquẽ modum essendi. Subsistere aũt determinat modũ essendi. put. s. aliquid est ens per se non in alio sicut accñs. Substare autem est quasi sub alio poni. Unde pz q̃ esse dicit id quod est commune oĩbus generibus. Sed subsistere ⁊ substare dicũt id quod est ꝓprium primo ꝓdicamento fm duo que sibi cõueniunt: q̃. s. sit ens in se completũ ⁊ iterũ q̃ oĩbus alijs substernatur accidentib^9 que in suba esse habent. vnde dico q̃ essentia est cuius act^9 est esse. Subsistentia cuius act^9 est subsistere. Substantia aũt cuius actus est substare. ¶ Et paulo post ait. Subsistere autem dr dupliciter. Est enim actus alicui^9 vt quod subsistit. vel vt quo subsistit. Cum autem subsistere dicat̃ determinatuz ⁊ tota determinatio essendi ꝓsequat̃ fõzs que termin^9 est: ꝓstat q̃ aliquid denoĩatur subsistens per primam formaz que est in genere sbe: sicut albũ per albedinem: ⁊ sicut animatum per aĩam. Et iõ in predicamentis dicit Boe. q̃ subsistentia est forma: accipiens substãtia ꝓ eo quo subsistitur. Si autem accipiatur subsistentia illa ꝓ eo quod subsistit: sic ꝓprie dicitur subsistentia illa in quo ꝓius inuenit̃ talis natura hoc modo essendi. vt ea ꝓius inueniatur in substantia fm q̃ substãtia est ⁊ ꝑ inceps in alijs fm q̃ propinquius se habent ad subam ⁊ ꝑfectius stat q̃ nomen subsistẽtie ꝑ ꝓius cõuenit gñibus ⁊ ꝑticularibus q̃ substãtie in genere substantie vt dicit Boe. in libro de duab^9 naturis. Et indiuiduis nõ cõuenit hñe tale esse: nisi inquantum sunt sub tali nã cõi. Quãuis enim genera ⁊ species nõ subsistant nisi in indiuiduis quoꝝ est esse completũ determinatio essendi sit ex natura vel quidditate superiori. ¶ Similiter sba dr dupliciter vel id quo aliquid substat. Et qz primum ꝓpri^m subsãdi est mã: ideo dicit boe. in predicamentis q̃ ypostasis siue substantia est materia. vel est illud qõ substat. Et hoc est indiuiduũ in gñe substantie ꝑ ꝓius. Genera. n. ⁊ spẽs substantie nõ subsistunt accidentibus nisi rõne indiuiduoꝝ. Jõ sube nomẽ primo ⁊ principaliꝫ cõuenit ꝑticularib^9 substantijs fm ꝑfectius et boe. in lib. de duab^9 naturis. Hec ille. ¶ Ex predictis elicitur breuiter q̃ suba põt accipi dupliciter. vno° quãtuz ad actuz substandi. Et hoc dupl̃r. vel ꝓ eo quo aliquid substat. Et sic prima substantie nomẽ primo cõuenit materie. vt ꝓ eo quod substat. Et sic ꝓius cõuenit ꝓximis. s. q̃ntijs q̃s secũdis. Alio° accipitur sba ꝓ subsistentia. s. q̃ntus ad actum subsistendi. ⁊ hoc dupl̃r: vel ꝓ eo q̃ subsistit. ⁊ sic forma dicit̃ substantia. vel ꝓ eo q̃ subsistit. ⁊ sic ꝓius cõuenit secundis substãtijs q̃s ꝓximis. ¶ Si ergo Alb. accipit subaz ꝓ actu sussistendi sic concordat cũ Doc. S. Si vo accipiat q̃tum actum sustandi: sic discre
pat

pat. ¶Sed ꝛriuz videt dicere Doc. S. in p^a pte. q. 29. arti. 2. ad. 4^m. vbi sic ait: ꝙ boc. dicit genera subsistere in quãtuz indiuiduis aliquib^9 competit subsistere ex eo ꝙ sẽ sub generibus ꝛ spẽb^9 ī pdicamento sbe cõprehensis non ꝙ ipse spẽs vel genera subsistant nisi fm opinionem pla.. qui posuit spẽs rerum seperatim subsistere a singularib^9 Substare do cõuenit eisdem indiuiduis in ordine ad accidentia que sunt preter rõnem generum ꝛ spẽz. Hec il le. ¶Idem innuit in de potentia. q. 9. ar. primo ad qntũ soluens hoc argumentuz. Illud quod soluz existit in alio non subsistit. Sed genera ꝛ species sunt solum ī alio. Er go nõ. Ubi sic ait: ꝙ boetius loquitur fm opinionẽ pla. qui posuit genera ꝛ species esse quasdam formas separatas subsistentes ab accidentibus denudatas. Et fz hoc po terant dici subsistentie ꝛ nõ sbe. vel dicenduz ꝙ subsiste re attribuitur generibus ꝛ spẽbus nõ qz subsistant: sed qa indiuidua in eorum naturis subsistunt ẽt omnib^9 accidentibus remotis. Hec ille. ¶Idem ibidem subdit ad q̃r tia que ypostasis dicit: tñ nõ eadẽ rõne dicit subsistere ꝛ substare. Sed subsistere inq̃ntuz nõ est in alio. substare vo inquãtũ alia insunt ei. vñ si aliq̃ sba eẽt que per se existeret ꝛ nõ tñ esset accidentis alicuius sbm posset ꝓprie dici subsistentia ꝛ non substantia: hec ille. Ex quibus elicitur manifeste ꝙ subsistere cõuenit indiuiduis ꝛ ꝓmis subsistãtijs ꝛ non cõuenit secundis nisi in primis. ¶Ex eius declaratione cõsiderandũ est tertio fm Doc. S. in de potentia. q. 9. ar. 1°. in corpore ꝙ ypostasis siue suba ꝛ subsistentia differunt rõne: sed sunt idem re. Unde ibidẽ sic ait: ꝙ sba que est subiectum duo hz propria: quoz primũ est ꝙ nõ indiget extrinseco fundamento in quo sustentet sed sustentatur in se ipsa. Et iõ dicitur subsistere quasi per se ꝛ nõ in alio existere. Aliud vo est quod est fundamentũ accidentibus sustentans ipsa: ꝛ ꝓ tanto dr substare: sic ergo sba que est subiectũ inquãtũ subsistit dr subsistentia. Inq̃ntũ vo substat dr ypostasis fm grecos vel sba fm latinos patet ergo ꝙ ypostasis ꝛ subsistentia dr rõne sed sunt idẽ re. hec ille. ¶Ex quo pz ꝙ eadem res numero ẽ gere sbe dr subsistentia ꝛ substantia: diuersis tñ rõnibus. ¶Pz ẽt ꝙ illud quod aliqui ꝓ cõcordantia pdictoz assignant nihil est. Dicunt enim ꝙ subsistere dicit duplicem habitudinẽ. Una adesse essentie. Et sic prius cõuenit secundis substantijs q̃ primis. Et sic loquitur Doc. S. in p^o sententiaz vt ipsi dicunt. Aliam bitudinẽ dicit ad esse existẽtie. Et sic per pri^9 cõuenit primis substãtijs q̃ secũdis Et sic loquitur Doc. S. in prima pte. ¶Sed manifestũ est ꝙ talis concordantia non euacuat difficultatem. Nam in primo sentẽtiaz vt ex adductis pz loquitur de subsistenia fm ꝙ ab actu subsistendi hoc nomen impositũ est. ꝓ se. enim subsistere est esse existentie. Unde predicta locutio magis est discordantia q̃ cõcordantia: ꝓpter quod alij dicunt ꝙ subsistentia põt cõsiderari dupliꝛ. Uno^o q̃tũ ad id a quo nomen impositũ est ad significandũ. s. q̃tuz ad actũ subsistendi. Et sic subsistãtijs secũdis primo cõuenit quã substantijs primis. Et illo modo loquit Doc. S. vt ipsi dicunt in primo sniaz. Alio^o q̃tũ ad rẽ significatam. vz. ꝓ re illa que subsistit. Et sic per prius ꝓuenit primis substa tijs q̃ secundis qr secunde non habent subsistere nisi in ꝓ mis. Similiter hec cõcordantia: hz tñ sit rõnabilior q̃ pa tẽtiaz vbi supra ad scõm ꝙ subsistere duo dicit. s. esse ꝛ determinatum modum essendi. Esse enim simpliꝛ non est nisi indiuiduoꝝ. Sz determinatio essendi ẽ ex natura aut gdditate generis aut spẽi. Et ideo q̃tuis genera ꝛ species non subsistant nisi in indiuiduis: tñ subsistere ꝓprie eoruz est ꝛ subsistentie dicuntur: quãuis ꝛ particulare subsistẽ tia dicatur: sed per posteriꝰ: sicut ꝛ spẽs substantie dicuntur. sed scõe. hec ille. ¶Unde aliter dicendum est ꝙ subsistere alicui cõuenire etiã sicut illud quod subsistit: ꝓt intelligi dupliciter. Uno^o quantum ad rõnem causam sue principium subsistendi aut eius terminatum. Et sic sb sistere primo attribuit secundis substantijs: qr vt dictum st determinatio essendi est ex natura vel gdditate superioꝛ qr determinatio essendi sequitur formaz que est terminus. Alio^o quãtũ ad esse subsistendi subiective ꝛ tñ soluz nquãtũ ad modũ subsistendi ꝛ quãtũ ad prim^m. Et sic sb sistere per prius cõuenit primis substantijs q̃ secundis. Hanc aũt concordantiã innuit Doc. S. in primo sniaruz vbi supra ad scõm sicut pz ex adductis. ¶Similiter etiã eã innuit in de po^a. q. 9. ar. 1°. ad vltimũ vbi sic ait. Scien dũ ꝙ boecius aliter accipit ista noia in comento ꝓdicamẽ toꝝ: q̃ sit cõis vsus eoꝝ ꝓut expouit ea in lib. de duab^9 naturis. Attribuit. n. nomen ypostasis materie que pri^o ẽ est principium substandi ex qua hz substantia prima ꝙ sb stet accidenti. Nam forma simplex subiectũ esse nõ põt. Et sic dicit idem Boe. in li. de trinitate. Nomẽ aũt subsistẽtie Boe. tribuit forme: quasi essendi principio nota ꝓpcipio: per ipsam enim est res in actu. Nomen vo essentie tribuit cõposito. Unde oñdit ꝙ in substãtijs mãlibus tã forma q̃ mã sunt principia essentialia. Hec ille. ¶Ex quo pz qvtraq̃ opinio predicta tam alberti q̃ Doc. S. est sustentabilis: fm diuersam sbe cõsideratiõem. Et hz dictũ sit ꝙ vna sba est magis sba q̃ alia q̃tuz ad actũ substandi: nõ tñ ꝓpter hoc cõcedendũ est sbam suscipere magis ꝛ minus: qr suscipere magis ꝛ minus ꝛ remitti ī ꝓprio esse specifico: quod non competit substantie: cui^9 esse in indiuisibili cõsistit: vt patet in predicamentis. ¶Considerandum est quarto fm Doc. S. in littera ꝙ sba vlis dr tripliciter a sba particulari: primo qr sba particularis nõ ꝓdicat de aliquo inferiori sicut vlis. scõo qr substãtia vlis nõ subsistit nisi in rõne singularis que per se subsistit tertio qr sba vlis est in multis: nõ autem singularis: sed ẽ ab oĩbus separabilis ꝛ distincta. hec ille. Ex quo patet ꝙ duplex est sba. s. vniuersalis est singularis. ¶Cõsiderandũ est qnto fz Doc. S. in ꝓmo sentẽtiaz di. 25. q. prima ar. p^o. ad. 7^m. ꝙ sba dicitur quattuor modis. Uno^o substãtia idem est ꝙ essentia. Et sic sba inuenit in oĩbus gñibus sicut et essentia. Sicut cũ queritur quid est albedo vel color. Et hec a quibusdã dr substantia logyca ꝛ est quid cu iuslibet predicamenti. Alio^o significat indiuiduũ de genere sbe qõ dicit suba prima vel ypostasis. Tertio^o dr suba scõa. Quarto^o dr suba cõiter: ꝓut abstrahit a sba prima ꝛ scõa. Et talis ꝓ indiuiduũ quasi ꝓ dãiam trahitur ad standũ ꝓ sba prima. Sicut cũ dr aial rõnale mortale significat nãm aialis ꝓut abstrahit ab oĩbus spẽb^9: ꝛ per differentiã additã trahitur ad determinatam spẽm. Hec ille. ¶Ex quo patet ꝙ sbarum quedam est prima quedam secunda quedam que abstrahit ab vtraq̃. ¶Cõsiderandum est. 6°. fm Doc. S. in de po^a. q. 7. ar. 5° ad primũ ꝙ in substãtia pticulari est tria cõsiderare. Quoz vnuz ẽ natura generis ꝛ speciei in singularibus existens. scõm ẽ modus existendi talis nature: qr in singulari substãtia existit nã generis ꝛ speciei vt ꝓpria huic indiuiduo ꝛ non vt multis cõmunis. Tertium est prim^m ex quo causat talis modus existendi. Sicut aũt nã in se cõsiderata cõis ẽ: ita modus existendi nature. Nõ enim inuenit nã hominis existens in rebus nisi aliquo singulari indiuiduata. nõ enim est homo qn^sit aliquis homo nisi fm opinionẽ pla. qui ponebat vniuersalia separata. Sed principiuz tal^mo di existendi quod est principiuz indiuiduationis nõ est cõmune. Sed aliud est in isto ꝛ aliud in illo. Hoc enĩ singulare indiuiduatur per hanc materiã: ꝛ illud per illam. Sicut igitur nomen quod significat nãm est cõe ꝛ diffinibile: vt homo vel aial ita nomen quod significat naturã cũ tali modo existendi: vt ypostasis vel persona. Illõ vo nomen quod in sua significatiõe includit determinatum indiuiduationis ꝓncipium: nõ ẽ cõe nec diffinibile vt sor. ꝛ pla. Hec ille ꝛ bene. ¶Cõsiderandũ ẽ. 7°. fm alber^m in hoc. 5. tractatu scõo ca. 5°. ꝙ sbm vltimum qõ de nullo alio dr substãtia vocat. Et hoc sbm dicit dupliꝛ. subiectum. vz. accidentium tñ. Et sic subiectum vltimuz comprehendit tã primam substãtiã q̃ secundã. Si primũ subiectuz ab actu substandi sumat quod. s. maxime substat ꝛ de nullo dr sed oĩb^9 subijcitur tũc primũ sbm adhuc du-

pliciter dr. Est enim qđ substat ⁊ ab eo cui substat actu efficitur: ⁊ gia cuius substat oē quod substat alicui. ⁊ hoc pmũ subiectũ est natura. Est ēt quod substat primo ens in se perfectũ. Et hoc est prima sba. hec ille. ¶ Cõsiderandũ est. 8°. fm Doc. S. in quolibetis quolibeto. 8. q. 3. arto vnico: qp ista nõ est vera diffo substantie. Sba est que p se est. Unde ibidẽ sic dicit: qp fm auicẽ. in sua metha. esse non põt poni in diffinitione alicui⁹ generis vel speciei: qr oia particularia vniuntur in diffinitione generis vel speciei: cũ tñ genus vel species non sint fm vnũ esse in oibus ⁊ ideo hec non est va diffo sube. Sba est que per se est. Uel accidens est quod est in alio: sed est circũlocutio vere descriptiõis: que talis intelligitur. Sba est res cuius nature debetur eẽ ⁊ non in alio. Accidens est res cui⁹ nature debetur esse in alio. hec ille. ¶ Cõsideranduz est nono fm Doc. S. in de vnione vbi incarnati. q. vnica. ar. 2. in corpore qp suppositũ ypostasis sba prima persona individuũ singulare differunt inter se. Nam quedã eoz reperiunt̃ in omni predicamento. Quedaz vo solum in genere sbe. Quedã aũt solũ in nã rõnali. Unde ibidẽ sic dicit qp noium ad individuationẽ pertinentiũ siue sint noia prime impositiõis sicut pona ⁊ ypostasis que significant res ipsas: siue sint noia secũde impositiõis sicut individuũ suppositũ ⁊ huiusmodi que significant intentionẽ individualitatis: quedã eoz pertinent ad solum genus sbe sicut ypostasis suppositũ ⁊ persona in rõnali nã: que de accidentibus nõ dicunt̃ ⁊ etiã res nature fm acceptionem hyllarij. Quedã vo pertinẽt ad individuatiõem in quocunqz gñe sicut individuũ particulare ⁊ singulare: que ẽt in accidentibus dicunt̃. Est aũt sbe ppriũ: ut per se ⁊ in se subsistat. Accidentis aũt est in alio esse. Et ideo illa noia que pertinent ad individuationẽ substãtie: in illis solũ locum habent que per se ⁊ in se subsistunt. Et propter hoc ẽt de ptibus substantiaz non dicunt̃: qr non sunt in seipsis sed in toto q̃uis nõ sint in sba de quib⁹ tñ possunt dici noia ad individuationẽ pertinentia cõiter tã in substãtijs q̃ in accidentibus. Non enim põt dici qp hec manus sit persona: vel ypostasis: aut suppositum: q̃uis possit dici qp sit aliquod particulare vel singulare vel individuũ. Adam⁹. n. ⁊ si pertineat ad genꝰ sbe: qr tñ nõ est sba cõpleta in se sbsistens non dicitur ypostasis aut suppositũ vel pona. hec ille. ¶ Idez dicit in tertio sniaz di. 6. q. p⁹. ar. p°. ¶ Idẽ innuit in p⁹ parte. q. 29. ar. 2. in corpore dicens qp sbm vel suppositũ qđ subsistit in gñe sbe cõiter accipiendo noiari põt ẽt noie significante intentionez. Et sic dr suppositũ nominat etiã trib⁹ noib⁹ significantib⁹ rem. Que quidẽ sũt res nature subsistentia ⁊ ypostasis fm triplicẽ cõsideratiõnẽ substãtie sic dicte. Scõm enim qp per se existit ⁊ non in alio: vocat subsistentia. Illa enim subsistere dicim⁹: que nõ in alio sed in seipsis existunt. Scõm vo qp supponit alicui nature cõi: sic dr res nature. sicut hic hõ est res nature humane. Scõm vero qp supponit accñtibus: dicit ypostasis vel substãtia. Quod aũt hoc tria noia significãt cõmuniter in toto gñe subaz: hoc nomẽ pona significat ī gñe rõnaliũ substantiaz. hec ille. ¶ Ex quib⁹ elici põt qp nouem sunt noia que reperiunt̃ in gñe sbe. vz. pona suppositũ ypostasis: siue prima substãtia quod idẽ est res nẽ subsistẽtia hoc aliquid individuũ singulare ⁊ particulare Quoruz sufficientia sic potest formari. Nã noium ad genus substantie pertinentium: quedã pertinent solum ad genus substantie: quedã vo ad oĩa genera. Si scõm hoc est tripliciter. vel dicit indiuisionem. Et sic est individuum vel dicit incõicabilitatez absolute. Et sic est singulare. vel dicitur per respectũ ad vle. Et sic est particulare. Si p⁹: hoc est dupliciter. vel est nomen scõe intentiõis. Et sic est suppositũ. vel est nomen prime intentionis. Et hoc dupliciter. Uel solus reperitur in natura rõnali. Et sic ẽ persona. vl reperitur in oi substantia. Et hoc est quadrupliciter. Uel fm qp in se existit ⁊ non in alio. Et sic est subsistentia. vel fm qp supponitur nature cõi. Et sic est res nature. Uel fm qp substat accidentibus. Et sic est sba prima siue ypostasis. vl fm qp est ens per se exñs subsistentia completa tribuens aliis stabilimentum essendi. ⁊ sic est hoc aliquid.

Ad primum igitur dõm qp substãtia põt accipi dupliciter. Uno° scõe intẽtiõaliter. Et sic nõ est genus sed bene analogice dr ꝺ suis inferioribus. Alio° p° intẽtionaliter. Et hoc dupliciter. Uno modo fm qp est prim⁹ coordinationis sbe. Et sic est genus gñalissimũ ⁊ vnuoce predicat̃ de suis inferioribus. Alio° p tota coordinatione. Et sic non est genus gñalissimum: sed cõprehendit sub se secundas sbas: ⁊ primas. Et ito° nõ opz qp sit quid vnuocũ: sed per prius dr de vna sba q̃ de alia: vt ex dictis pz fz diuersas acceptiones sbe. vñ Doc. S. in de po[a]. q. 9. ar. 2. ad. 6[m]. sic dicit. Cũ dividit substantia in primaz ⁊ secũdã: nõ est diuisio generis in speties: cũ nihil ptineat sub sẽa sba quod non sit in p⁹. Sz est diuisio generis fm diuersos modos essendi. Nã secũda substantia significat nãm generis absolutã fm se. Prima vo substantia significat eam vt individualiter existentem. ¶ Unde magis est diuisio analogi q̃ generis. Hec ille. ¶ Ad vltm ¶ Ad secundũ ⁊ tertiuz pz solutio ex dictis. ¶ Ad vltm dicendũ qp illa sba que abstrahit ab vtroqz. f. tam a prima q̃ a secunda substantia continetur sub substantia: quarto modo dicta. vnde argumentum parum querit. ¶ Ibi in Doc. S. vbi supra.

a **D tertium** sic pceditur. Uz qp materia possit separari a corporeitate ⁊ ecõuerso. Nã Doc. S. in pmo sniaz di. 8. q. 5. ar. 2. in corpore similiter in pte. q. 77. ar. 4. Similiter in questionibus de alia ⁊ in plibus aliis locis probat qp in vna mã nõ pñt esse plures forme. Sed si corporeitas nõ esset separabilis a materia: sequeret̃ qp in eodẽ essent plures forme. f. forma corporeitatis ⁊ forma specifica. Igitur ⁊c. ¶ Ꝑ. 2°. forma specifica adueniente vel remanet corporeitas vel non. Si habetur intẽtũ. Si sic sequitur ergo qp illa forma specifica erit accidentalis cũ aduenerat enti in actu. Et sic cõpositũz ex forma specifica ⁊ materia erit ens per accidens ⁊ non per se. ¶ Sed dicebat qp illud quod aduenit enti in actu specifico est accidens: nõ autem illud quod aduenit enti in actu gñico. forma autem corporeitatis dat esse generico ⁊ non specificũ. ¶ Cõtra. 3°. Cũ nihil possit contineri in genere vt dicit Doc. S. in de po[a]. q. 4. ar. 1° corpore qđ p aliquã differentiã generis ad ipm non determinet: mã nõ posset esse ens: ⁊ per ꝑns nõ haberet eẽ generis ⁊ per ꝑns constituet hoc aliquid. vnde necesse erit qp alia forma sibi aduenientes sit accidentalis. Quod est inconueniens. Igitur videtur dicenduz qp corporeitas sit separabilis a materia. ¶ Sed ꝯ est Alber. in hoc. 5°. tractatu 2°ca. 3. dicens: lz autem corp⁹ sit cõposituz ex mã ⁊ forma ⁊ corporeitas que est substantialis forma prima corporis nõ sit nisi cõtinuitas apta penetrari trib⁹ dimensiõibus: tñ nõ est separabilis ab huiusmodi forma prima ita qp realiter existat actu sine ipsa. Hec ille ¶ Similiter ẽ Doc. S. in primo sniaz di. 8. q. 5. ar. 2. in corpore dicens. Uniaũt perfectibili debeẽ vna perfectio. Igit̃ opz qp pria forma substantialis perficiat totã mãz. Sed prima forma q̃ in mã recipit̃ a qua nũq̃ diuidit̃ est corporeitas: hec ille. ¶ Ad idẽ est cõmẽ. in primo phy. Relinquitur ergo qp corporeitas non est separabilis a materia.

Respondeo dõm qp presens questio non ẽ an mã sit vel possit esse sine forma aut ecõuerso qr hec pertractanda sunt inferius in 8°. huius. q. p⁹ ar. 2. ⁊ 3°. sed dubiuz est de corporeitate an materia

mā sit separabilis ab ea ⁊ ecōuerso. ¶Pro cuius dubij decisione cōsiderandū est ꝓmo breuit ꝙ corporeitas pōt dupliciter considerari. Uno⁰ vt significat formā substātialem: que dr forma corporeitatis. Et hoc mō est separabilis, a materia aduenīente: forma specifica: vt probant argumētā ante in ōrium adducta. Alio⁰ pōt accipi corporeitas ꝑ gradu perfectiōis alicuius forme substantialis: ⁊ sic nō cōtingit materiam denudari a tali corporeitate nec econtra. ¶Primū patet quattuor rōnibus Alberti quas ad ducit in ca⁰ iam allegato. Quaꝝ prima est. Si enim mā posset separari a corporeitate: detur hoc. ¶Posito enī pos sibili nihil accidit impossibile. Separata igitur mā: aut ē diuisibilis actu aut non. Si sit: cuī diuisio sit propria pas fio continui ipsa materia est continua. Et cum non habeat nisi continuitatem corporis: sequit ipsam esse corpus. qđ est ō datum. Datum enim erat ipsam separatā esse a forā corporis. Si autem est indiuisibilis: aut illa indiuisibili tas est ei essentialis aut accidentalis. Si autem est ei nālis nihil, vnō pōt recipere ei cōtrariū. s. diuisionē. Quod fīs est qz susceptibilis est forme corporis ⁊ per cōsequēs est susceptibilis diuisionis. Si autem nō est ei naturalis: tūc esset ei accidentalis. Et sic accidentale esse erit quod non cōstituetur per subiectum in se perfectuī. Quod eē non pt. ¶Scda rō. Si materia separatur a corporeitate aut est designabilis in loco: aut non. Si est designabilis ī lo co: cū omne id quod realiter in loco designatur sit diuisi bile sequitur materiā diuisibilem esse. Si autem nō est ō signabilis in loco: aut hz situm: aut non. Si sic: tunc est pū ctus. Et cum ad omne punctum possit duci linea: ducē linea ad ipsam. Si autem non habet situm ⁊ est indiuisi bilis aut acquirit formam corporis subito: aut successiue: si successiue: tunc erit diuisibilis: quia omne quod moue tur est diuisibile. Si autem accipiat subito: aut accipiet eam in omni loco subito aut in nullo: aut in vno ⁊ non in alio. Si primum: cū nō sit cā quare accipiat eam in oī lo co nisi quia est in omni loco ⁊ quod est in omni loco est diuisibile ⁊ quantum: ergo forma corporis inuenit ma teriam sub forma corporis quando venit in eam. Nō āt potest dici ꝙ nusqꝫ inueniat eam forma corporis: quando accipit eam: qz hoc est impossile apud quelibet. Si autez dicatur in vno ⁊ non in alio: hoc erit irrationabile etiam fingere volenti. ¶Tertia rō. Si mā sit separabilis a cor poreitate cōstat ꝙ separata erit indeterminata. Quod pāt maē sepate ⁊ simplici conuenit: quēit essentialiter. Igitur materie essentiale est esse indeterminatum. ¶Palam aūt est materiam fieri determinatam per continuitatis ⁊ mē sure acceptionem. Igitur id quod est substantiale ⁊ essen tiale est sibi annullabile per assumptum. Quod omnino esse non potest. ¶Quarta rō si separabilis est materia a corporeitate: ponamus ꝙ aliquid eius separetur primo ⁊ postea ab alia corporeitate separetur aliud. Ille due igi tur materie aut sunt per omnia idem aut diuerse. Si sunt per omnia idem vniantur. Cum ergo vnite sunt aut totū quod ponunt est equale parti quod in materialibus est inconueniens. Aut altera pars destruitur. ⁊ non erit assi gnare quid destruat eam. Aut vtraqꝫ destruitur: ⁊ iterū illius nulla est ratio. Aut oportet dicere ꝙ habundet sup alteram: ⁊ iterum illius nulla existente mensura nullam erit assignare rationem. ¶Ex oīb⁹ āt his manifestum ē materiam a corporeitate nullo modo posse separari. Qđ autem materia sit maioris vel minoris spacij vel rara vl densa vel figure huius vel illius. hoc habet a forma phy sica: que separabilis est ab ipsa. hec omnia Albertus vbi supra formaliter. Que omnia maximam habent effica ciam contra scotistas dicentes materiā posse creari absq; omni forma substantiali vt etiam infra dicetur in octauo huius vbi supra. q. 1. ⁊. arti. 2. ⁊. 3. ¶Sed hic nullaten⁹ pretereundum est ꝙ Albertus nō solum predictas rōes vult ꝓbare materiam non posse separari a corporeitate se cundum ꝙ corporeitas significat gradum pfectionis for me substantialis alicuius: sed etiam scōm ꝙ significat for mam substantialem quam ponit coeternam materie sibi essentialem: vt infra patebit in. 7. huius. q. 17. ar. 2. 3. 4. ⁊ 5. ⁊ in. 8. huius. q. 10. ar. 2. Ideo ad predictas rationes eius respondendum est.

Ad primam ergo rationem suam dicendus ꝙ separata forma corporeitatis a materia: remanente gradu perfectionis forme specifice que cōtinet virtute quicquid cōtinent forme superiores ⁊ aliquid vltra: illa materia esset diuisibilis per continuitatem corporis. ⁊ ipsa esset corpus non quidem per formam corporeitatis: sed per formam specificam q̄ cōtineret perfectionez corporeitatis cū alijs inferioribus ꝓz diuersitatez spēx. vnde infra in. 10. huius sic ait Doc. S. sciendum est ꝙ cum ōria differant scōm formam vt infra dicetur: quando dicimus aliqua esse contraria accipiēdū est vtrūqꝫ eorum scōm ꝙ hz formam: non autem sm ꝙ est pars habentis formam. Corpus enim sm ꝙ absqꝫ alia accipitur vt formam habens opponitur animali: ⁊ inaīa tum animato: scōm vō ꝙ accipitur vt q̄si imperfectuī nō formatum: sic non opponitur animali: sed est pars materialis ipsius: sicut ēt videmus in numeris: nam binarius sm ꝙ est quoddam totum: speciem ⁊ formam determinatā habens: est diuisus specie a terminario: ⁊ sic ei opponitur. Si vero consideretur absqꝫ hoc. ꝙ sit perfectus ꝑ formam est pars trinarij. Hec ille. Et sic illa ratio alberti supponit falsum: sicut ⁊ oēs alie. vꝫ. ꝙ ab alio individuū habet ꝙ sit corpus: ⁊ ab alio. s. a forma substantiali ꝙ sit hoc corpus. ¶Quod non cōcedit Doc. S. in plerisqꝫ locis sed hoc negat ⁊ destruit vt infra patebit vbi supra. vt etiam adductum est supra in secundo huius questione quarta ar. 2⁰. c. Et in quarto huius. q. 2ª. articulo. 5. 4ᵐ. Lec. 4. ⁊ comē. 3.

¶Ad secundam rōnem eius dicendum ꝙ materia separata a forma corporeitatis stans sub forma specifica est ō signabilis in loco ⁊ diuisibilis ⁊ quanta non quidem per quantitatem que sequitur formam corporeitatis: sed per formam specificam sm illum gradum perfectionis q dr corporeitas: sicut iam dictum est. ¶Ad tertiā rōnem eiꝰ dōm similiter. s. ꝙ materia separata a tali forma corporeitatis est determinata: non quidem per formam illam genericam sed per propriam formam. ¶Ad vltimam rationē eius dicendum ꝙ ille due materie erunt diuerse ꝑ formas diuersas specificas continentes virtualiter gradum corporeitatis quam consequuntur quantitates ⁊ cetere dimensiones. ¶Unde patet ꝙ predicte rōnes vniuersaliter omnes supponunt falsum: sicut dictum est in solutione ad primam. ¶Uerumtamē ille rationes concludunt de necessitate: ꝙ materia nō potest separari a corporeitate sm ꝙ corporeitas significat gradum perfectionis quem includit forma specifica sicut dictum est. Quod concedimus sm doctrinam Doc. S.

Ad rationes igitur in oppositū adductas ꝓz solutio ex dictis: quia cōcludunt ꝙ materia est separabilis a corporeitate sm ꝙ corporeitas significat formam ⁊ non gradus forme.

¶Questio 9ª. De multiplicitate huiꝰ termini ideptitas.

Postea consideratis distinctionibꝰ nominum multipliciꝫ q̄ ꝑ significant subiectum huius scientie: considerandum est de nominibus que significant partes eorum que sunt subiecta huius scientie. ¶Circa quod occurrit duplex consideratio. ¶Nam primo considerandum est dē distinctionibus noium que significant partes vniꝰ. ¶Secundo de distinctionibus noium que significāt partes entis. ¶Circa primū duo sunt considerāda. ¶Primo considerandum est de distinctionibꝰ noium que significant veras partes vnius. ¶Secundo de distinctionibꝰ noium que significant aliquid consequens rōnem vnius. s. prius ⁊ posterius. Nam sicut superius dictum est: vnum esse est principium esse. Quantū ad primum duplex occurrit cōsideratio. ¶Primo de multiplicitate ⁊ distinctiōe no

minū que significant p̄mas partes vnius ⁊ oppositi ei⁹ .s. multitudinis .¶ Scdo de distinctiõe noium significatiū q̄sdā partes secundarias vni⁹. ¶ Circa p̄m duo sūt considerāda. ¶ Primo de multiplicitate illox noiuz q̄ ptinēt ad id qđ est vnū in substātia qđ est esse in se: ⁊ nō esse in alio. ¶ Scdo de his que pertinēt ad id qđ ē vnū in q̄litate qđ est simile. ¶ Quātū ad p̄m querūtur. 8. ¶ Primo vtrū modi ydēptitatis sint bñ assignati a pho. Scdo vtz modi diuersitatis ab ipso sint sufficienter positi. Tertio vtrū diuersitas sit causa pluralitatis. Quarto vtz diuersitas accidentiū possit esse causa pluralitatis fm numeruz. Quinto vtrum varietas siue diuersitas loci facit aliquid ad diuersitatem siue pluralitatē fm numez. Sexto vtruz modi differentie sint a pho bñ assignati. Septimo vtrum duo accidētia sola spē: vel solo numero dīa possint eē sil in eodem subiecto. Octauo vtrum differentia siue distinctio dicat respectuz de genere ad aliquid.

¶ Ibi in Doc. S. ⁊ pho. Eadē vo dicūt. ⁊ ē lec. 9.

a **¶ Primum** sic ꝓcedit. Ui q̄ modi ydemptitatis non cōuenienter assignent a pho. Mā sicut vnū in sba facit idē: ita vnū in quantitate facit equale. Sed pbs nō ponit multiplicitatē hui⁹nois equale. Ergo nō deberet ponere modos ydēptitatis. cū vtrūq̄z sit multipler. ¶ Ꝑ. 2°. Unū ⁊ idē sunt idē fm rem. Ergo positis modis vnius: superflue addunt modi ydemptitatis. ¶ Ꝑ. 3°. Idē semp causatur per se ab vno. Ergo lz vnuz dicat per accidens: vr q̄ idem semp dicat per se. Et sic superflue dr idē per accidēs. ¶ Ꝑ. 4°. Idē dicit quendā rōnē. Mā aliq̄ est relatio eiusdē ad seipsū: vt hic dicit pbs ⁊ Doc. S. Ergo modi ei⁹ debuissent cōnumerari in ca° de ad aliqd. ⁊ nō hic. ¶ Sed ꝺ est pbs i textu dicēs. eadē vo dicūtur hec quidē fm accīs: vt albū ⁊ musicū idē ga eidē accidūt: ⁊ hō ⁊ musicū: q⁹ altez alteri accidit. Musicuz aūt ⁊ hō: quia musicum homini accidit. Utriq̄z aūt homo ⁊ horū vtrūq̄z illi. Et enim homini musico ⁊ homo ⁊ musicum idem dicitur.

pōt fieri sine mutatione vtriusq3 extremoꝝ. ¶Ex predictis igitur discipulis benignis ⁊ humilibus hz nō obstinatis ⁊ in ꝓpria opinione submersis manifeste apparet q̄lr
pdicta auctoritas Doc.sancti ex.5º.pbyª adducta ab aduersario intelligi debeat. Dicit.n. Si aliquis per sui mutationem efficiat mihi equalis me non mutato suple in
pīti: sed tm̄ me mutato in ptērito: equalitas prius erat in
me sicut in radice. i. fundamētaliter effectiue māliter ⁊ dispositiue ex qua radice habeat esse reale. s. effectiue et māliter.
Ex hoc.n. ꝙ habeo talem q̄ntitatez: competit mihi. s. effectiue ꝙ sim equalis omnibus alijs qui talem q̄ntitatez
habent. Cum ergo aliquis de nouo accipit talem q̄ntitatem: nihil aduenit mihi de nouo simpl̄r: suple ⁊ totaliter
sed bene q̄ntum ad rationez completam relationis. ¶Per
hoc vz ꝙ incipio alteri esse equalis per sui mutationem.
¶Unde per hanc auctoritatez nō cōcluditur aliquo modo ꝙ relatio sit eadem cum suo fundamento realiter. Sed
magis ecōtra. Qđ sic pz. Nam q̄n aliqua res nature aduenit alicui de nouo: non est realiter illa res que priº existebat. Alias idem numero eēt et nō esset simul ⁊ semel.
Sed per auctoritatez adductaz quando aliquis de nouo
accipit talem quantitatē qualez ego habeo aduenit mihi
equalitas de nouo que est res nature. Dicitur.n.in pdicta auctoritate per hoc ꝙ incipio alteri esse equalis. ¶Per
qđ exprīesse innuitur ꝙ equalitas de nouo introducitur.
Equalitas.n. prius in me non erat equalitas formaliter ⁊
essentialiter. Alias relatio esset essentialiter ⁊ formaliter
ante terminuz. Qđ predicti opinatores habent pro inconueniente: vt per suas ꝓbationes pz in argumentis adductis ante incōtrariuz. ¶Hec potest dici ꝙ talis equalitas non sit res nature: Quia hoc est ꝓtra Doc.S. vbiq3
⁊ ꝓtra pēm: qui nullo modo volunt ꝙ aliqua sit realis relatio in aliquo genere pdicamētali nisi sit res nāe. ¶Dicendū est ergo ꝙ relatio realis de gñe ad aliqd quecūqz
sit illa dñt realiter essentialiter ⁊ formaliter a suo fundamēto sm
Doc.S. ¶Ꝓ10 cuiº ꝓbatiōe pº suppono cū q̄libet vero discipulo Doc.sctī ꝙ ꝓbatiōes eiusdē Doc.sctī qbus
ꝓbat aliquā ꝓclusionē: sint valide ⁊ nō sophystice potissime in sacra theologia. Alis discipulus nō honorabit hz vituperabit magistrū suū: dicēdo blasphemias q̄s Scotiste
ꝓsueuerūt in medium ꝓducere. vz. dicentes ꝙ Doc.S.
multa recitat hz petēs pn̄m nihil ꝓbat. ¶Scđo suppono
ꝙ nihil collocat i gñe: nisi sit res extra aīaz exīs. Qđ pz
p Doc.S. i de poª.q.7.ar.9. in corpe. Ubi sic dicit. In
nullo.n. pūcto ponit aliqd nisi res extra aīaz exīs. Mā ens
rōnis diuidit ꝺ ens diuisuz i. x. pnta: vt pz in. 5º. metha. Si gº rīo nō eēt i reb̄ extra aīaz: nō poneret aliqđ vnuz genº pdicamēti. hec ille formaliter: volēs ꝓbare ꝙ ad aliqd sit
res extra aīaz exīs. ¶Si dicas ꝙ nō omne qđ ponit in
pdicamēto aliquo est ens reale: q: rīones rōnis ponunt i
pdicamēto ad aliqd. ¶Dicendū ꝙ tūc tu negas maiorē
Doc.sctī. Et tacite sibi dicis ꝙ nihil ibidē ꝓbat. Qđ est
ꝓtra primum suppositū. ¶Tertio suppono qđ tū corrolarie sequit̄ ex scđa suppōne. vz. ꝙ nihil collocat in gñe
nisi per aliqđ reale: ⁊ nō p ens rōnis. Alis ens rōnis po-

Lectio. 7.

Lectio. 5.

neret in ꝑdicamẽto ⁊ essentia eius esset ens rõnis: cum vnũqõq; colloceꝫ in gñe vel in specie ꝑ suã essentiã: sicut dicit Doc. S. in de esse ⁊ eẽntia. ¶Quarto suppono ꝙ ens reale ⁊ ens rõnis sufficiẽter diuidũt ens ſm ꝑm et ſm Doc. S. in ꝓti lib. o. Diuiditur. n. ens in ens extra aĩam ⁊ ens in aĩa. ¶Ex quo seqꝫ ꝙ oĩs dr̃ia vel est realis vel rõnis. ¶Quinto suppono ꝙ oĩs ꝓpositio ĩmediata est vera ⁊ nec̃ia: siue sit affirmatiua siue negatiua: vt ꝑz ꝑ ꝑm ⁊ Doc. S. in ꝑ° post^{a}. Et per ꝓ̃s sequitur ꝙ sua ꝺ̃ria est falsissima. ¶Quibus suppositis sic arguitur ad ꝓbationez ꝓclusionis. Oĩs ꝓpositio ĩmediata est verissima: per qntaz suppositionẽ. Sed illa ꝓpositio in qua relatio remouet ab alio quocũqz ꝑdicamẽto est ĩmediata. ¶Propositio. n. ĩmediata negatiua est in qua vnũ ꝑdicamentuz negat̃ de alio qñ. s. neutruz extremoꝝ sub aliquo toto ꝙtineat̃. Ergo talis ꝓpositio est verissima. Et ꝙ oĩs he ꝓpones sunt verissime. ¶Nulla sub̃a est relatio. ¶Nulla q̃ntitas est relatio. ¶Nulla actio est relatio. Et nulla passio est relatio. Et cuz fundamentum rõnis sit aliqꝺ ꝑdictoꝝ ꝑdicamẽtoꝝ: sequit̃ ꝙ hec est verissima. Nullus fundamentũ est relatio. Sic ergo ista est verissima. Nulla q̃ntitas est relatio. Nulla actio est rõ. Et sic de aljs. Ergo eius ꝺ̃dictoria est falsissima: que est ꝓclusio aduersarij. ergo ⁊c̃. ¶Patet ꝓ̃a: qz iste due ꝺ̃dicunt. Nulla q̃ntitas est relatio. Et q̃ntitas est relatio. ¶Hanc autez rõnez innuit Doc. S. in de po^{a}. q. 8. ar. 2. ad p^{m}. ¶Ham cum ibidẽ arguitur. ¶Nulla substantia est relatio. ¶Hec. n. est quedam ꝓpositio ĩmediata: sicut et hec. Nulla substantia est q̃ntitas. Ergo diuina substãtia nõ est relatio. ¶Ñdet ꝙ nulla substantia que est in genere: pot̃ esse relatio: qz est diffinita ad vnuz genus. Et per ꝓ̃s excludit̃ ab alio gñe. Sed essentia diuina non est in genere substantie: sed est supra omne genus comprehendens in se omniuz genez perfectiones. Unde nihil ꝓhibet illud qꝺ̃ est rõnis in ea inueniri. ¶Hec ille. ¶Idem dicit ibidez. q. 9. ar. 4. ad. u^{m}. dicens: ꝙ ista ꝓpositio nulla relatio est sub̃a est ĩmediata. si accipiatur relatio ⁊ substantia que sunt in gñe. ¶Hec ille. ¶Sic ergo ꝓcedit ꝙ nulla substãtia ꝑdicamẽtalis est relatio ꝑdicamẽtalis: qz est ꝓpositio ĩmediata. Cum ergo iste ꝓpones sint etiã ĩmediate. vz. Nulla q̃ntitas est relatio: Nulla actio est relatio. et sic de aljs: sequit̃ ꝙ omnes erunt vere ⁊ per se note. ¶Ex quo elicitur talis ꝓbatio ad hominez. Nam queritur an vera sit hec ꝓpositio Quãtitas est relatio que est equalitas aut nõ. Si non: ergo opinato: nõ debebat eam asserere. Uel si eam asserit: tũc qꝺ̃ falsum est ꝓcedit. Si autez sit vera: ergo sua ꝺ̃dictoria est falsa. s. nulla q̃ntitas est relatio. Sed ista est ꝓpositio ĩmediata. Ergo ꝓpositio ĩmediata est falsa. Qꝺ̃ est contra ꝑm ⁊ Doc. S. et omnes alios doctores etiaz eoꝝ priores. ¶ꝺ̃ 2°. Illa que solum differunt ſm rõnez vere ꝓ̃t de seinuicem ꝑdicari etiam in abstracto. Sed relatio nõ pot̃ vere ꝑdicari de suo fundamẽto. Ista enim est falsa. Quantitas est relatio sicut probatum est. Ergo q̃ntitas ⁊ relatio nõ solum differunt ſm rationem. Et cuz inter differentiaz rõnis ⁊ realem nõ cadat mediuz: vt patuit per quartam suppositionẽ: sequitur ꝙ differũt realr̃. ¶Hec ratio elicitiue habet̃ ex Doc. S. in de po^{a}. q. 8. ar°. p° in corpore. Ubi vult ꝓbare ꝙ in diuinis debet esse distinctio realis ⁊ non rõnis tñ. Ubi sic ait. Hec autẽ distictio que est in diuinis nõ pot̃ esse rõnis tñ. Qz ea que sunt sola rõne distincta nihil ꝓhibet de se inuicem predicari. Sicut dicimus ꝓncipiũ esse finẽ: qz punctũ vnum ſm rẽ est principiũ ⁊ finis ꝛ rõne differũt. Et ita sequeretur ꝙ pater esset filius ⁊ filius pater. hec ille. sic ergo Doc. S. cõcludit ꝙ pater ⁊ filius nõ ꝓ̃t de se inuicem predicari. Ergo non differunt ſm rationem tantum. sed etiã ſm rẽ. ¶Si dicatur ꝙ illa que differunt ſm rationem tñ rei ratiocinantis. si ex parte intellectus nostri ꝓ̃t de se inuicẽ predicari: non aũt illa que differunt ſm rõnez rei rõcinabilis. ¶Contra. Qz sic diceret contra Doc. S. soluendo rõnem suam. s. ꝙ qz pater ⁊ filius nõ soluz differunt ſm rõnẽ nostrã sed etiã ſm rõnẽ rei rõcinabilis non possunt de se inuicem predicari. Quare nõ sequit̃ ꝙ distinguantur ſm rem. Et sic tacite iterum diceret ꝙ Doc. S. nihil ꝓbat sed tantum recitat. Sed tamen falsum est ꝙ ꝺ̃ctio rationis tantum ex parte rei ratiocinabilis impediat ꝑdicationem. Qz si sic. sequeretur ꝙ ista esset falsa ꝑdicatio. Sapientia diuina est eius essentia. Et ista. Uolitas diuina est suum esse: cum tamen ista non solum differant ſm rationem fantasticam sed etiam ſm rationem ratiocinabilis. Sic ergo ratio Doc. S. stat i suo vigore. ¶ꝺ̃ 2°. Quecunqz differunt solum ſm rationem ꝺ̃ffe runt solum ſm nomina vt patet per Doc. S. in de po^{a}. tia vbi immediate supra dum subdit. Cum autem nomina imponantur ad significandum rationes nominum sequeretur ꝙ persone in diuinis non distinguerentur niſi ſm noĩa. hec ille. Si ergo relatio ⁊ suum fundamentum scilicet quantitas qualitas ⁊ actio differunt solum ſm rationem: sequitur ꝙ soluz differunt ſm noĩa. Quod videtur bene mirabile. Sequeretur. n. ꝙ diuisio entis extra animam in decẽ ꝑdicamẽta esset diuisio entis in rationes ⁊ non in res. Et sic res ratiõis esset res extra aĩaz. Quod est inconueniens. ¶ꝺ̃ 3°. Ubicunqz est ordo realis: ibi est distinctio realis: qz ordo includit ꝓritatem ꝺ̃ffctionem ⁊ ordinem ipsum: vt superius adductum est ex primo sententiarũ. Sed inter fundamentum ⁊ relationem est ordo realis. Qz fundamentũ comparatur ad relatiõez sicut causa ad effectum vt patet per Doc. S. in diuersis locis ⁊ presertim primo ſñaz. dis. 26. q. 2. ar. 1. 3^{m}. in de po^{a}. q. 7. ar. 9. ad. 7^{m}. ⁊ etiã vt ꝑz in auctoritate Doc. sci ab aduersario adducta in ꝓ̃i articulo. Ergo idẽ quod ꝑdicitur ex Doc. S. in de po^{a}. q. 10. ar. 3. i corpore. Ubi sic ait. Ordo absqz distinctiõe nõ est. Unde vbi nõ est ꝺ̃ctio ſm rẽ sed ſm modicũ intelligẽdi. ibi nõ pot̃ esse ordo niſi ſm modũ intelligẽdi. hec ille. Cũ ergo fundamentum ⁊ relationẽ sit ordo non solum ſm rationẽ sed ſm rem: sequitur ꝙ distinguantur ſm rem. ¶Sed dicebat aduersarius ꝙ maio: habet veritatem de ordine temporis: non autem de ordine nature. ¶Contra: qz in diuinis non est ordo temporis: sed nature tantum. Si ergo illa propositio solum habeat veritatem de ordine temporis ⁊ non nature: sic Doc. S. ibidez nihil probat. vult enim ibidem probare per assumptam propositionem ꝙ processio non precedit ſm rem ipsam relationem nec ẽ cum non totaliter distinguantur: concedendo tamen ꝙ inter personas est realis ordo ex hoc ꝙ realiter ꝺ̃ffcitur. ¶ꝺ̃ 2°. Omnis causa realiter differt a suo effectu ꝑ sertim causa efficiens. Quod ꝑz per Doc. S. in p° ſñaz di. 29. q. vnica. ar. 1. in corpore. Ubi sic ait. Omnis causa vel est extra essentiã rei sicut efficiẽs ⁊ finis. Uel pars essentie: sicut mã ⁊ forma. Hec ille. Idem innuit in prima parte. q. 33. ar. primo in corpore. Ubi sic ait. In omnibus generibus semper inuenitur distantia inter causam ⁊ id cuius est causa ſm aliquam perfectionem ⁊ virtutem rationis vt ex adductis etiam per aduersarium patet. Ergo relatio differt realiter a suo fundamento. Quocunqz ſm rationes cõmunes ad probãdũ etiã de actione ⁊ passione differunt inter se: ⁊ ꝙ differunt realiter a relatione. ¶ꝺ̃ 3°. Relatio habet debilius esse inter cetera ꝓdicameta accidẽtiũ: vt dicit Doc. S. in de po^{a}. q. 8. ar. p°. ad 4^{m}. vbi dicit ꝙ relatio hz esse debilissimũ quod ẽ accidens sic aũt nõ ẽ in deo. Hec ille. Et inde ẽ ꝙ relatio regrit fundamẽtuz: non aũt alia ꝓnta absoluta. Tũc sic arguit. Illa que sunt idem realiter secluſa quacunqz operatione intellectus: habent idem esse. Sed relatio non habet idem esse cum suo fundamento: cum fundamentum habeat esse ꝓmanens ⁊ stabile relatio vero habeat esse debilissimum ⁊ minime entitatis. Igitur non sunt idem realiter. ¶ꝺ̃ 4°. Relatio ꝺ̃ genere ad aliqꝺ addit respectũ supra fundamẽtũ. Uel ergo ille respectus est res qꝺ̃ vel non. si nõ: tũc hoc est ꝺ̃ ſm suppositum. si sic: vel ipa re corrupta corrũpit̃ fundamẽtũ: vel nõ. si non: sequitur ꝙ differunt realiter. Qz qñ duo sic se habent ꝙ vtrunqz ẽ res naturaliter

sit ynū corrūpit altero remanēte: tūc nō sunt ; vna res. Als idem esset et nō esset simul et semel. secluſa dico quacūq; opatione ītellect⁹. Si dicat ꝙ sic: hoc est ꝺ aduersariuꝫ q vult ꝙ corrupto ; termino corrūpit rō: ⁊ est ꝺ Doc. S. q idē dicit: vt ex dictis pꝫ. ℜ Relinqtur ergo ꝙ nō sunt idem realr. ¶ Sed dicebat ꝙ corrūpit modus eēndi siue qō/ daꝫ ꝓnotatū. ¶ Cōtra: Qr vel ille modus essendi est res quedā vel nō. Si nō: sequit ꝙ nō ponit in gñe ad aliqd. Si sic: sequit ꝙ corrūpit fundamento remanente. Et sic realr: dr̄ a fundamēto. ¶ Sed dicebat ꝙ ille respect⁹ nō ponit in gñe ad aliqd ſm se: sed fundamētū cū respectu: Sicut albedo significata per respectuꝫ ad aliqd. ponit in ꝑdicamēto ad aliqd. Uñ nō opꝫ ꝙ illud ꝓnotatū siue ille modus eēndi sit res nāe: sed res rōnis. ¶ Cōtra: Qr albe do per te ponit in ꝓnto rionis. Uel ergo ſm se: vel ſꝫ ali quid aliud. Nō ſm se ⁊ absolute. Als absolutū poneret in ꝑdicamēto ad aliqd inēntū absolutū. Si ꝓ aliud. ſ. ꝓ il/ lum modū eēndi: sequit ꝙ cuꝫ ille modus essendi sit qō dam ens rōnis: ⁊ nō res nāe: ꝙ aliqd collocabit in gñe ꝙ aliqō ens rōnis. Qō est ꝺ 3ᵐ suppositū. ¶ ℙ 2°. Uñ aliq duo sunt idē realr: a quocūqꝫ dr̄t vnuꝫ specie et eēntialr: ita dr̄t et reliquū. Qō nō solū vex est in creatis: sed ēt in diuinis: Sicut essentia et ꝑnitas sunt idem realr in diui/ nis. Uñ a quocūqꝫ dr̄t vnū essentialr. i. ſm essentiam: ita dr̄t ⁊ reliquū. Si ergo relatio et fundamentū sunt idem realr: sequit ꝙ a quocūqꝫ relatio dr̄t spē ⁊ essentialr: ita differt ⁊ fundamētū. Sed hoc est falsuꝫ. Nā silitudo dr̄t spē ⁊ eēntialr a dissilitudine. Sꝫ manifestū est ꝙ fūdamē tum silitudis nō dr̄t specie a fundamēto dissilitudis: Qr in vno et eodē vna albedo in numero est fundamentum silitudis et dissilitudis. Nam si sit Sortes albus et plato albus et Licero sit niger: Sortes erit similis platoni per albedinez et dissimilis Lyceroni per eandez albedinem. Albedo. n. est fundamentū similitudis in Sorte ad plato nem et dissimilitudis ad Lyceronē. Uñ ipossibile est re/ lationē esse eandē realiter cū fundamēto. ¶ Et ꝛꝫ in diui/ nis ꝑ dr̄t realiter a filio rōne oppositionis: nō tñ eēntia liter. Eadez. n. est eēntia pr̄is et filij. Uñ ꝛꝫ stet in diuinis ꝙ aliqua sunt idē realiter. ſ. eēntia et relatio et vnum dr̄at realiter a tertio et nō aliud: nō tñ pōt esse ꝙ si duo sint idē realiter ꝙ vnū dr̄at ſm essentiaꝫ ab altero 3° ⁊ aliud nō. ¶ ℙ 3°. Quicqd ꝓuenit alicui realiter: ei cōueniūt oia q̄ sunt de rōne aut de qdditate eius qō ei realiter cōuenit. Si ergo relatio realiter sit suū fundamentū: qcqd eēntia/ liter erit de rōne relationis erit etiā de rōne fundamenti. Cum ergo de rōne relationis sit opponi relatiue ⁊ reali/ ter: sequit ꝙ fundamentū vni⁹ relationis relatiue oppo/ netur et ēt realiter fundamento relationis opposite. Qō tñ est falsuꝫ: vt ex dictis pꝫ. Uñ Doc. S. in pª pte. q. 28. ar. 3. in corpore sic ait. Ex eo ꝙ aliqd alicui attribuit: opꝫ ꝙ attribuant ei oia illa que sunt de rōne illi⁹: Sicut cui/ cunqꝫ attribuit hō opꝫ ꝙ ei attribuat aial rōnale. De ra tione aūt relatiōis est respect⁹ ad alterꝫ: ſm quē aliqd al ; teri opponi dr̄ relatiue. Igit ⁊c. hec ille. ¶ ℙ 4°. Que Sꝫ qcūqꝫ differūt gñe: dr̄nt spē ſm pbm supi⁹ in pñti libro. cunqꝫ differūt spē: differūt diffinitione. Diuersaꝫ. n. spēs diuerse sunt diffinitiōes ⁊ eēntie. Quecūqꝫ aūt diffe runt diffinitōe siue dr̄ia eēntiali: dr̄nt eēntialiter. Cū ergo fundamētuꝫ ⁊ rō dr̄ant gñe: segt ꝙ dr̄ant essentialr. Qō vocam⁹ differre realiter in pñti passu. Alia est. n. essentia relatiōis: ⁊ alia q̄ntitatis. Et cū essentia sit res nāe: relatio erit alia res nāe a suo fundamento. ¶ ℙ 5°. Si sit hodie vn⁹ solus Sortes hñs verā opinionez de relatione: tunc qro vtrū i eo sit formaliter et essentialiter silitudo de gñe rionis q̄ fundat sup illa vera opione aut nō. Nō pōt dici ꝙ sic: Qr nō est adhuc ei⁹ correlatiuū nec terminus illius similitudis ꝑ casuꝫ positū. Ergo ibi nō est magis similitu do q̄ dissimilitudo. Alias eēt relatio sine ꝓpria rōne rela tionis q̄ est ad aliud se hr̄e. Et ēt relatiuū ⁊ correlatiuum nō essent simul nā sub foꝛa relatiōis. Si dicat ꝙ nō: tunc si craſtina die ali⁹. ſ. plato bononie acgrat verā opinionez de relatiōe q̄ro an in sorte q pri⁹ habuit verā opionez de relatiōe acgrat similitudo foꝛaliter de gñe ad aliqd: vel nō. Si nō: segt ꝙ erūt duo supposita ꝙueniētia in eadez q̄litate ſm spēz: ⁊ tñ nō erūt similia. Qō est ꝺ rōnez simi litudinis ⁊ relationis. Si dicat ꝙ sic: segtur ꝙ in Sorte ibi acgrit res nāe. Alias nō esset i ꝓnto aliquo. Et tñ illa res nāe pri⁹ nō erat exñte tñ fundamēto suo. Uel si sit ea/ dem: segt ꝙ erat in sorte ⁊ non erat simul ⁊ semel. Qō est derisione dignū. Nō pōt ēt dici ꝙ ibi acquirat nou⁹ modus essendi: Qr acquirit ibi formaliter res de gñe ad aliqd: que est res nāe sicut supra dictū ē. ar°. 13. ¶ ℙ 6°. Si q̄libet relatio realis esset eadē cū suo fundamēto reali ter: sequeret ꝙ sba et accns nō differrēt realiter. Qō est ꝺ oēs logycos ⁊ pbos. Qō. n. vere est sba: nulli ē accns: Qr sic idē esset accns sibipsi. et idez esset per se ⁊ in alio. ℘ Patet sequela: Qr alique relatiōes reales fundant ime diate in sba potissime ſm ipsos. Dicunt. n. ꝙ creatio sun datur imediate supra sba: Sicut diuersitas dr̄ia ⁊ ydēpti tas. Si ergo relatio q̄libet esset eadē cū suo fundamento primo. sequeret ꝙ accns esset realiter idez cuꝫ sba. Qō nephas est dicere: vt dictuꝫ est. ¶ ℙ 7°. Si relatio esset realiter ⁊ essentialiter ipsuꝫ fundamētū. ſ. similitudo ipsa albedo: sequeret ꝙ secluſa q̄cūqꝫ opatiōe ītellect⁹ nostri ꝙ sic albedo p se terminat motū: ita et illa relatio. ℑmpos sibile est. n. vnū motū ad eandē formā indiuisibilē in nūe ro simul terminari ſm pri⁹ ⁊ posteri⁹ nāliter: Qr sic idē numero esset ex nā rei pri⁹ ⁊ posteri⁹ respectu eiusdem. Alteratio. n. que terminat ad albedinē physice loquendo ⁊ nō logyce: quero an per se pº terminet ad similitudinē sicut terminat ad albedinē: vel nō. Si sic: sequit ꝙ ad re lationem est per se motus et pº. Qō est ꝺ pbm. Si non pº sed terminat pº ad albedinez: ⁊ per albedinez realiter terminat ad similitudinē: sequit ꝙ similitudo nō est illa eadem forma in numero ⁊ essentialiter que ; est albedo. Nō. n. ītellect⁹ methaphysicus aut physicus neqz aligs verus intellectus capere pōt qualiter vna ⁊ eadē forma et indiuisibilis per se ⁊ nō per se terminet motuꝫ realiter ⁊ methaphysice loquendo. ¶ Si dicat ꝙ ſm aliuꝫ mo/ dum essendi pº terminat: ⁊ ſm alium moduꝫ non ꝓmo. ¶ Contra: Qr impossibile est eādē formā indiuisibiliter vnam in eodem instanti habere diuersos modos essendi q̄ntū ad terminationē naturalez mot⁹. ¶ ℙ 2°. Quecūqꝫ sic se hñt ꝙ vnuꝫ includit aliquid reale realiter ⁊ essentia/ liter quod alteruꝫ non includit: illa differunt realiter ſm Doc. S. in de esse ⁊ essentia. Sed relatio includit aliqd reale essentialiter qō nō includit fundamentuꝫ: q: inclu/ dit respectum et ad aliud se habere quod essentialiter nō includit fundamentuꝫ. Alias omnia predicamenta essen/ tialiter essent respectiua. Igitur ⁊c. ¶ Nec potest dici ꝙ respectus ille non sit res nature ꝓpter dicta Doc. Sancti superius adducta. ¶ ℜ Relinquitur ergo ꝙ relatio ⁊ suuꝫ fundamentum differunt realiter. Quod concedimus. ¶ ℙ 3°. Qō hoc velit Doc. S. patet per eundez Doc. S. in prima parte. q. 28. ar. 2. ad. 2ᵐ. vbi sic ait: Sicut in rebus creatis in illo quod relatiue dicitur: non solum est inuenire respectuꝫ ad alteruꝫ: sed etiā aliqd absolutuꝫ: ita ⁊ in deo. Sed tñ aliter ⁊ aliter. Nam id qō inuenitur in creaturis preter id qō ꝓtinet sub significatione nominis relatiui est aliqua alia res. In deo autem non est alia res sed vna ⁊ eadem. ℑdem ille. ℑdabetur ergo ibi expresse ꝙ fundamentuꝫ est alia res a relatione. ¶ Sed dicebat ꝙ ibi loquitur de fundamento remoto et nō de fundamēto ꝓmo. ¶ Contra: Quia alique relationes: vt etiam con cedit aduersarius: vt pꝫ per rationes eius adductas fun/ dantur imediate super substantia. Ergo ad minus ille re lationes sunt alie res a suo ꝓmo fundamento: cuꝫ suba sit eoꝝ primum fundamentū. Que relatiōes cū ponant in gñe ad aliqd: erunt qdā res alie in sba rōne iam supi⁹ signata. ¶ Sed dicebat aliter ꝙ Doc. S. in auctc ad/ ducta ītelligit ꝙ relatio est alia res ſm rōnem. non autez ſm rem. ¶ Sed hoc ēt nihil est: Qr in deo rliones dr̄nt ſm rōnem ab essentia: non tamē sicut alia res: vt ibi dicit Doc. S. Ideo ibi loquitur de distinctione reali.

Ad primum igit dom q de rone relatiois realis in coi vt se extedit ad relationē creatā et increatā: nō est q ponat aliqd realr distinctum a suba siue fundamēto sicut supra dictū est. Sed de rone rionis realis de genere ad aliqd est q ponat aliquid realr distinctū: nō solū ptra sbam: sed ēt ptra primū fundamentū. Et hoc cuilibet tali rioni ꝙuenit. Unde arg^{m} pcedit ex falso supposito. Et est similis pcessus ac si diceretur. Sapiētia fm ppriā rōnē eius est distincta realr cōtra sbam: cuz qdlibet accidēs realiter distinguat ꝑ sbam. Ergo sapia in diuinis realiter distinguit ꝑ sbaz. ¶Sed replicabat dicens. Nam relatio fm rōnē sui generis attribuit in diuinis: nō aūt alia pdicamēta accidentiū: q vt sic nō dicit impfectionē sicut alia accidētia. ¶Dicenduz est sicut sepius dictū est: et potissime in articulo pcedenti q in rone ppria rionis pdicamētalis sunt duo ꝙsideranda. vz. ipsa ratio siue essentia: et modus essendi. Qui est duplex. s. esse in: et esse ad. Ipsa. n. ppria rō siue essentia rionis est accidēs realr. Et realr est in subiecto. Et vt sic: nō attribuit in diuinis. Sed q̄ntum ad moduz eēndi ad sup quo fundat modus significandi mediante modo intelligēdi: sic rio nō dicit impfectionē inq̄ntū hmōi. Realr tm dicit impfectionē: cū sit impfectionis entitatis inter cetera pdicamenta. Nec attribuit in diuinis nisi equiuoce. ¶Ex quo sequit vna ꝓbatio ꝑ aduersarium fm Doc. S. Sicut ipse idez ꝓcedit relatio attribuit in diuinis nō vt est in. i. vt est accns: sed vt est tale accns. i. fm ppriaz rōnez ei^{9} ꝙsiderata: Qz pmo modo dicit impfectionem sicut et cetera accidētia: nō aūt scōo modo. Tunc sic. Relatio fm ppriā ei^{9} rōnez ꝙsiderata aūt dicit pfectionem aut nō. Si dicat q nō: sequit q fm ppriā eius rationez nō dz poni in diuinis: cuz deo nō attribuat illud qō imperfectū est: vt dicit Doc. S. in de po^{a}. q. 1. ar. 1. ꝛ vt ēt idem aduersarius sepius ꝓcedit. Si aūt dicat pfectionē: ergo relatio fm ppriā ei^{9} rōnem ꝙsiderata dicit aliquid reale. Qō cuz fundamentū nō dicat: sequet q realr distinguit a fundamento. Hec aūt ratio valet. si subtiliter ptra aduersariū ꝓponat. ¶Ad secundū dom mirando tamē q̄liter ille aduersari^{9} dicens se esse discipulū Doc. sancti: illam rōnez adducat: cum tm demōstrationē suā aut verā ꝓbationē siue ꝙclusionis formalr adducat et soluat Doc. S. in plurib^{9} locis: et pcipue in de po^{a}. q. 3. ar^{o}. 3. ad scōm. Arguit. n. ibidem sic. Omne qō est in reruz nā aut est creator aut creatura. Sed creatio nō est creator: Quia sic ab eterno esset. Nec ēt creatura. Qz aliqua creatione crearet que ēt creatio aliqua alia creatione indigeret creari. Et sic in infinituz. Ergo creatio nō est aliqua res i rez nā. ¶Ad qō rndet sic dicens q hec relatio. s. creatio q̄dā creatura est: accepto cōiter noīe creature pro omni eo qō est a deo. Nec opz pcedere in infinituz: Qz relatio creationis nō refert ad deuz aliqua alia relatione reali: sed se ipsa. Nulla. n. relatio refert alia rone: vt Auicēna dicit i sua methaphysica. Si vero nomen creature accipiamus pro eo tm qō subsistit qō pprie fit ꝛ creatur sicut pprie hz esse: tunc relatio pdicta nō est quoddā creatuz sed cōcreatū: sicut nec est pprie loquendo: sed est inherens. Et simile est de oībus accidētibus. Hec ille. ¶Idem dicit in pma parte. q. 45. ar^{o}. 3. ad 2^{m} dicens. Creatio passiue accepta est in creatura et est creatura: nō tamen q aliqua alia creatione creetur: qz rones cuz fm hoc ipsuz quod sunt ad aliquid dicantur: nō referunt ꝑ aliquas alias relationes sed per seipsas. Hec ille. ¶Sic, ergo relatio est creatura largo modo sumpta. Et refert ad deum seipsa: et nō mediante alia relatione. Unde pz solutio ex hoc ad 3^{m}. 4^{m}. 5^{m}. et. 6^{m}. Hec ille responsiones quas aduersarius adduxit sunt solutiones alicuius Thomiste: sed sunt quedā frivole ymaginatiōes quas sibi placuit fabricare: vt sui subtilitatez ingenij ostenderet magis q̄ vez adduceret. ¶Ad 7^{m} dom q si relatio ꝙsideret fm q est accidens sic dicit imperfectionez sicut et cetera accidētia. Si vero ꝙsideret vt tale accidens. s. de genere rionis: sic pōt ꝙsiderari dupr. Uno^{o} q̄ntuz ad rem significatam fm se. Et sic etiaz dicit aliqd imperfectuz. Alio^{o} fm moduz significandi inq̄ntum. s. significatur vt ad aliud. Et sic nō dicit impfectionez respectu sui obiecti: Qz vt sic nō significatur vt aliqd ptinens ad subiectum: sed magis vt tendit in aliud. Illud. n. dicit impfectionem alicuius: qđ nō est pfecte in eo in quo aptum natum est esse. Sic ergo relatio que est ad aliquid dicit impfectionez vt dicit in: ꝙ nō vt est ad aliud. ¶Et si dicat. Inquantuz est ad aliud fallit pdicamentū distinctuz. ¶Dicendū q verum est inquantuz cadat sup significatuz. Si vero cadat sup modum significandi: nō oportet. ¶Et sic si diligenter consideret ista ratio est ptra aduersarium: Qz relatio de gne ad aliquid est accidens. Nam omne superius saluatur in suo inferiori. Ergo si nō dicit impfectionez: vel dicet pfectionē vel nihil. Non nihil: Qz sic nō esset res nature. Si vero pfectionez: sequit q nō est suum fundamentuz: cuz fundamentuz illum respectum essentialiter non includat. ¶Item. Illa ratio nō magis ꝓbat q relatio non distinguatur a suo fundamento q̄ q relatio nō sit ens nature. Omne. n. ens nature creatum vel est suba vel accidens. Sed relatio nō est suba: vt etiā ipse cōcedit. Hec patet. Relatio aūt nō dicit impfectionem in genere suo. Ergo non erit accidens. Et sic ratio eius puerilis est et vana. ¶Ad 8^{m} dom q in omni oppositione sicut supra in 4° huius per adducta ex Doc. S. patuit includit oppositio ꝺdictionis. Et sic vnum oppositum dicit negationem alterius. Quod tamen dupr pōt intelligi de relatiue oppositis. Uno^{o} q vnum relatiuuz neget alterum in diuersis. Et sic nō negat aut remouet sed ponit: Sicut paternitas nō corrumpit filiationez in filio sibi oppositā: sed potius nō corrumpit filiationez in filio sibi oppositā: sed ponit. Alio modo in subiecto eodem. Et sic relatiuuz negat correlatiuuz: Sicut paternitas in patre excludit filiationē sibi oppositam in eodem patre. Et qz filiatio opposita paternitati nō est apta nata esse in eo qui est pater: ideo illa negatio non negat aliquid sed ad aliquid. Non tm ꝓpter hoc sequitur q relatio nō sit res aliqua sicut q nō est distincta a suo fundamento. Concludere autez relationez de genere ad aliquid non esse rem nature: nō est ꝓcludere fm mentem Doc. S. qui pro maximo habet inconuenienti q aliqua relatio sit in genere: que non sit res nature extra animaz existens: vt ex adductis pz. Licet ergo filiatio nō sit res aliqua in patre: est tamen res aliqua in filio. Unde argumentuz est friuoluz et derisione dignuz. Uelle enim certiue ꝓbare ꝛ ostendere esse de mente Doc. S. relationem non distingui realiter a suo fundamento per rationes sophysticas: que ita efficaces sunt ad ostendendum relationez pdicamentalez fm q est pdicamentū distinctuz nō esse ens reale extra aīam existens: sicut q rio nō distinguit a suo fūdamēto: valde puerile est: ꝛ magis ē Doc. S. vituparе q̄ clarificare. ¶Ad 9^{m} dom negādo ꝓz et supposituz. Supponit. n. q habitudo māe ad formaz sit relatio realis de gne ad aliquid. De illa. n. solū fit presens disputatio. Sed illa habitudo māe ad formaz ꝓpriam est essentialiter ipsa materia fm Doc. S. in prima parte q. 77. ar^{o}. p^{o}. sicut ex supradictis pz in pcedentib^{9} articulis. Dicit enim ibidem q po^{a} māe ad actuz primum eius ipsa essentia māe. ¶Qualiter autē itelligat dictum Doc. in p^{o} sniaz: vbi dicit q si accipiat po^{a} pro relatione non est ipsa materia: dictum est superius. q. 16. articulo. 12. ¶Uerūtm dato ēt q illa habitudo eēt rio realis, adhuc forma subalis vniret māe prime. Qz iz fm modum significandi illa habitudo intelligat mediare: tm fm nām sequitur formam: Sicut creatio iz fm modū significādi intelligatur mediare inter creatorem ꝛ creaturaz: tamen fm q est relatio sequitur creaturam sicut accidens suum ppriuz subiectuz: Sic etiaz vnio forme ad māz iz fm modum intelligendi intelligatur mediare inter materiā et formā: tamen simpr sequit formā in mā inquantum relatio. Manifestum est. n. q fm ordinez nāe opz primo q duo vnibilia in vno tertio ꝙueniant anteq̄ fit vnio que relatio dicitur: sicut deducit egregie reuerendus in xpo pater

pater Dominus Torcellanus. ¶Sed sciendū est q̄ p̄e
sens argumentū militat contra aduersariū ⁊ non p̄o ipso
Quod sic patet. Nam s̄ba ⁊ accidēs differūt realiter. Sz
vt vult predictus opinator in argumento ꝓposito habitu
do materie ad formā est relatio realis de genere ad ali
quid. Alias nihil ꝓbaret nec apparenter nec vere. Ergo/
genere s̄be ⁊ habitudo illa sit de genere accidētis vt sup/
ponit i illa ratione. Alias nō sequereť sua sequela etiaz ꝟz
ipsum. Sic ergo ⁊ si predicte rōnes erāt aliqualiter appa
rentes: ista tamen ratio nullius est momēti. ¶Et per hoc
patet solutio ad. 10m. quod ꝓcedit ex suppositiōe falsę so/
lutionis ꝑ aduersariuz adducte. ¶Ad. 11m. dōm sicut su/
perius dictū est q̄ relatio que est predicamētū nō conti/
net sub se ens rationis ita q̄ relationes rationis ponantur
in predicamento ad aliqd essentialiter. Sed per pb̄m ali/
que relationes rōnis enumerant̄ iter alias que sunt de ge
nere ad aliqd pp hoc q̄ r̄ones eis oppositę ponunt̄ in ge
nere ad aliqd. ¶Relatio. n. scibilis ad sciam nō ponit̄ in p̄/
dicamēto ad aliqd. Sed q̄ relatio sibi opposita. s. relatio
scie ad scibile ponit̄ in gn̄e ad aliquid: iō pb̄us enumera
uit eā inter spēs relationis. ¶Et lz ydemptitas eiusdem
cifica aut gn̄ica est relatio rōnis: tn̄ ydemptitas spe
ad seipsum in numero sit relatio rōnis: tn̄ ydemptitas spe
12m. ⁊. 13m. ¶Sciendū est aut q̄ si ista vtraq; ratio cōclu
deret: tūc necesse esset dicere q̄ de mente Doc. S. esset
q̄ aliquod ens ponereť in genere qō tn̄ non esset ens ex/
tra animā. Qō tn̄ manifeste ⁊ expresse est cōtra pb̄m vbi
q̄s ⁊ cōmētatorem ⁊ cōtra pb̄os ⁊ doctores modernos ⁊
antiquos vt ex dictis ꝟz. ¶Sic ergo vtraq; predicta rō
nō est demonstratiua nec ꝓbabilis sed falsa ⁊ sophystica
peccans per fallaciā equiuocationis ⁊ ex malo intellectu
procedēs. ¶Ad 14m dōm q̄ relatio habet esse ⁊ ordinez
a suo fundamēto effective ⁊ nō formaliter sicūt dictuz est.
¶Unde ex hac eius rōne sequit̄ de necessitate q̄ relatio
dēt realiter a suo fundamēto: q̄ nihil est causa sui esse. Cū
ergo relatio hēat esse a suo fundamēto: impossibile est di
cere q̄ relatio realiter sit suū fundamētum: q̄ idem habe
ret esse a seipso effective. Quod est cōtra omnem doctri/
nā pb̄orum ⁊ theologorum loquendo de esse creato. Uñ
torius admiroz q̄s prius. ¶Ad 15m dōm q̄ q̄ differen
tijs essentialibus relationum nō sunt nomina imposita q̄
nobis sunt ignote: ideo per subiecta aut fundamenta que
sunt nobis notioza spēs relationū ⁊ earuz distinctiones su
munt̄ sicut supza dictū est. Et sicut relatio dependet effe/
ctiue a suo subiecto. ita omnia accītia dependent effective
a s̄ba. Nō tn̄ oportet q̄ distinctio omniū accidētiū vel re/
lationū sumat̄ fm distinctionē s̄borū: q̄ dr̄ie aliquorum
sunt nobis manifeste. Et hoc nō est mirū. q̄ aliquādo dif
ferentie accidentiū sumunt̄ ab effectibus eorum: sicut dif
gregatiuū ⁊ cōgregatiuū accipiūtur p̄o differētijs albedi
nis ⁊ nigredinis: ⁊ tamen sunt magis effectus earum q̄s
differentie essentiales vt sepius Doc. S. dicit sicut etiam
aduersario nō est alienū. ¶Hec ista responsio est contra
Doc. S. q̄ lz diffinitio data de relatione detur de ea fm
eius essentiam: tn̄ pp hoc non sequit̄ q̄ relatio dependeat
essentialiter ⁊ formaliter a suo fundamento. ¶Et p hoc
ꝟz responsio ad. 16m. ¶Per has aūt duas rōnes vult p/
dictus opinator innuere q̄ diuersorum predicamentorum
sit vna essentia realiter. Quod est cōtra omnes pb̄os. Lō/
cedūt. n. q̄ essentie p̄dicamentor̄ sunt immixte. Si enim
diuersorum predicamētor̄ esset vna essentia cum essentia
⁊ quidditas sint idem sequereť q̄ eorū que pertinent ad
diuersa predicamenta esset vna quidditas. Sed que hñt
vnā quidditatem ⁊ essentiam sunt idem specie vt ex pb̄o
superius manifeste habebitur. Quecūq; autem sunt idez
genere non sunt diuersorum predicamentorū. Ergo po/
nere vnā esse essentiam eoruz que ad diuersa p̄dicamēta
ptinent est ponere ea que sunt diuersorum generum non
esse diuersorum generū. Quod est implicare ꝺditionem.
¶Ad. 17m dōm q̄ relatio dupliciter aliqd ponit. Uno
fundamentaliter. Alio essentialiter. Fundamentaliter qui
dē relatio ponit suum fundamentū. Essentialiter autē po/
nit respectum realem ad aliquid. ¶Relatio ergo equalita/
tis ponit quantitatem ꝓo fundamēto ponit tamē respectū
realem essentialiter ⁊ in ꝓpꝛio genere. Qō autem quā
titas sit quid diuersum ab equalitate ⁊ equalitas a simili
tudine: concedit Doc. S. in de potentia. q. 3. ar. 3. ad 7m.
si solutio eius adaptetur argumento. Arguit. n. ibidez sic.
Omnis relatio realiter in reb⁹ existens acquiritur ab ali/
quo qō est diuersū ab ipsa relatione: sicut a ēntitate equa/
litas: ⁊ a qualitate similitudo. Si ergo creatio sic aliq̄ rela
tio i creatura aliquid exīs: opz q̄ dr̄at ab eo a quo acqui
ritur. ¶Ad qō respōdet concedendū assumptum. Et ad
sequelam dicit q̄ id a quo relatio creationis acquirit̄ ꝑn/
cipaliter: est res subsistens a qua differt ipsa creatio rela/
tio. ¶Nec ille. ¶Uerūtamen q̄ in responsione formaliter
hoc nō concedit sed transit ideo nō adduxi hoc per aucto
ritatē: ne emulus diceret q̄ assumerem arḡm ꝓo auctori
ate. Sed tn̄ si aliquis soluere voluerit predictū argumē/
tum ad formā cōcedet assumptū ⁊ solvet sicut dictuz est.
¶Ad 18m dōm q̄ vnio accipit̄ dupliciter. Uno ꝓo re/
latiōe quadā que cōsurgit ex cōiunctione duoꝝ in aliquo
vno. Et sic nulla vnio est essentialiter amor. Alio accipi/
tur vnio ꝓo illo in quo plura vniunt̄ fundamētaliter. Et
sic vnio. i. illud in quo fit vnio est amor. Similiter amor
potest accipi tripliciter. Uno ꝓo passione anime que pti
net ad partem cōcupiscibilem. Alio ꝓo simplici actuvo
luntatis. Et istis duobus modis vnio non est essentialiter
amor. Tertio modo accipit̄ amor ꝓo vnione amātis ad
amatum. Et sic vnio dr̄ amor essentialiter. vnde non opz
q̄ relatio sit realiter suum fundamentum. ¶Ad 16m dōz
q̄ accidentis ad s̄bm nulla est relatio de genere ad aliqd:
sicut hic vult pb̄us expresse ⁊ Doc. S. vt superius in hac
questione dictum est vnde argumentum supponit falsuz
Qō autem nulla sit habitudo accidentis ad s̄bam: hoc nō
hētur a Doc. S. ibidem. Sic ergo false doc. sanctum ad/
ducit. Habetur bene ibidem q̄ inter s̄bm ⁊ qualitatez ⁊
quantitatē non cadit medium. Non tn̄ pp hoc sequitur q̄
accidentis ad s̄bam non sit habitudo. ¶Ad 20m dōm q̄
ibi est fallacia figure dictionis. Mutatur. n. ibi qd in hoc
aliquid vt vult Doct. S. in p̄a parte. q. 24. ar. 4. ad. 2m.
vbi sic dicit. Nec sequitur. paternitatē hz pater: ergo pa/
ternitatē hz filius. Mutatur. n. aliquid i hoc aliquid. Nec
ille. ¶Uerūtamē non est incōueniēs q̄ aliquid sit i patre
cū implicatione p̄sonalis ꝓprietatis: qō nō est i filio. Nec
etiā est incōueniens q̄ aliqua pfectio cū implicatione pso
nalis ꝓprietatis sit in patre: que non est in filio. Sicut sapi
entia generans dicit perfectionem. Alias non conueniret
deo. Sed sapīa generans est in patre: ⁊ tamen non conue
nit filio. Similiter sapiētia genita est in filio ⁊ non in pr̄e.
Non tamē ꝓpter hoc sequitur q̄ simpliciter aliquid est
in patre: qō non est in filio: si tamē p̄dictum argumētum
procedit de relatione reali in cōmuni ⁊ nō de relatiōe ac
cidētali de genere ad aliqd vt sepius dictū est. ¶Ad 21m
dōm q̄ ad rationez motus sufficit inductio noue rei que
posset p se terminare motum. Sed relatio lz sit res que/
dam tamē non pōt per se terminare motum: sed per suuz
fundamētum q̄ prodūcitur ad productionē sui fundamē
ti. Uñ argumētum nullum est: sed concludit potius con/
tra ipsum. Nā ex eo q̄ nō pōt p se terminare motū ⁊ fun
damētū p se terminat motū. sequitur q̄ nō sunt vna res vt
dictū est in corpore articuli. Et est tale argumētū ac si ar/
gueret sic. Si nālis poa esset q̄dam res distincta a s̄ba se/
quereť q̄ ad eā posset esse p se motus. Sz hoc est falsuz:
q̄ ad secūdā spēm q̄litatis non est p se motus cū in indini
fibili cōsistat. Ergo nālis poa nō esset quedam res. Si sol
uis hoc argumētuz solues ⁊ illud. ¶Ad. 22m dōm q̄ nō
est simile de augmētatione ⁊ relatione: q̄ augmētatio p
se terminat̄ ad quantitatē. Motus vero nō p se terminat̄
ad r̄onē. Et q̄ dicit q̄ in augmētatione nō acquirit̄ quan
titas: hoc est falsum. Si. n. nō acqreret̄ p augmentationē
quātitas pfecta p se: augmētatio non esset motus p se. Et

sic non esset motus per se ad quantitatem. Quod est contra pbum. ¶ Nec est vanum querere ad relationez possit eē motus p se: qz relatio cū sit parue entitatis ab aliquib⁹ credebatur qꝫ esset illa res que est suum fundāmētū. Jō sicut ad fundamētū pōt per se motus terminari: ita veri/similiter aliqui crediderūt qꝫ etiā ad relationē posset p se motus terminari. Jdeo ostēdit qꝫ relatio nō potest per se terminare motum. Ex quo sequit̄ qꝫ relatio non est realiter suū fundamētū. ¶ Et p hoc pz solutio ad. 23^m. ¶ Ad 24^m. dōm qꝫ hoc argumētū cōcludit ex falsis verū. vz. qꝫ modus essendi lz non dīat a relatione: dīt tamē a suo fundamento: sicut modus quātitatis concesso qꝫ non differat a quantitate: tamen propter hoc non sequitur qꝫ non differat a suo fundamento. Similiter concesso qꝫ modus essendi ad aliud non differat realiter a relatione: non tamen sequitur qꝫ non dīat realiter ab alijs predicamentis. ¶ Uerūtamē falsum assumit. Manifestū est. n. qꝫ in omni ente creato essentia differt realiter ab esse ⁊ suppositz ab essentia. Nihil. n. est suū esse citra primū ens. Si ergo cū ſba sit ens creatū. falsum est dicere qꝫ realiter est suum esse. s. qꝫ ſba sit ipsum esse per se. Nec est incōueniens qꝫ ſba sit ens per se: qz nō est in alio sicut accidēs in ſbo. Et ē p aliud effectiue ⁊ formaliter. Et est per se sicut p id quo hz eē. De quo iferi⁹ clarius disputabit̄ in. 12°. hui⁹. q. 6. ar. 2. ¶ Ad. 25^m. dōm qꝫ relatio creata accītalis fm propriam rationem dicit aliquam bonitatē respectuā ⁊ absolutā. Tamē propter hoc nō sequitur qꝫ in diuinis aliqua bonitas absoluta sit in pr̄e que nō sit in filio. sed bene sequitur qꝫ in pr̄e sit aliqua bonitas cū implicatione personalis ppr̄ietatis qne nō sit in filio sicut dictū est. ¶ Uerumtñ i diuinis relationes nō distinguunt̄ a suo fundamēto: neqz etiam dicunt aliquid secluso fundamento. Unde arg^m̄ p/cedit ex falsa suppōne. ¶ Ad. 26^m dōm qꝫ vtrobiqz est relatio realis. Una actualis alia aptitudinalis. Unde nō sequitur qꝫ in sole essent infinite relationes. Jmo nō est nisi vna relatio in sola ad omnia calefactibilia que. s. fundatur super po^a calefactiua solis. Et cum illa sit vna in specie ⁊ i numero: sequitur qꝫ in sole sit trīs vna relatio calefactibilitatis: vt ex supradictis satis pz de vno patre. ¶ Ad. 27^m. dōm qꝫ ad relationē p̄t esse motus per accidens sicut vult
Lec. 3. Doc. S. in. 5°. phy^e. Et tamen pp hoc non sequit̄ qꝫ erit processus in infinitū. Nec sequit̄ qꝫ actionis sic actio: qz p/ducto fundamēto per aliquam actionez producit̄ relatio ex consequenti per quandam concomitantiā. ¶ Ad. 28^m. dōm qꝫ illa relatio abstracta a suo fundamento per intellectū si possibile sit: realiter erit in: lz non fm modū intelligendi. Et realiter ⁊ essentialiter erit ad non sicut id qō referr̄: sed sicut id per quod aliqd referr̄ ad aliud. Sicut albedo intellecta sine pariete realiter est in pariete: nō tamē fm modū intelligēdi dum per intellectū abstrahitur. Sic ēt relatio de gñe ad aliqd semper est in ſbo: lz aliquādo p intellectū abstractiue designet̄. ¶ Ad 29^m. dōm qꝫ maior est vera dūmodo posterius nō includat̄ in ratione prioris. Relatiuū. n. pōt intelligi sine correlatiuo. cū ex natura fundāmēti relatiuū precedat correlatiuū: lz nō in relationis rōne. Sed minor est falsa. Et ad probationē dicendū qꝫ lz nō possim intelligere duo similia in sensu composito vt. s. similia sunt sine similitudine: possum tñ itelligere duas albedines super quibus fundant̄ due similitudines sine similitudine. ¶ Ad vlt^m dicendum qꝫ ibi sunt due similitudines in duob⁹ similib⁹. Et casu admisso dicendū qꝫ in sorte acquirit̄ similitudo de nouo quantū ad esse cōpletū similitudinis. nō autē totaliter. s. quantum ad esse radicale ⁊ fundamētale sicut dictū est in corpore articuli. Et talis similitudo p̄ducit̄ de nouo ab eo qui produxit albedinem in platone parisius. Agens igit̄ qō produxit effectus suos per naturalē transmutationē opz qꝫ sit simul cuz effectu. Agent autē p cōtactum virtutis aut quidditatiuuz nō opz qꝫ illud agens sit simul cū eo qō per ipsum producitur in aliquo per aliquam concomitantiam dummodo illud possit produci sine aliqua mutatione presentialiter occurente: sicut accidit in relationibus similitudinis ⁊ eqlitatis aut etiam ydemptitatis sicut dictum est. ¶ Patet ergo ex predictis qꝫ rationes predicte lz sint multe ⁊ vane in quantitate: pauce tñ sunt ⁊ modice in valore. Quas in mediuz nequaqz protulissem: si aduersarius per eas metem Doc. S. vt sposponsit super pteritis voluisset declarare. Qō tñ ab eo minime factū esse. Neqz mirum. Quoniz ipossibile est ab eo fieri: ipossibile ē factū esse. Ad. 2. Sicut ab eo fieri nō potuit: indeclarabile ab eo manifit.

¶ Jbi in philosopho ⁊ Doctore Sancto.

a Duigesimum

sic procedit̄. Uīf qꝫ correlatiuum non includat̄ in quidditate relatiui. nā ea que realiter specifice distinguunt̄ sic se habent qꝫ vnū nō est de essentia ⁊ quidditate alterius. Sed relatiuum ⁊ correlatiuū realiter ⁊ specifice distinguunt̄. Ergo ⁊c. ¶ P̄ 2°. Relatio saltem in gñe generalissimo non hz terminum. Alias predicamentū ad aliquid essent duo genera: ⁊ per cōs ibi essent duo minima. Sed hoc est falsum. Ergo nō hz correlatiuū neqz terminuz. Et per cōs relatiuū nō ēt de itellectu correlatiui. ¶ P̄ 3°. Si correlatiuū ēt de itellectu qdditatiuo suū correlatiui. tate relatiui: seqr̄et qꝫ esset circulatio i eoꝝ diffinitionibus qz ēt relatiuū ē de itellectu correlatiui. Sz hoc ē icōmens. Ergo ⁊c. ¶ P̄ 4°. Illud qō ponit̄ i diffinitiōe alicui⁹ ens pdicat̄ de eo i pō mō dicēdi p se. Sz terminus rōnis nō pdicat̄ de relatiuo i pō mō dicēdi p se: cum ab eo realiter distinguat̄. Ergo ⁊c. ¶ Sz dicebat qꝫ hz nō pdicet in pō mō dicēdi p se in recto: bñ tñ pdicat̄ de eo in obliquo. ¶ Cōtra: qz ptes diffinitiōis ēntiales pdicāt i recto ō diffinito si pdicent̄ in pmo mō dicēdi p se: vt dīt pō posterio rū. Ergo solutio nulla. ¶ P̄ 2°. Illud qō diffinit̄ aliud tāqz p additamētū. pōt intelligi sine illo: sicut albedo pōt itelligi sine pariete. Sz relatiuū diffinit̄ per suū terminū latiuo. Et p cōs correlatiuuz nō ē de itellectu qdditatiuo relatiui. ¶ Cōfirmat̄. qz rō pōt itelligi sine suo correlatiuo. Ergo ēt pōt itelligi sine suo correlatiuo. ¶ Patet p cōs. qz sicut relatiuū hz hitudinē ad terminū: ita ⁊ ad fūm. ¶ P̄ 3°. Omnis pars pōr est suo toto p̄cipue ptes diffinitiōis fm nām: lz totū diffinitū sit prius nobis notuz vt pz pmo phy^k. Sz correlatiuū nō ē prius relatiuo sed sunt simul natura. Ergo correlatiuū nō est de qdditate relatiui. ¶ Sz i p̄riū arguit̄: qz si qs diffinite noverit vnū correlatiuoꝝ diffinite nouit ⁊ reliquū vt dīt in pdicamētis a pho. Ergo relatiuū hz diffiniri p correlatiuuz. Et p cōs correlatiuū ē de itellectu qdditatiuo relatiui. ¶ P̄ 4°. Porphyrius dicit i pdicabilib⁹ qꝫ necce est in vtrisqz vtrorūqz rōnib⁹ vti. Et loquit̄ ibi de relatiuis. Ergo idez qō prius. ¶ P̄ 5°. Illud est de itellectu qdditatiuo alteri⁹ sine quo alter intelligi non pōt: Sed relatio seu relatiuum nō pōt itelligi sine termino aut correlatiuo. Igit̄ idē quod prius.

Respondeo

dōm qꝫ cuz rō hēat p̄priā rōnē gñis vel spēi vt dicit doc. S. ex respectu hēat p̄priā rōnē gñis vel spēi vt dicit doc. S. i q̄libetis q̄libeto. 9. q. 1. ar. 3. nccē ē dicere qꝫ rō depēdet ex duob⁹. s. ex ſbo tā p° q̄ 2°. s. tā ex ſba qꝫ fundamēto ⁊ ex correlatiuo qō terminat̄ p̄priā rōnē gñis. Et qz eadem sunt p̄n^a diffiniēdi ⁊ essendi vt hētur in. 2°. huius: ideo relatio hz diffiniri ⁊ p suuz fundamentū ⁊ per suum terminuz. ¶ Sz cōsiderādum est p° qꝫ triplicit̄ aliqd ponit̄ i diffinitiōe alteri⁹. Uno° p additamentū: qđ. s. illud a quo illud dīt poni in diffinitiōe eius p additamētū. Alio° terminative seu obiective. Tertio° ponit̄ aliqd i diffiniti vt puta genteri⁹ essentialiter sicut p̄n^a essentialia diffiniti vt puta gen ⁊ dīa: qz ergo fundamētuz est alteri⁹ gñis a relatiuo que tñ sunt qz correlatiuuz realiter distinguit̄ a relatiuo ponit̄ in diffinitiōe eiusdē pdicamēti: iō fundamētuz ponit̄ in diffinitione relatiui nis p additamētū correlatiuuz vero obiective seu terminative: nō tñ essentialiter. Ex quo pz qꝫ aliud est poni in diffinitiōe alicui⁹ cōiter: ⁊ aliud est poni in diffinitiōe alicuius essentialiter aut qdditative. Fundamētum. n. ponit̄ in diffinitione

diffinitione relativi cõiter similiter ꝛ correlativum: nõ tñ eẽntialiter ꝛ qdditative. ¶ Dõm ẽ ergo ꝙ correlativũ ñ includit inquiditate siue diffinitione relationis ꝛ essentialiter ꝛ qdditative: ſz magis obiective: nisi forte circũlocutiue inq̃tuz ꝑ talẽ terminũ circũlogimur ꝑpriã rõnẽ rõnis aut ꝑpriuz ei⁹ gen⁹. vñ cõiter ꝓcedim⁹ ꝙ correlativũ ẽ de diffinitiõe relativi: nõ tñ de eẽntia aut qdditative ei⁹ sicut ẽt dicim⁹ ꝙ ſbm est de diffinitiõe accẽtis: nõ tñ ẽ de eẽntia aut qdditate ei⁹: qz nõ ponit ĩ ei⁹ diffinitione sicut idẽ sint. nõ tñ diffinitio ĩ cõi ꝛ qdditas idẽ sunt: ſz dfunt siẽ diffinitio. Nõ tñ oĩs diffinitio ẽ diffinitio qdditativa vt infra in. 7°. huiꝰ declarabit. q. 8. ar. 1. Uñ nõ sequit ꝙ si sit de diffinitione: ꝙ sit de essentia aut qdditate ei⁹. ¶ Consideraduz vlteri⁹ est. 2°. ꝙ aliqd esse de itellectu qdditati ꝑtie: ꝙ dicẽdo ꝙ oẽ illud sit de itellectu qdditativo alterius sine quo altex itelligi nõ põt sine sit pars essentie ei⁹ relativi seu relatiõis. Similiter ſbm est sic de itellectu qdditativo accẽtis. Aliꝰ ꝑtie vt plures loquunt. vz. ꝙ illõ solum dicat de itellectu qdditativo alicui⁹ qõ eẽntialiter includit in eo vel sicut superi⁹ in inferiori aut sicut dfia essentialis gñica vel specifica. Et sic correlativuz nõ includit in intellectu quidditativo relationis neqz ſbm in itellectu accẽtis. ¶ Et ꝙ hoc multa soluũt arguméta si debite fiat applicatio ad ea. ¶ Cõsiderandũ est autẽ. 3°. ꝙ Frãciscus de Mayronis in 2° sniarum sicut adducit Antonellus archyepus circa finẽ huius quinti vult ꝙ relatio terminetur aliqñ ad aliqd absolutum dicens ꝙ aliqua relatio fundat sup absoluto ꝛ terminatur ad absoluttuz: sicut relatio similitudinis inter duas albedines. Aliqñ fundat in respectu ꝛ terminat in respectum: sicut distinctio inter duas similitudines nãles ꝛ specificas. Aliquando fundat in absoluto ꝛ terminat in respectum: sicut prioritas qua fundamẽtũ dr esse prius relatione fundat quidẽ in absoluto ꝛ terminatur in respectũ. Aliqñ ecõuerso: sicut ꝓritas aut posteriozitas ad fundamẽtũ. Sz istõ dcm nõ ꝑt stare si itelligat de terminis itrisecis rlationis. Nã termin⁹ itrisecus ẽ in eodẽ gñe cũ eo cui⁹ ẽ termin⁹. Sz fundamẽtũ aut absolutũ nõ ẽ ĩ eodẽ gñe cũ rlone q̃ ẽ ens respectiuũ. Ergo cũ fundamẽtum sit gõdaz ens absolutũ inq̃ntũ hmõi relatio intrinsece nõ põt terminari ad fundamentũ aut ad aliquod aliud absolutum. Si aũt fiat locutio ꝺe termino extrinseco seu secũdario: sic nulluz est incõueniẽs dicere ꝙ relatio terminat ad fundamentũ oppositi relationis extrisece. ſ. nõ aũt intrinsece. Manifestuz est. n. ꝙ pater refert ad filiuz tanq̃ ad terminũ siue dependentie: nõ aũt ad potẽtiaz passiuam filij aut ad genitum esse nisi extrinsece: Quia relatio includit in sui rõne oppositionẽ relativã sicut supius ex adductis ꝑz per Doc. S. Sed oppositio relativa que cunq̃z sit illa terminat ad relativũ oppositum: et nõ ad suuz fundamentuz immediate et tanq̃ ad terminũ primũ. Ideo relatio terminat intrinsece ad correlativũ et ex ꝓsequenti ad fundamentuz. ¶ Et ſz terminus sit de qdditate aut de essentia oppositi relationis: terminat tamen eam in eodẽ genere. Unde oĩs termin⁹ intrinsecus rlonis est correlativum et ecõtra: ſz scola Scotistaꝝ hoc nõ admittat. ¶ Cõsideranduz est insup 4°. ꝙ Antonellus archyepus vbi supra. dicit in ꝓma ꝓclusione ꝙ relatio nõ includit in suo ꝓprio cõceptu terminuz: cum terminus sit quid extrinsecũ rloni: Unde si diffiniat relatio per terminuz: erit per additamentuz: ¶ Sed si ꝓdictus opinator velit dicere ꝙ relatio posset concipi aliquo ꝑpio conceptu et qdditativo nõ cõcipiendo correlativuz: nullatenus est cõcedendum: qz relativuz ꝛ correlativuz sunt simul natura. i. naturali intellectu: qz vnum includit in suo intellectu aliud: vt dicit Doc. S. in ꝑa parte. q. 13. ar. 7. ad. 6ᵐ. vbi sic ait. Nõ opz cõsiderare ordinem rerum de qbus relativa dicunt sed significationez ipsoꝝ relativoꝝ. Si. n. vnuz claudat in suo intellectu aliud et ecõuerso: sunt simul natura sicut pater et filius ꝛc̃. Hec ille. Unde si quis intelligat patrem: intelligit filium: qz pater est res habens filiuz et ecõuerso. Si vero intelligatur ꝙ correlativuz non est in intellectu qdditatis relationis sicut pars essentialis vt genus aut differentia: sic bene dicit: et rõ sua cõcludit. ¶ Uerumtamẽ id qõ subiungit: non cõmuniter cõceditur in scola Doc. sancti. vz. relativum si diffiniatur per correlativuz: ꝙ illa diffinitio est per additamentuz. Nam ad hoc ꝙ aliquid diffiniatur per aliud tanq̃ per additamentum: opz ꝙ sint diuersoꝝ generum ꝑdicamẽtoꝝ. Quod videt inuere Doc. S. in de esse et essentia. Ait. n. ꝙ non põt dici ꝙ materia in diffinitione substãtie naturalis ponat sicut per addituz essentie eius vel ens extra animam: qz hic modus diffinitionuz ꝓprius est accidentibus que pfectuz differentiam nõ hñt. Unde opz ꝙ in diffinitione sua subiectuz recipiãt qõ est extra genus eoꝝ. Hec ille. Ecce ꝙ diffinitionem per additamentuz vocat qñ aliquid diffinit per aliud qõ est extra suum genus. ¶ Idem innuit in quolibetis quolibeto. 9°. q. 3. ar. vnico ad p̃m vbi dicit ꝙ dicit diffinitio ꝑ additionez quãdo in diffinitiõe ponit aliquid quod est extra essentiam diffiniti: sicut nasus ponitur in diffinitione symi. Hec ille. Cum ergo rlon ꝛ correlativum sint eiusdem generis: vnũ nõ diffinit ꝑ altex ꝙ additamentũ sicut dcm ẽ.

a **Bertium** sic ꝓceditur. Uidet ꝙ ille res non sint diuerse: quarum termini sunt diuersi accipiēdo terminum quarto modo. ſ. ꝓ diffinitione qđditatiua siue dicente qđ quid erat esse. Hā vnius rei sunt plures cause. Ergo ⁊ plures diffinitiones. Aliqua. est enī diffinitio causalis a causa effitiente sumpta. Alia mālis. ⁊ alia formalis vt pz in pbo de aīa. ergo cuz diffinitio det per causam: vni⁹ rei possunt eē plures diffinitiōes. ¶Ꝑ 2⁰. Diffinitio que datur per finem dicit esse potissima: cū talis sit medium demonstrationis potissime nec sit resolubilis ad aliquam aliam ꝓr̄ē. Sed diffinitio mālis est resolubilis in aliquam ꝓr̄ē scz in finalem vnde diffinitio mālis dī cōclusio demōstratiōis. Igit idē ꝙ ꝓr⁹. ¶Ꝑ 3⁰. Aliqua est diffinitio que est in medio demōstrationis aliqua est diffinitio que est cōclusio demōstrationis: aliq̄ vero que dī tota demōstratio sola positio nihil dīns vt pz ꝑ⁰ posteriox. Sz tales pñt esse eiusdē rei sicut ibidē patet ꝙ ibi dant due diffinitiōes demōstrationis quax vna demōstratur p aliā. Ergo ⁊c. ¶Ꝑ 4⁰. Sapia ⁊ scia ⁊ po⁸ dīnt ī deo ſm diuersas diffinitiones. ⁊ tamen sunt in deo idem ſm rem. Ergo ⁊c. ¶Ꝑ 5⁰. Actio ⁊ passio sunt idē Lec. 6. Lec. 16.

ſm rem vt pz.3°.phy^{x} ſm phm ⁊ Doc.S. Et tamē habent diuerſas diffinitiones dicentes quodquid erat eſſe vt dicit ibidem phus expreſſe. Igitur ⁊c. ¶ Sz cōtra eſt Doc.S. in pñti lcōne dicēs. Si.n. dſta vna addat vl ſubtrahat in diffinitione: iam nō erit eadē res. Hec ille. Ergo a fortiori variata tota diffinitione: variantur ⁊ res.

Reſpondeo dōm ꝙ vnius rei eſſe plures diffinitiones: poteſt ītelligi dupliciter. Uno° ſm eandem conſiderationem eiuſdē rei. Et ſic vnius rei. ſ. vno modo conſiderate nō pñt eſſe plres diffinitiones ſiue tales diffinitiones ſint deſcriptiue ſiue quidditatiue: qz ſemper vna earum eſſe ſuperflua. Alio° ſz diuerſaz cōſiderationē eiuſdē rei. Et hoc dupliꝛ poteſt intelligi. Uno° ꝙ vnius rei ſint plures diffinitiones qd nois aut deſcriptiue. Et ſic eiuſdē rei poſſunt eſſe plures diffinitiones ſicut pz in porphyrio de genere ⁊ in predicamentis de prima ſba ⁊ ſic de ſimilibus. Alio° ꝙ eiuſdē rei ſint plures diffinitiones eſſentiales. Et hoc dupliciter Uno° accipiendo diffinitionē eſſentialem cōiter pro omni diffinitione que indicat qd rei per eſſentialia: ſiue indicet quod quid erat eſſe totaliter ſiue nō. Et ſic etiam vnius rei poſſunt eſſe plures diffinitiones eſſentiales que dicunt quid rei: nō antē quodquid erat eſſe ſz omnē modū cognoſcendi eſſentialem. Alio° loquendo de diffinitione quidditatiua que īdicat totaliter quodquid erat eſſe a prima po^{a} vſqz ad vltimum actū: ſicut innuit hic Doc.S. Et hoc dupliciter pōt intelligi. Uno° ꝙ eiuſdem rei que eſt vna ſba tm̄ plures tm̄ ſm ſpēm ſint plures tales diffinitiones. Sicut album ⁊ dulce in lacte vel albedo ⁊ ſuperficies. Et ſic vnius rei poſſunt eſſe plures diffinitiones qd ditatiue. ⁊ de facto neceſſario ſunt plures. Alio° loquēdo de eadē re que eſt vna ſm numerum ⁊ ſpēm. Et ſic eiuſdem rei eſſe plures diffinitiones quidditatiuas adhuc pt ītelligi dupliciter. Uno° ꝙ ille diffinitiones ſint plures ⁊ diuerſe ſm vocem tm̄: Sicut ſi vna res diffiniretur p diuerſa ydiomata eandem rem ſignificantia. Et ſic etiā eiuſdem rei pñt eſſe plures diffinitiones que. ſ. dātur per diuerſa idiomata vl per diuerſas cauſas vel terminos eiuſdē rei. Alio° ꝙ tales diffinitiones ſunt diuerſe ſm ſignificata. Et ſic impoſſibile eſt ꝙ eiuſdē rei ſint plures diffinitiones quidditatiue. ¶ Cuius ratio eſt. qz vt hic dicit Doct. S. variata differentia vna ipſius diffinitionis aut vna addita ſiue ſubſtracta variatur res. Non.n. remanet eadem res: vt ipſe hic formaliter dicit. Ergo a fortiori variata diffiniti5e tota nō remanebit eadē res. qz nō pt variari tota diffinitio ſine ſubtractione aut additiōe none differentie. cum differentia cōpleat diffinitionē. Ergo eiuſdem rei nō poſſunt eſſe plures diffinitiōes quidditatiue. ¶ Ꝺ 6°. Diffinitio eſſentia ⁊ quidditas idem ſunt ſz rē variata ergo diffinitione quidditatiua variatur eſſentia. Impoſſibile eſt igitur ꝙ ſint diuerſe diffinitiones: niſi ſint diuerſe eſſentie ſignificate p eas. Et ſic vnius eſſentie non poſſunt eſſe diuerſe aut plures diffinitiones. ¶ Ꝺ. 7°. Diffinitiōes ſunt ſicut numeri vt dicit phus. 8. huius. Sz abſtracta aut addita vna vnitate variatur ſpēs numeroꝝ. Ergo ēt variata diffinitione variatur eſſentia rei. Hāc rationez formaliter innuit Doc. S. in de veritate. q. 21. ar. vltimo ad 3^{m} vbi ſic dicit ꝙ ſm phm in. 8. methaphyſice ſicut in numeris quelibet vnitas vel addita vel remota variat numeri ſpeciem: ita etiā in diffinitionibus quodlibet additum vel remotum diuerſam ſpeciem cōſtituūt. hec ille. nota ibi qualiter diuerſam ſpeciem conſtituunt. ¶ Sed volebat dicere aduerſarius ꝛz balbuciens nullatenus exprimere valuerit. ꝙ vnius rei pñt eſſe plures diffinitiones quaruz nulla p ſe totum eſſe diffiniti exprimit ſaltem quātum ad oēm modum eſſendi. ¶ Cōtra: Quia ſi ſit aliqua diffinitio que nō exprimit totum eſſe diffiniti ſm oēm modum eſſendi eſſentialē talis diffinitio non erit quidditatiua nec ꝓprie erit terminus dicit.n. Doc.S. in pñti lcōne ꝙ diffinitio dr terminus cognitionis. qz cum ad eaz peruentū ſic habetur perfecta cognitio. Dicitur ēt terminus qz ūtra eā continentur ea per que res ſcitur. Uſi

Lec.3. ⁊ cō.10.

plicat dicere aliquam eſſe diffinitionem quidditatiuam ſiue terminuz cognitionis: vt dicere ꝙ per eaz diffinitio rei non totaliter terminatur loquendo de cognitione eſſentiali ⁊ a priori ſm naturā. Secus ſorſan eēt ex pte cognitis qui procedit a poſteriori ad prius ⁊ a materialibus ad quidditates. ¶ Ad tres igitur primas rationales patz ſolutio ex dictis. ¶ Ad 4^{m} dōm ꝙ ſapientia ⁊ ſcientia aut potentia poſſunt dupliciter conſiderari. Uno° i creaturis. Et ſic diſtinguuntur realiter ⁊ habent diuerſas diffinitiones ne quidditatiuas. Alio° conſiderant ſm ꝙ ſunt in deo. ſ. ſapientia vt diuina ⁊ ſcientia vt diuina. Et ſic diſtinguunt ſm rationem non dicentem quodquid erat eſſe ſed dicentem quid. Et ſic ſunt idem ſm rem ex pte eius in quo ſunt tm̄: ⁊ non ex propria ratione. Unde in deo non habent diuerſas diffinitiones quidditatiuas neqz differunt realiter. Et hoc eſt quod innuit Doc.S. in de veritate. q. 21. ar. 1. vbi ſic ait. Aliqua poſſunt eſſe vnum in deo ſm rem vel dupliciter. Uno° ex parte eius in quo ſunt tm̄ ⁊ non ex propria rōne: ſicut ſcia ⁊ po^{a}. Nō.n. ſcia ex hoc quod eſt ſcia eſt idē qō potētia ſm rez: ſed ex hoc ꝙ eſt diuina. Et etiā ſicut ſunt idem in re in deo. in creaturis reperiuntur differre ſm rez. Alio° ex ipſa rōne eorum que dicuntur eſſe vnū realiter in deo. Et ſic bonuz ⁊ ens ſint vnuz realiter i deo: qz de ratione boni eſt ꝙ non differrat ſm rē ab ente. Hec ille ⁊ cē gloriose. ¶ Sciendū eſt etiam ꝙ illa attributa que in deo differunt ſm rōnē rei rōnabilis. non differant ſm talem rationem que adequet totam eſſentiam rei vt dicit Doc. S. in de po^{a}. q. 8. ⁊. 9. Unde non operatur ꝙ differant realiter. Sz ſi ille rationes attributales diceret totam eſſentiam dei ſic impoſſibile eſſet in deo eſſe diuerſa attributa ſm rationez diſtincta vt infra patebit. ¶ Ad vltimū dōm ꝙ actio ⁊ paſſio dſunt realiter. vno realiſſime vt infra pbabitur. q. 22. ar. 3. Et etiam ex Doc. S. hic concluditur hoc ꝙ potentiarum ſunt diuerſe quidditates ⁊ diffinitiones dicentes quod quid erat eſſe. Ergo non ſunt vna res: quia vt hic dicit Doc. S. ſi variatur differentie. non remanet vna res. Hec enim verba eius non volui de facili pertranſire.

¶ Queſtio. 19. De modis ſm ꝙ ⁊ de modis per ſe.

Super conſiderandum eſt de modis ſm ꝙ ⁊ de modis per ſe. Et quia ſm ꝙ ⁊ per ſe ſz alidis quem eorum modum ſignificat diſponideo in preſenti occurrit duplex conſideratio. ¶ Primo conſiderandum eſt de modis ſm ꝙ ⁊ de modis per ſe. ¶ Scōo de modis ſine de multiplicitate diſpōnis. ¶ Circa primū querunt duo. ¶ Primo vtrum modi ipſius ſm ꝙ ſint bene a pho aſſignati. ¶ Scōo vtz mō p ſe aut pp ſe ſint bene poſiti. ¶ Ibi in pho ⁊ Doc. S. Et ſm qō eſt ⁊c. in lec. 17.

a **Ꝺ primum** ſic pceditur. Uſ ꝙ modi ſz ꝙ nō bñ enume- 4°.9.
rent a pho in pñti cap. Nā ens eſt ſm qō aliqua dicuntur ſcibilia. Dictuz eſt.n. ſuperius i 4° huius ⁊ in primo huius ꝙ ens ſcōm ꝙ ens eſt ſm in hac ſcientia. Et tamen iſte modus non continetur ſub predictis modis phy. Igitur ⁊c. ¶ Ꝺ 2°. Quicquid conuenit alicui ſcōm ꝙ tale: omni tali conuenit: ſicut quicqd conuenit homini ſcōm ꝙ homo conuenit omni homini. Sed eſſe coloratum ſcōm ſuperficiem non conuenit omni ſuperficiei. qz celum non eſt coloratum. Ergo ſuperficies non eſt ſm qō aliquid dicitur coloratum. Et ſic iſte modus eſt male aſſignatus. ¶ Ꝺ 3°. Scōm ꝙ attribuit deo. Dicitur.n. ꝙ ſcōm ꝙ deus eſt intelligens producit verbū quod eſt filius dei. Et tamē deus nō eſt nec forma. cū forma ſit altera pars ꝓpoſiti vel ſit ipſm totū vt in ſubſtātiis ſeparis qō deo nō ꝓuenit. Nec ēt è mā. neqz eſt ficiēs filii qz efficiēs realr dr a ſuo effectu: qō alienū eſt a deo Neqz ēt poſitionē hz. Ergo iſte modꝰ nō ꝓuenit modis a pho aſſignatis. ¶ Ꝺ 4°. Dicim^{9} ꝙ hō ſz ꝙ hō eſt homo

est homo. Et tamen ibi ſm q̄ non denotat aliquā cauſaz. Alias iſta propoſitio homo eſt homo non eſſet immedia/ ta. Qđ eſt ꝯ Doc. S. in pñti lcõne. Nā ēt ibi ſm q̄ ſignificat poſitionē aut diſpõnez. Cũ ergo alij modi nõ ennume/ rentur a pho: ſequit idē qđ prius. ¶ Sed ꝯ ē pbus ī tex qz rei vt ſm q̄ dicit mutiplr. Uno° ꝟz ſpēm ⁊ ſbaz cuiuſ tum eſt fieri: vt color ī ſupficie: pmuz quidē igit dcm̃ ē ꝟz q̄ ſpēs ē. 2° autē mā cuiuſq; vt ſbm vnicuiqz pmũ. Oino vero ipm ſm q̄ quotiens ⁊ cauſa exiſtat. Naz ſm q̄ ve/ nit aut cuius cauſa venit dictum dicitur.

Reſpondeo dõm q̄ ipſuz ſm q̄ dr̃ q̃ttuor modis in gñe. ¶ Primo mõ vt ſpēs. i. forma ⁊ vt ſba. i. eſſentia rei eſt id ſm qđ aliqd ē dicit: ſicut ſm platonicos p ſe bonũ. i. ydea boni eſt ꝟz qđ aliqs bonus dicit. Et ſicut aīa rõnalis eſt ſm quā ali/ quis dicit hõ. ¶ Scđo° put ſbm ī quo aliqd p° aptum natuz eſt fieri dicit ſm q̄: ſicut color p° fit in ſupficia. Et tõ dicit q̄ corpus eſt coloratuz ſm ſupficiē. ¶ Ex quo pz q̄ iſte modus differt a pdicto: q̄ pdictus ptinet ad formā Iſte āt ptinet ad mām. ¶ Tertio° dicit ſm q̄ put vir q̃libet cā dicit ſm q̄. Uñ totiēs dicē ſm q̄ q̃tiens dr̃ cā ſicut cũ q̃rimus ſm q̄ venit. i. cuius cauſa venit. ¶ Quar to modo dicit ſm q̄ pro vt ſignificat põnem ſiue diſpõnē vadit ſm hũc. i. iuxta hũc. Iſte ſtetit ſm hunc. i. iuxta hũc. Iſte dictorum modoꝝ ſic põt formari ſufficiẽtia. Nā ipſuz ꝟz q̄ poteſt accipi dupliciter. Aut ſpecificatiue. Et ſic ſumit q̄tus modus. Aut reduplicatiue. Et hoc dupliciter. Aut vt reduplicat cauſaz quācunqz indifferẽter. Et ſic eſt tertius modus. Aut vt reduplicat aliquā cauſaz pticularẽ. Et hoc dupliciter. Uel cauſaz formalẽ. Et ſic eſt primus modus vel cauſam materialẽ. Et ſic eſt ſecundus modus. ¶ Ali/ ter añt alii ſufficientiā aſſignant dicẽtes q̄ ipſuz ſm q̄ de/ notat bitudinẽ. Uel g° ſignificat bitudinẽ ſm poſitionem. Et ſic eſt quartus modus. vel bitudinem cauſe formalis. Et ſic eſt primus modus. vel habitudinẽ cauſe mãlis. Et ſic eſt ſecundus modus. vel bitudinẽ cauſe finalis aut effi/ cientis. Et ſic eſt tertius modus. ¶ Conſiderandum inſu per eſt 2° q̄ ipſuz ſm q̄ poteſt accipi dupliciter. Uno modo pter ſe nõ ſignificat ſz cuz alio. Alio° accipit cathegorematice. Et ſic ſignificat quādā diſpõnez quā ce. Et hoc dupliciter. Uno° vt accipit ſpecificatiue: ſicut cum dicim°. Ens: ꝟz q̄ ens eſt ſbm in methaphyſica. Et iſto° nõ opz q̄ illd ſm qđ aliqd dicit tale q̄ conueniat oi tali. Alio° vt accipit reduplicatiue. Et hoc dupliciter. Uno° put talis reduplicatio cadit ſupra modum ſignificãdi tm̃ ſicut cũ dicimus. Rio ſm q̄ relatio nõ dicit aliquid inherẽs. Alio° put talis reduplicatio cadit ſupra rem ſignificatã. Et hoc quadrupliciter. Uno° put reduplicat cauſam mãlez: vt oẽ cõpoſitum ſm q̄ eſt ꝟpoſitum ex ꝟriis eſt corrupti bile. Alio mõ put reduplicat cauſam formalẽ: vt triãgu/ lus ſm q̄ triãgulus hz tres angulos eãles duobus rectis ſm q̄ triãgulus. Tertio modo vt reduplicat cauſam efficiẽtẽ. vt ignis ſm q̄ calidus calefacit aquã. Ez. n. calor ſit pn̄m formale actio nis ex pte agẽtis: tm̃ cõcurrit effectiue ex parte patientis. Quarto° vt reduplicat cauſam finalẽ: vt rõnalis creatura ꝟz q̄ eſt capax eterne bitudinis aſſimilat angelis. ¶ Lõ ſideradum vlterius eſt 3° q̄ reduplicatio ipoztata p ipm ſm q̄ aliq̃ cadit ſup ſuppoſito. vt cum dicit Sortes ſm q̄ hic hõ eſt idiuiduuz. Aliq̃ vero cadit ſup nã: vt xp̃us ſm q̄ hõ eſt creatura vt pz p Doc. S. in tertia pte. q. 16. ar. 10. in corpore vbi ſit ait. Cum dicit xp̃us ſm q̄ homo hoc nomẽ hõ põt reſumi ī reduplicatione vel rõne nature. Si qdẽ reſumat in rõne ſuppoſiti cũ ſuppoſitũ humane nature in xp̃o ſit eternum: hec erit fal/ ſa. xp̃us ſm q̄ hõ eſt creatura. Si vero reſumatur rõne humane nature: ſic eſt vera. Sciẽdum tamen q̄ nomẽ ſic reſumptum in reduplicatione magis ꝓprie tenetur pro natura q̃z pro ſuppoſito. Reſumitur. n. in vi predicati qđ tenetur formaliter. Idem. n. eſt dictũ xp̃us ſm q̄ homo. ac ſi diceretur xp̃us ſm q̄ eſt homo. Hec ille formaliter

Idem dicit ibidem ar. 11. ⁊ 12.

Ad primum igitur dõm q̄ ibi in illa ꝓpoſi tione accipitur ipſuz ſm q̄ ſpe cificatiue ⁊ nõ reduplicatiue. Uerumtm̃ cõtinetur ſub ter tio modo: Qz obm alicuius ſcie ſpeculatiue ſe hz ad ſuuz habitum ſicut cauſa ad effectum vt ſupradictum eſt. q. 13. ar. 2. ¶ Ad 2m dõm q̄ nihil eſt coloratũ niſi habeat ſupfi ciem. vnde ſuperficies eſt ſbm primum coloris. Lz enī celum nõ ſit coloratum: nõ tm̃ pp hoc ſequitur q̄ aliquid eſt coloratum quod nõ hz ſuperficiem. Et ſic argumen/ tum male cõcludit. ¶ Sed forſan diceret aliquis q̄ ſi ſu perficies eſſet ſbm coloris cum ſuperficies poſſit augeri ī infinitum ſm extenſionem corporis: ſequeretur q̄ color poſſet in infinitum augeri. Qđ tm̃ eſt falſum: cum ſit quan titas nãlis. vnicuiqz. n. rei naturali determinata eſt cer/ ta quantitas vltra quam non ſe extendit vt pz per pbz 2° de anima. ¶ Ad hoc reſpõdet Doc. S. in. 1. pte. q. 7. ar. 3°. vbi dicit q̄ ſi loquamur de quantitatibus mathematicis: cuilibet finite quantitati poteſt fieri additio. qz ex pte quantitantis finite non eſt aliquid quod repugnet additio ni. Si vero loquamur de quantitate naturali ſic poteſt eſ ſe repugnantia ex pte forme cui debetur determinata q̃ti tas ſicut ⁊ alia accñtia ſunt determinata vt pbz dicit in 2°. de aīa q̄ oium nã pſtãtiũ eſt terminus ⁊ rõ magnitu/ dinis ⁊ augmẽti ⁊ inde eſt q̄ q̃ntitati toti° celi nõ põt fie ri additio. Adulto g° magis ī ꝓprius formis cõſideratur aliquis terminus vltra quẽ nõ ꝓgrediunt. Hec ille. ſic ergo q̃titas nãlis eſt determinata ⁊ color eſt in ſba medi ante q̃ntitate nãli ⁊ nõ mathematica. Jõ argm nihil ꝯclu/ debat. ¶ Ad. 3m. dõm q̄ duplex eſt efficiẽs. Quoddã ē efficiẽs nãle ⁊ creatũ qđ agit mediãte opatiõe nãli ⁊ mo tu q̃ opatio nõ eſt ſua eẽntia. Et tale efficiẽs differt realr ⁊ eſſentialiter a ſuo effectu. aliud eſt efficiens largo mõ ſum provocabulo. ſ. pro oi gñante ſine agente. Et ſic deꝰ pater dr̃ ꝓducere filiuz ī diuinis. vñ reducit ad tertiũ modum Uerũtm̃ nõ eſt cõcedendus q̄ deꝰ pater eſt cā efficiens fi lii: ne detur occaſio errãdi ifirmis. Eſt tm̃ bñ pn̄m ꝓducti/ uum filii. ¶ Ad 4m. dõm q̄ ibi ipſum ſm q̄ nõ reduplicat aliqd ſm rẽ: ſed ſolsm ſm modum. Uñ nõ opz q̄ ibi ſit cauſa per quã predicatum ꝓbetur ineſſe ſbo ſm rem. duplicat tm̃ cauſam formalem ſcđm modum ⁊ non ꝟz rẽ ſignificatam. vnde põt reduci ad primum modum.

¶ Ibi in pho ⁊ Doc. S. Quare ꝟz ſe dici multiplíciter.

a **B secundum** ſic ꝓcedit. Uide tur q̄ modi p ſe aut pp ſe nõ ſint ſufficienter aſſignati. Nā ī pº poſteriorum ponunt alii modi perfeitatis ab iſtis. Nā iterfectus ponit ibi vnus modus p ſe: hic autez nõ videtur ergo q̄ iſti male hic enumerent. Opz. n. dice re q̄ autem ibi pbus fuerit ſuperfluus aut hic diminut° ¶ Ꝑ 2°. Sbā 2ª eſt per ſe cũ non ſit accñs: Et tm̃ nõ cõti/ neꝰ ſub aliquo modoꝝ a pho aſſignatoꝝ vt videt. Nõ ſignificat hoc aliqd ergo ⁊c. ¶ Ꝑ 3°. Iſta ē per ſe hõ eſt homo ⁊ tm̃ nõ cõtinet ſub iſtis modis. ergo. ⁊c. Pro batio medie: Quia ſi ſic: maxime videretur de tertio mo do. Sed hoc nõ: qz tertius modus eſt quo aliud dicit ꝟz ſe cuius nõ eſt aliqua cauſa. Sz manifeſtũ eſt q̄ hoīs ſunt ples cauſe. ¶ Ꝑ 4°. Omnis ꝓpoſitio ẽt ſi eſt neccia dum modo ſit de rebus creatis. dependet a prima cauſa: quia il le ꝓpones ⁊ ſi ſint neceſſarie. habent tm̃ cauſam ſue neceſ ſitatis. ergo nulla talis propoſitio eſt per ſe cuz ſit ab alio. ¶ Ꝑ 5°. Nullum accidens eſt per ſe. Sed omnis pro/ poſitio eſt accidens: cum ſit oratio que eſt ſpecies quan titatis diſcrete. Ergo nulla propoſitio ē per ſe. Et ſic duo primi modi ſunt ſuperflui. ¶ Ꝑ. 6°. Eſſe per ſe eſt pri/ us modus ſubſtantie. Ergo nulli alteri conuenit q̃z ſbe. Et ſic idem quod prius. ¶ Ꝑ 7°. Eſſe per ſe diuidi/ tur contra eſſe in alio. Sed eſſe in alio dicitur octo modis vt patet. 4°. pbycorum: qui continentur in his verſibus Inſunt pars toti ſpecies genus ⁊ calor igni. Rex eſt in regno res in ſine. locoqz locatum. Ergo ſimiliter eſ ſe per ſe dicitur octo modis: quia tot modis dicitur

Lec. 8. ⁊ cõ. 41.

Lec. 8.

Lec. 4. ⁊ cõ. 23.

vnū oppositoꝝ sicut ⁊ reliquum vt superius dixit pbus
¶ Sed ꝺ̄ est pbus in textu dicēs: Quare ⁊ fm se multipliciter dici est necesse. Uno⁹ quidē modo fm se quod quid erat esse vt Callias ⁊ quod qd erat esse Callias. Alia vero quecūq; qō quid est existunt. vt animal Callias ꝟ se. Nam in rōne inest animal. Aial. n. quoddam Callias. Amplius autem si in ipso ostensum est p⁹ ⁊c̄.

Respondeo dōm q̄ per se aut fm se siue p pter se quod idez est in propositio dr̄ q̄ttuoꝝ modis in genere. ¶ Quoꝝ primus modus est prout diffinitio significans quodqd erat esse vnius cuiusq; dr̄ ei inesse fm se: sicut aīal rōnale p se inest hoi. Et hoc dupliciter. Uno⁹ fm q̄ tota diffinitio inest p se diffinito: sicut exēplificatum est de animali rōnali qō p se inest hoi. Alio⁹ prout quelibet pars diffinitionis exp̄ressa vel subintellecta vt sunt p̄dicata essentialia supiora inest diffinito per se: vt animal inest per se homini ⁊ sorti. Unde si sortes diffiniretur: animal poneretur in diffinitione eius. ⁊ isti duo modi sunt vnus modus in genere: vt hic dicit Doc. S. Nam eadem rōne tota diffinitio ⁊ quelibet pars diffinitionis de vna quoq; per se p̄dicatur ⁊ iste modus est primus modus qui ponit a pbo in posterioribus. ⁊ coꝛrespondet p⁹ modo ipsius fm q̄ qui superius in p̄cedenti articulo ponitur. ¶ Secundus modus est qñ aliquid ostenditur esse in aliquo sicut in p⁹ sbo tūc inest ei per se. Quod quidem ēt contingit dupliciter. Q̄: vel p̄m sbm accītis est ipsum totuꝫ sbz de quo predicat: vel est aliqua pars eius: sicut supficies dr̄ colorata ꝟ se. Nā p̄m sbm coloris est supficies. Corpus vero dr̄ coloratū ratione superficiei q̄: est aliqua pars eius: sicut homo dicit vnēs fm se: q̄: aliqua pars eius est sbm p̄m vite. s. anima. Et hic est secundus modus dicendi per se in posterioribus vt hic dicit Doc. S. qñ. s. sbm ponitur in diffinitione p̄dicati. Sbm. n. p̄m ponitur in diffinitione p prij accītis. ¶ Tertius modus est prout dicitur fm se esse illud cuius nō est aliqua causa: sicut omnes propōnes immediate que. s. per aliqō mediuꝫ non probantur. Nā mediū in demostrationibus pp quid est causa q predicatū insit sbo. Et adhunc modum reducit quartus modus per se positum in posterioribus quando effectus predicatur de causa: vt cū dicitur. Interfectus interijt. Uel infrigidatū refrigiuit. ¶ Quartus modus est prout ille dicuntur fm se inesse alicui que insunt ei soli inquantū soli. Qō dicit pbus vt hic dicit Doc. S. ad differentiam primoꝝ modoꝝ in quibus dicebatur fm se inesse ex eo q̄ est soli inesse: quamuis ⁊ ibi aliquid soli inesset: vt diffinitio inest soli diffinito. Hic autem fm se dicitur rōne solitudinis. Nā hoc q̄ dico fm se significat aliquid separatum: sicut dicitur q̄ homo est ꝟ se: quādo solus est. Et ad hūc modum dicitur. Tertius modus per se positus in posterioribus ⁊ Quartus modus ipsius fm q̄ qui positionez portabat. Hec q̄si omnia formaliter Doc. S. in lectiōe. ¶ Considerandū est antē p⁹ q̄ predictoꝝ modoꝝ p se sic pōt formari rō ⁊ sufficientia. Nā hec prepositio per sine fm aut dicit solitudinem aut habitudinem cause. Si p̄m: sic est quartus modus. Si 2m. hoc est dupliciter. vel dicit hitudinem cause extrinsece. s. efficientis: vel intrinsece. Si p̄m: sic est tertiꝰ modus. Si 2m: hoc ē dupliciter. vt dicit hitudinē cause formalis. Et sic est primus modus. vt dicit habitudinē cause mālis. Et sic est secundus modus. ¶ Uel sic. Omnis modus per se aut est modus essendi. Et sic est quartus modus. Aut causandi. Et sic est tertius modus. Aut dicendi. ⁊ hoc dupliciter. Uel predicatuꝫ est de diffinitione sbi. ⁊ sic est primus modus. vel econuerso. ⁊ sic est secundus modus. Ex quo ꝟ q̄ sunt q̄ttuoꝝ modi perfeitatis: ⁊ tñ duo modi p̄dicādi aut dicē dr̄ p se. ¶ Uerūtamen tertius modus hic positus respicit p̄dicationē īmediatā p remotionez cause: q̄. s. nō ē aliqua cā quare predicatū inest sbo sed fm se sibi inest. Uñ vocat modus causandi q̄: dat p negationē cause vt satis ꝟ in posterioꝝ⁹. ¶ Cōsiderandū insuper est 2⁰ ꝟ doc. S. in de vītate. q. 1. ar. 5. ad. 14m. q̄ aliqd attribuit alicui p se dupliciter. Uno⁹ positiue: sicut igni attribuitur ferri sursum. Et a tali p se magis denoiat aliqd q̄ ab illo qō ē sursum. Et p accīs. Magis. n. dicimus ignē esse eoꝝ q̄ ferunt sursus q̄ esse eoꝝ que ferunt deorsum: q̄uis ignis aliqñ per accīs ferat deorsum: vt ꝟ i ferro ignito. Alio⁹ attribuit alicui aliquid p se rōne remotiōis p hoc. s. q̄ remouent illa que nata sunt ꝓriā dispōnem inducere. Uñ si p accīs aliqō eoꝝ aduenīat: illa dispositio ꝓria simpliciter enitiabit: sicut vnitas p se attribuit māe prime nō p positionē alicui⁹ forme vnitatis. sed p remotionē formaꝝ diuersificātiū. Uñ qñ aduenīūt forme distinguentes mām: magis simpliciter dr̄ esse plures: q̄ vna. Hec ille. ¶ Ex quo inferri pōt q̄ mā p se est vna 4⁰ mō pfeitatis fm rationē hic positā a pbo reductiue nō tñ ꝓprie. ¶ Sz dicet aliquis. Illud qō est pp alterū non est per se. Sed quelibet sba est propter alterum. s. ꝓpter operationē. ergo nulla sba est per se. ¶ Dicendū q̄ eē per se pōt accipi multis modis. Uno⁹ vt distinguit ꝺ̄ esse in alio: sicut accidēs est in sbo. ⁊ sic quelibet sba dicit p se. Alio⁹ esse p se pōt accipi vt distinguit cōtra esse ab alio: ⁊ hoc dupliciter. Uel in gñe cause efficientis. ⁊ sic nulla sba neq; ens creatū est p se. Uel in gñe cause formalis. ⁊ sic aliqō ens creatū est p se. Et ⁊ nō totū cōpositū. Alio⁹ accipit p se vt distinguit cōtra esse pp aliud. ⁊ sic nulla sba est per se sed quelibet est pp aliud. s. pp ꝓpriam opationē ⁊ pp finē. Alio⁹ accipit per se. vt li dicit solitudinem aut habitudinem cause ⁊ sic substantia bene dicitur p se vt ex dictis pz. ¶ Cōsiderādū tñ est tertio q̄ pp alterum dr̄ dupliciter vt dicit Doc. S. cōtra gent. li. 2. ca. 87. circa fine. Uno⁹ pp eius operationem siue conservationem vel quid huiusmodi est qō sequitur ad esse. ⁊ hmōi sunt posteriora eo pp quod sunt. sicut vestimēta sunt propter hominē ⁊ instrumenta propter artificē. Alio⁹ aliquid est propter alterum. i. per esse eius. ⁊ sic qō est propter alterum est prius tempore ⁊ posterius natura sicut corpus precedit animam. Et illo modo corpus est ꝓpter animam: sicut omnis etiam materia ꝓpter formā. Hec ille. ¶ Consiederandū vlterius est 4⁰ fm Doc. S. in. 2⁰. phārum di. 15. q. 1. ar. 1. ad vltimuꝫ q̄ aliquid dicitur esse propter aliud dupliciter. Aut q: ordinato ad ipsum sicut ad finem ꝓprium ⁊ principalem. Et sic nihil est ꝓpter vilius. Alio⁹ aliquid dicitur propter aliud esse cui ex ipso ꝓuenit aliqua vtilitas: eo modo quo posset dici q̄ rex est pp rusticum ex cuius regimine ꝓuenit ei pax. Hec ille. ¶ Contra per oppositū aliquid potest dici pp se dupliciter. ¶ Considerandum insuper est 5⁰ fm Doc. S. in p̄o sententiarū di. 1. q. 1. ar. 1. q̄ propter se potest accipi dupliciter. Uno modo fm q̄ opponitur propter aliud. ⁊ hoc modo bonum honestum non pp se diligitur. Alio⁹ fm q̄ opponitur ad per accidens. Et sic dicit pp se diligi qō ꝟ in natura sua aliquid mouens ad diligendum. ⁊ hoc modo virtutes pp se diliguntur. Hec ille similiter per se accipitur dupliciter sicut dicit Doc. S. in. 7⁰. phy⁹. Unomodo vt distinguitur contra per accidens. Sic enim includit subtra per alterum. Alio⁹ accipitur per se vt distinguitur contra per alterum. ⁊ sic idem est q̄ primo ficut cōiter ab omnibus phis dicitur. ¶ Considerandum vlterius est 6⁰ q̄ in modis duobus primis pfeitatis aliquid dicitur p se ista ē ⁊ aliquid per se 2⁰. Uerbi gratia. In primo⁰ per se ista ē de per se p⁰. Omns homo est animal rationale. Et ista ē p se secūdo in primo modo. Homo est animal. Qñ. n. predicatū ꝓnertitur cuꝫ sbo. talis ꝓpositio dicit p se primo. Qñ aūt predicatum nō cōuertit ꝟ ad plura se extendit q̄ sbm: tunc dicitur p se scōo in primo modo pfeitatis ꝺ̄ predicatuꝫ essentiale. Similiter in scōo modo dicendi per se ista est per se. Homo est risibilis. ⁊ ista in eodem modo est p se scōo. Sortes est risibilis. De quo in posterioribus latius disputatum est. ¶ Considerandum insuper est 7⁰. fm Doc. S. in prima parte. q. 36. ar. 6. in corpore q̄ ista prepositio per denotat auctoritatem in retro. Sicut cum dicitur. Rex operatur per baliuum. Aliquando in obliquo: ⁊ cū dicit. Baliu⁹ operatur per regem. Significat etiam

etiam hñtudinẽ cause. vñ dicit ẽt Doc. S. ibidez sic. In oi bus locutionibus in quibus dicit aliquid per aliqd opa ri: illa prepositio per designat in casuali aliquam causam/ seu principium illius actus. Sed cum actio sit media in ter faciens ⁊ factum: quãdoqz illud casaule cui adiungit hec prepositio est causa actionis fm qd exit ab agente. Et tunc est causa agenti vt agat: siue sit causa finalis siue forma lis sine effectiua vel motiua. finalis quidem vt si dicam⁹ Artifex operatur per cupiditatem lucri. formalis vero: si dicamus qd operatur per artem suam. Motiua vero si dicamus qd operatur per imperium alterius. Quandoqz vero dictio casualis cui adiungitur hec prepositio per est causa actionis fm qd terminatur ad effectum. vt cum dici mus. Artifex operatur per martellum. non. n. significatur qd martellus sit causa artifici qd agat: sz qd sit causa artificia to vt ab artifice procedat ⁊ qd hoc ipsum habeat ab artifi ce. Et hoc est quo quidã dicunt qd hec prepositio per quã doqz notat auctoritatem in recto: vt cũ dicit. Rex operat per baliuz. Quandoqz autem in obliquo: vt cũ dicitur. Balinus operatur per regẽ. Hec ille formaliter. ¶ Sic ergo põt elici sensus pdictorum modoꝝ pbꝝ. Mã per se opponit ad p aliud i trib⁹ ꝑmis modis. Sz in 4⁰ modo per se opponitur illi quod est esse cum alio. Quando er go in p⁰ modo dicimus qd aial rõnale per se conuenit ho mini: est sensus qd ei conuenit nõ per aliquã aliam formaz quidditatez. Et 2cdo modo dicimus qd risibile per se inest homini: hoc est non per aliquaz aliam materiam si ue sbm. Et sic de alijs modis fm modum superius expo situm in principio corporis articli.

Ad primum igitur ⁊ 2m pz solutio ex dictis. ¶ Ad 3m dom vt dicit Doc. S. hic in littera qd homo hz hẽat multas causas sicut animal ⁊ bipes que sunt cause formales eius tñ hui⁹ ꝓpõnis ho mo est homo cuz sit immediata nihil est causa. Et pp hoc homo est homo fm se. Hec ille. ¶ Sed diceret aduersa rius. Animal ⁊ bipes sunt plures cause formales homi nis vt hic dicit Doc. S. Ergo in eodem sunt plures for me. Quod est contra ipsuz in pluribus locis ⁊ specialiter in 3a parte. q. 76. ar. 3. ⁊ 4. Ergo ꝓtradicit sibi ipsi. ¶ Di cendum qd causa formalis accipit dupliciter. Uno⁰ pro pue. s. pro altera parte totius cõpositi siue etiã pro forma specifica. Et sic in eodẽ non sunt plures forme totius. Alio modo accipit causa formalis generaliter pro omni gradu pfectionis ẽntialis a quo sumunt pdicata essentialia. Et sic animal ⁊ bipes dñr esse plures cause formales homi nis. i. plura pdicata formalia que sumunt a diuersis gra dibus eiusdez forme vt infra probabitur in. 7⁰. huius. q. 17. ar. 3. ⁊. 4. ⁊. q. 24. 4. o. Et sic nulla est contradictio. ¶ Ad. 4m dom qd per se in proposito non sumitur vt di stinguitur contra esse ab alio aut in alio sed vt distinguitur contra esse per aliud aut cum alio sicut dictum est. ¶ Et hz p se ẽ sit propzius modus sbe fm qd per se distinguit per se sicut accñs in sbo non tamen accipiendo contra esse in alio sicut accñs in sbo non tamen accipiendo patet responsio ad alia tria argumenta.

¶ Questio. 20a. de modis dispositionis.

1 **Asuper** considerandum est de modis dispõnis quia ipsum fm qd ẽtum ad vltimuz eius mo dum quãdam positionem siue dispõnez significat. ¶ Circa quod queruntur tria. ¶ Primo vtrũ modi dispõnis sint bñ a pbo assignati. ¶ Scõo vtrũ dispõ 2o mõ dicta sit in p⁰ spẽ q̃litatis distincta ab hñtu. ¶ Tertio vtrum dispõ fm p⁰m ei⁹ modũ accepta sit vnũ pdicamẽtũ ab alijs distinctũ. ¶ Ubi ⁊ pbo ⁊ doc S. Dispõ dr hñtis ptes. Et ẽ lec. 18.

a **D primum** sic pcedit. Uñ qd mo di dispõnis positi in textu non sint sufficiẽter assignati. Nam dispositio ẽ q̃litas de facili mobilis a sbo: vt pz p pbz in pdicamẽtis. Sz hñe ptes in loco nõ est de facili mobile a sbo. Imo necessario ⁊ semper conuenit omni corpori hñti ptes esse in loco. Ergo primus modus nõ est mod⁹ dispõnis. ¶ Ad 2o. Dispositio non est nisi ordo ptium in hñtes ptes vt dicit pbus in textu. Sed nulla qualitas est ordo: cum ordo sit quedaz relatio ordinabilium. Ergo ⁊ secundus modus est male positus fm quẽ qualitates de prima spẽ dñr dispositiones. ¶ Ad 3o. Unũ predicamentum nõ cõtinet sub se spẽs alterius predicamenti. Sz dispositio ptiuz siue positio est predicamentuz distinctum ꝫ q̃ntitatẽ ⁊ q̃litatem. Ergo dispositio siue positio nõ continet sub se spẽs siue modos qui ptinent ad pdicamentum q̃ntitatis ⁊ q̃litatis. Quod est ꝫ 2m ⁊ 3m modum. Igitur idẽ qd prius. ¶ Ad 4o. Quedã est dispositio que vocatur necessitas: quando. s. aliquid disponitur vltima dispõne ad introductionẽ forme. Sz talis dispositio nõ videt cõtineri sub predictis modis. Si sic queritur sub quo. ¶ Ad 5o Gratia sacramentalis dicit esse dispositio ad gloriã. Sed talis dispositio non cõtinet sub predictis. Quia si sic: hoc maxime esset sub 3cio modo. Sed hoc nõ: qr talis gratia cum non acquiratur ex actibus precedentibus nõ põt esse dispositio de prima specie qualitatis. Ille. n. qualitates generãtur ex operationibus. vt pz 2o Ethy. Ergo idẽ qd prius. ¶ Sed cõtra est pbus in textu dicens. Dispositio dicitur hñtis partes ordo aut fm locum aut fm potentiam aut fm speciem. ¶ Positionez. n. oportet esse sicut hoc ipm non ostendit dispositio. Lec. 1.

Respondeo dom qd dispositio fm diffinitionẽ qd nois nihil aliud est q̃ ordo partiuz alicuius hñtis partes vt dicit pbus in textu. Et sic dispositio dicit trib⁹ modis. ¶ Primus modus est fm ordinem partium in loco. Et sic dispositio seu positio siue situs est vnum predicamentuz. ¶ Secundus modus est prout ordo partium attenditur fm potentiam siue virtutem. Et sic dispositio ponitur in prima specie q̃litatis. Dicit. n. aliquid hoc modo esse dispositum vt puta fm sanitatem vel egritudinem ex eo qd ptes eius habent ordinem in virtute actiua vel passiua. ¶ Tertius modus est prout ordo ptiũ attendit fm speciem totius. Et sic dispositio siue situs ponitur dria in genere quantitatis. Dicitur. n. qd quantitas alia est hñs positionem vt linea superficies corpus ⁊ locus. Alia vero non habens positionez: vt numerus ⁊ tẽpus ⁊ qr de rõne põnis est ordo ⁊ dispositio ꝫportat põnem vt nois ꝫpositio significat. iõ dispositio ordinẽ ꝫportat. Hec oia Doc. S. formaliter i lcõne. ¶ Lõsiderãdũ ẽ ãt p⁰ qd pdictoꝝ modoꝝ sic põt fozari rõ ⁊ suffitia. Mã dispõ dicit ordinẽ fm nois ꝫpositionẽ. Uel g⁰ talis ordo attendit ꝫ ordinẽ ptiũ i loco. Et sic ẽ prim⁹ modus. vel attendit fm potẽtiã ⁊ vtutẽ. Et sic ẽ 2cds modus. vel talis ordo attendit fm spẽz totiꝰ. Et sic ẽ terti⁹ mod⁹. ¶ Uel alr. Mã dispõ aut ẽ pdicamẽtũ: aut pars pdicamẽti. Si pdicamẽtuz: sic ẽ prim⁹ mod⁹. Si pars pdicamenti aut ẽ spẽs q̃litatis. Et sic ẽ 2cds mod⁹. Aut ẽ spẽs q̃titatis. Et sic ẽ terti⁹ modus. ¶ Lõsiderãdũ vlteri⁹ ẽ 2⁰ ꝫ doc. S. i. 2o sniarũ di. 24. q. vlta. ar. vlto. ad. 6m. qd dispositio ꝓprie dr illõ qõ se hz vt icõpletũ i motu ad pfectũ qõ ẽ termin⁹ motus: sicut q addiscit hz dispõnẽ scie: qr pficit i termio motus disciplie. Lõtingit aũt terminũ motus esse duplicẽ: qr vel ẽ einsdẽ gñis. aut alteri⁹. Uerbi gra. Alteratiõis terminus est q̃litas sicut einsdẽ gñis. Et forma sbalis sicut alteri⁹ gñis. Si g⁰ dispõ ꝓpareꝫ ad id qõ ẽ termin⁹ mot⁹ einsdẽ gñis: sic ꝓtigit qd dispõ põt fieri illõ ad qõ dispõit: sic calor iperfectus fit calor pfectus. Si ãt accipiatur termin⁹ mot⁹ alteri⁹ gñis hoc nũq̃ cõtigit: si ẽ calor iperfectus q̃tũcũq excrescat nũq̃ fiet forma sbalis ignis. Hec ille formaliter: ¶ Lonsiderandum ĩsuper est 3⁰ fm doc. S. in 2o sniaz di. 21. q. 2. ar. 3. ad p̃m. qd dispositio est duplex. Quedam que est necessaria ad esse eius ad quod disponit. Et hoc semp pcedit illud ad qõ disponit sicut calor formã ignis. Quedã vero dispositio ordinat ad facultatez eius ad qõ dispositum. qõ quidẽ sine ea posset esse sed non ita de facili: sicut qd ligna pfundantur oleo vt inflãmentur citius. Hec ille. ¶ Lõsiderãduz vlterius est 4⁰ qd dispo/

sitio de 2° mō a pho hic posito ꝑt accipi dupliciter. Uno° vt distinguit̄ ꝫ hitū sic̄ iperfectuz ꝫ pfectuz. Alio° vt se extēdit ad oēm potētiā siue hituz de pma spē q̄litatis. Et sic accipit̄ hic dispositio i 2° mō phy. Uñ Doc. S. dicit i de malo. q. 7. ar. 3. ad. 4. q̄ dispositio ꝓparat̄ ad hituz sic̄ im pfectuz ad pfectuz. Sꝫ hoc ꝓtingit dupliciter. Uno° q̄ ipfectū ⁊ pfectuz sint i eadē spē. Et sic dispositio fit hitus. Alio° sic q̄ ipfectuz ⁊ pfectuz sint i diuersis spēb⁹. Et sic dispositio nūq̄ fit id ad qđ dispōit. Nō. n. calor fit forma ignis. hec ille. ¶ Sꝫ q̄reret aliqs. Quō aliqđ opposituz disponeret ad introductionē alteri⁹ oppositi. ¶ Ad hoc rñdet doc. S. i de malo. q. 7. ar. 1. ad. 7. dicēs q̄ aliq̄ vnuz diuidit̄ ꝓtra alteruz q̄ ꝑꝫ suā essentiā opponent̄: sicut albuz ⁊ nigrum caliduz ⁊ frigiduz. Et horuz vnuz nō dispōit ad reliquū. Aliq̄n ātem aliq̄ diuidunt̄ adinuicē q̄ opponunt̄ fm rōnem pfecti ad ipfecti: quoꝝ vnuz ordinat̄ ad altez sic̄ accidens ad sbm ⁊ po[a] ad actum. Et sic vnuz bene disponit ad altez. Hec ille. Hee autem oēs dispōnes reducunt̄ ad 2[m] moduz phy. ¶ Cōsiderāduz insup est. 5°. fm Doc. S. i. 1[a]2[e]. q. 49. ar. 1. ad. 3[m]. q̄ dispositio est dupler. Quedam corpalis. Quedā est aīe. Et illa est dupler. Quedā est im pfecta ⁊ inchoata. Alia est pfecta. Dispōnes aūt corpales oēs ꝓprehendunt̄ sub p° mō phy. Dispōnes autē anime iperfecte sub 2° mō. Et dispōnes oēs perfecte sub 3° mō. Dicit. n. ibidē sic: q̄ dispositio qdez semp iportat ordinez alicui⁹ hītis ptes. Sꝫ hoc ꝓtingit tripliciter. Aut fm locū aut fm potētiā aut ꝑꝫ spēm in quo vt simplici⁹ dicit in co mēto p̄dicamentoꝝ ꝓhendit oēs dispōnes: corpales qdē i eo q̄ dr fm locuz. Et hoc ptinet ad p̄dicamentum situs q est ordo ptiuz in loco. Qđ aūt dicit fm potentiam iclu dit illas dispōnes q̄ sunt in ꝓparatione nunduz pfecte: sic̄ scia ⁊ virtus ichoate. Qđ āt dic̄ ꝑꝫ spēz: icludit pfectas dis pōnes q̄ dñr hitus: sic̄ scia ⁊ virtus ꝓpleta. Hec ille ⁊ bñ.

Ad primum igit̄ dom q̄ dispositio accepta ꝓ 2° mō est qualitas de facili mobilis nō autem dispositio sumpta fm cōem ei⁹ rōnez. Uñ nō opz q̄ fm quelibet eius moduz sit de facili mobi lis. ¶ Ad 2[m] dom q̄ dispositio dr ordo nō q̄ realiter sit ipsa relatio ordinis: ꝫ dr ordo q̄si essentialiter. ¶ Ad 3[m] dom q̄ dispositio lz in ꝓpria sui acceptione sit p̄dicamen tum: tñ si accipiat̄ i cōi vt se extēdit ad oēs suas acceptiōes nullo mō est p̄dicamentuz. Et sic ptinet sub se spēs diuer soꝝ p̄dicamētoꝝ ⁊ nō p° mō. ¶ Ad 4[m] dōz q̄ ille dispō nes reducunt̄ ad 2[m] modū. Similiter ⁊ gra lz nō acgrat̄ q̄ operationes dr tñ habitus vel dispositio non qdem acqsi tus sed infusus. ¶ Unde ꝑz solutio ad vltimum.

¶ Ibi in Doc. S. Secundus modus dispositionis.

a **D secundum** sic ꝓcedit̄. Uī q̄ dispositio 2° mō accepta nō sit i p[a] spē qualitatis distincta specie ꝓtra hitum. Mā egritudo ⁊ sanitas sunt dispō nes de 2° m°. Et tñ nō sunt in pma spē q̄litatis quod sic patet: quia ad primā speciem qualitatis nō est p se altera tio. Sꝫ ad egritudinē ⁊ sanitatez est alteratio p se ergo ⁊c. ¶ Ꝑ 2°. Dispositio dr q̄litas de facili mobilis. Sꝫ facile mobile ptinet ad passionez ⁊ motum. Ergo ⁊ dispositio. Et p ꝫns dispositio nō ptinet ad gen⁹ q̄litatis. ꝓbatio me die. Qz ad idē genus ptinet spēs ⁊ dria eā ꝓstituens. Si ergo de facili mobile sit dria dispōnis per quā differat ab hitu: sequet̄ q̄ dispositio erit i gñe actiōis. ¶ Ꝑ 3°. Una q̄litas i numero pōt esse dispositio ⁊ hitus vt dicit Doc. S. i de malo. q. 7. ar. 2. ad. 4[m]. Ergo dispositio ⁊ hitus nō dfnt sic̄ diuerse spēs: ꝫ vt iperfectuz ⁊ pfectuz eiusdez spēi q̄ non variant spēz vt ibidē dicit. ¶ Ꝑ 4°. Si dispositio differret specie ab habitu: seq̄ret̄ q̄ essent plures spēs q̄litatis q̄ ꝫttuor. Sꝫ hoc est contra phm in p̄dicamentis. Igit̄ ⁊c. ¶ Sed ꝫ est Doc. S. ꝓ ꝓma pte in pñti lecti one dicens. Secundus modus dispōnis est ꝓut ordo ptium attendit̄ fm potentiā siue virtutem. Et sic dispositio ponit̄ in pma specie q̄litatis. Dr. n. hoc mō aliqd esse dispositiuz vt puta fm sanitatem aut egritudinem: ex eo q̄ partes hīt ordinem in virtute activa vel passiua. Hec ille. ¶ Ꝓ secunda pte in contrariū arguitur: Qz illa dif ferunt specie quoꝝ diuersi sunt termini. i. diuerse diffiniti ones vt supius ꝓbatum est. Sed fm Doc. S. alia est rō dispōis ⁊ alia ipsi⁹ habitus. Aliqd est. n. de rōne vni⁹ qđ repugnat alteri ⁊ econtra: vt ꝑz p Doc. S. in. 1[a]2[e]. q. 49. ar. 2. ad. 3[m]. Ergo dispositio ⁊ hitus differunt specie.

Respondeo dōm fm Doc. S. i 1[a]2[e]. q. 49. ar. 2. ad. 2[m] q̄ dispositio dupli citer accipit̄. Uno° fm q̄ est genus hitus. Mā dispositio in. 5°. hui⁹ ponit̄ in diffinitione hitus. Alio° fm q̄ est ali qđ cōtra hituz diuisuz. Et hoc potest intelligi dupliciter. Uno° q̄ distinguat̄ sicut impfectum ꝫ pfectū i eadez spē vt. s. dispositio dicat̄ retinens nomē cōe q̄n impfecte inest ita q̄ de facili amittit̄. Et sic dispositio fit hitus sicut puer fit vir. Alio° possunt distingui sicut diuerse spēs vni⁹ ge neris subalterni vt dicant̄ dispōnes ille q̄litates ꝓme ꝓpri qbus ꝓpetit fm ꝓpriā rōnez vt de facili amittant̄. q. hīt causas trāsmutabiles sicut egritudo ⁊ sanitas: hitus vero dicant̄ ille q̄litates que fm suā rationem hīt q̄ non de fa cili trāsmutent̄: q. hīt causas imobiles sicut scie ⁊ virtu tes. Et fm hoc dispositio nō fit hitus. Et hoc videt̄ ma gis ꝓpriuz ītētioni Aristo. Ex quo ꝑz q̄ nomen hitus q̄n dā diuturnitatē iportat nō āt dispositio. Hec ille. ¶ Et si dicat̄. Facile vel difficile mobile ptinet ad passionem vel motum. Ergo nō sunt differētie specifice ꝓstituentes spēs qualitatis. ¶ Ad hoc respondet Doc. S. ibidē dicēs: nec impedit q̄n fm hoc facile ⁊ difficile mobile sint differen tie specifice: propter hoc q̄ ista pertinent ad passionem vel motum ⁊ non ad genus qualitatis: nam iste differen tie q̄uis per accidens videantur se hr̄e ad q̄litatem: desi gnant tñ ꝓprias ⁊ per se differentias qualitatum: sicut etiā in genere substantie frequenter capiunt̄ differentie accy dentales loco substantialium inquātū p eas designant ꝓ cipia essentialia. Hec ille. ¶ Ex quo clare habet̄ q̄ Doc. S. voluerit q̄ habitus ⁊ dispositio que est pma spēs qua litatis sit vna spēs subalterna ⁊ nō vna species simplr̄: sed q̄ hitus ⁊ dispositio sint spēs distincte accipiendo dispo sitionem vltimo modo. Qđ tñ est contra cōmunē opinio nem aliorum doctoꝝ. ¶ Sed hic oritur difficultas: nam Doc. S. in de malo. q. 7. ar. 2. ad quartum videt̄ dicere oppositū. Dicit enim ibidem q̄ difficile mobile nō ē dif ferentia cōstitutiua hitus. Nec enim dispositio ⁊ habitus sunt diuerse species. Alioqn nō posset vna ⁊ eadem qualis que ꝓius fuit dispositio fieri hitus. Sed facile mobi le ⁊ difficile mobile se hīt sicut pfectuz ⁊ impfectuz. Ad ea eandem rē. Hec ille formaliter. ¶ Ad hoc tñ rñsum est per ea que nunc adducta sunt ex. 1[a]2[e]. Mā dispositio accipitur dupliciter. Uno° ꝓ qualitate que hz esse imperfecti negz tñ etiam sibi repugnat q̄ hēat esse perfectum. ⁊ sic dispositio fit hitus. Nec sic spē distinguunt̄ vt dicit Doc. S. ibidez ⁊. q. 86. ar. 4. ad. 4[m]. sic ait: q̄ dispō q̄ fit hitus est sic̄ ipfectū in eadem spē: sicut iperfecta scia dī pficie fit hitus. Hec ille. Alio° accipit̄ dispositio ꝓ qualitate de p specie qualitatis de cui⁹ rōne est q̄ hēat esse iperfecte q̄ de facili amittat̄: cuius etiā rōni repugnat q̄ hēat esse radicatum. Et sic dispositio et hitus specie distinguunt̄. Unde nulla est ꝫdictio. ¶ Cōsiderandum ē āt p° ꝑz Do. S. in. 1[a]2[e]. q. 50. ar. p° ad. 3[m]. q̄ dispositiones corporales que sunt in prima specie qualitatis vt quidam ponerunt differunt a qualitatibus tertie speciei in hoc q̄ qualitates tertie speciei sunt vt in fieri ⁊ vt in motu. Unde dicunt passiones vel passibiles qualitates. Qñ autem iam per ueniunt ad perfectum quasi ad speciem: tunc sunt in pma specie qualitatis. Sed hoc reꝓbat simplicius in cōmento predicamentoꝝ: q. fm hoc calefactio esset in tertia spē q̄li tatis: calor aūt in pma. Aristoteles aūt ponit calorē in ter tia. Unde porꝓhiri⁹ dixit sicut idē simpliciꝰ refert q̄ pal sio vel passibilis qualitas ⁊ dispositio ⁊ habitus differūt in corporibus fm intensionē ⁊ remissionem. Quando. n. aliquid recipit caliditatem fm calefieri tantuz non autem vt calefacere possit: tunc est passio si fit cito transiens vel passibilis qualitas si sit manens. Quando autem iam

ad hoc pducit q̄ pōt ēt alterū calefacere: tūc est dispositio
Si autem vlterius in tantū cōfirmat q̄ fit difficile mobi/
lis: tūc erit hitus. vt sic dispositio sit quedā intēsio seu pfe
cto passiōis vel passibilis q̄litatis hītus aūt dispōnis. Sz
hoc reprobat Simplicius: q: talis intēsio vel remissio im
portat diuersitatē nō ex parte ipsius forme sed ex diuersa
pticipatione sūi. Et ita nō diuersificarentur ex hoc species
q̄litatis. Ideo aliter dicendū est q̄ cōmensuratio ipsarū
qualitatum passibiliū fm cōuenientiā ad nām habēt rō/
nem dispōnis. Et ideo facta alteratione circa ipsas quali/
tates passibiles que sunt calidū frigidū humidū ⁊ siccum
fit ex pōt alteratio fm egritudinē ⁊ sanitatē. ¶Primo aūt
per se nō est alteratio ſz huiusmodi hītus ⁊ dispōnes.
¶Hec ille. ¶Sed hic oritur dubium. An aliqua dispōsi/
tio sit corporalis in corpore bois subiectiue exīs. Et vide
tur q̄ non: q: dispositio dicit ordinem ad operationē. Sz
operatio specialiter est ipsius forme aut totius coniuncti.
Ergo ⁊c. Dicendum q̄ duplex est dispositio. Quedam
est dispositio ad operationem. Et talis primo ⁊ principa
liter est ipsius anime seu forme secūdario vero ipsius cor
poris fm q̄ vult Doct. S. in. 1ª 2ᵉ. q. 50. ar. 1. in corpore.
Alia est dispositio ad formam. Et talis bene est ī corpore
vt probat ibidem. Doc. S. ¶Uerūtamen vt etiam ibi/
dem dicit Doc. S. Alexander posuit nullo modo dispo/
sitionem: prime speciei esse in corpore: vt Simplicius re/
fert in cōmento predicamento: ix. Sed dicebat primam
spēm qualitatis ptinere ad animā tantū. Et q: Arist. indu
cit in predicamentis exemplū de sanitate ⁊ egritudine: di
cit q̄ non inducit quasi hec ptineant ad primam speciem
qualitatis: sed per modū exēpli: vt sit sensus q̄ sicut egri/
tudo ⁊ sanitas pōt esse facile vel difficile mobilis: ita ⁊ q̄
litas prime spēi que dīr habitus ⁊ dispositio. Sed hoc pz
esse contra intentionē phȳ. Tum q: eodē modo loquendi
vtitur exemplificando de sanitate ⁊ egritudine ⁊ de virtu
te ⁊ scientia. Tū q: in. 7º phȳ ª exp̄esse ponit inter habi/
tus pulchritudinē ⁊ sanitatez. Ilō ec ille. Et per hoc pz so/
lutio ad rōnem dubij. ¶Cōsideranduz insuper est 2º fm
Doc. S. in 1ª 2ᵉ vbi supra ar. 4. ī corpore q̄ ad hoc q̄ ali
quid indigeat dispōne ad alterum tria requirunt. pº qui/
dē vt id quod disponitur sicut alterū ab eo ad qō disponi
tur ⁊ se habeat ad ipsum sicut poª ad actum. Unde si ali/
quid sit cuius natura non sit composita ex potentia ⁊ actu
cuius sōa sit sua opatio ⁊ ipsum sit pp seipsum: ibi disposi
tio locuz nō hz: sicut pz in deo scdo requiritur q̄ id qō est
i potētia ad alterū: possit pluribus modis determinari ad
diuersa. Unde si aliquid sit in potentia ad alteruz ita tamē
q̄ non sit in potentia nisi ad ipsum: ibi dispositio locuz nō
hz: q: tale sīm ex sua natura habet debitam habitudinez
ad talem actum. Unde si corpus celeste sit composituz ex
materia ⁊ forma cum illa materia nō sit in potentia ad ali
am formam: non habet ibi locum dispositio. Tertio re/
quiritur q̄ plura concurrant ad disponendum subiectum
ad vnum eorum ad que est in potentia que diuersis mo/
dis commensurari potest vt sic disponatur bene vel ma
le ad formam vel operationem. Unde qualitates simpli/
ces elementorum que fm vnum modum determinatuz
naturis elemētorum conueniunt: non dicimus eas esse dis
positiones vel habitus: sed simplices qualitates. Dicim9
aūtē dispōnes sanitatem aut pulchritudinem que impor/
tant quandam commensurationez plurium que diuersis
modis commensurari possunt. ¶Propter quod phus di/
cit q̄ dispositio est ordo habentis partes vel fm locū vel
fm potentiā vel fm speciem. Hec ille formaliter. ¶Ad
argumēta igitur pz solutio per ea que adducta sunt in cor
pore si diligenter considerentur.
¶Ibi in Doc. S. primus autem modus ⁊c.

8 **¶Btertium** sic proceditur. Uidetur q̄ dispositio fm suā pri
mam acceptionem: non sit vna de primis pti/
bus entis distincta realiter ab alijs. Illaz dispo
sitio prime modo sumpta est quidam ordo partium situs
⁊ generationis: vt ex precedentibus pz. Sed ordo realis
est relatio de genere relationis si sit inter creaturas. Ergo
dispositio sic accepta nō distinguitur a relatione. ¶P̄ 2º.
Esse sursum dicit ordinationē in loco. Et tamen est in pre
dicamento vbi. Ergo positio non distinguit ab vbi. ¶P̄
3º. Omne predicamentum dicit vnam simplicem essen/
tiam ⁊ est ens per se ⁊ non per accidēs. Sed dispositio si
ne positio includit absolutum cū relatione. Sex. n. vltima
predicamenta nō sunt mere absoluta neq̄z mere respecti/
ua: sed partim absoluta ⁊ partim respectiua vt logyci cō/
cedunt. ¶P̄ 4º. Dispositio nō est in predicamentuz: sed
est ens per accidēs: q: illud qō ꝓponit ex rebus diuerso/
rū p̄dicamētorū: est ens per accidēs. Sz dispositio est hu
iusmodi: q: absolutū ⁊ respectiuū nō sunt res eiusdē gñis
aut p̄dicamēti. Igit ⁊c. ¶P̄ 5º. Si positio essēt vnū pre
dicamētū ab alijs distinctū sequeret q̄ essent plura p̄dica
mēta q̄ decē. Sz ꝓns est ꝓtra pbm. Et ꝓna pbatur: q: si/
tus est p̄dicamētū distinctuz cōtra positionē. Alias nō po/
neret in diffinitione eius. Idē. n. nō diffinit p se ipz. Sic
ergo sequit q̄ vndecim erūt p̄dicamēta: cū p̄ er situm ⁊
positionē ponant nouē a pbo. ¶Sed cōtra est Doc. S. i
pñti lcōne dicens q̄ pmus modus dispōnis attendit fm
ordinē ptiuz in loco. Et sic dispositio siue situs est quoddā
p̄dicamētū. hec ille. Qō āt sit realr distinctū: sic pz: Qz ecn
tie p̄ntoꝝ sūt ipmixte. Ergo dīnt essentialr ⁊ p ꝓns realr
sicut ecntia ab ecntia. Et cū essentia realis sit quedā res. se
quit q̄ distinguunt sicut res a re ab alijs predicamentis.

¶Respondeo dōm q̄ p̄dicamētū vel est p̄n/
cipiū coordinationis p̄dicabi/
liū ⁊ subijcibiliuz: vel est ipsa tota coordinatio. Luz ergo
dispositio fm pmaz eius acceptionez que positio siue sit9
dr dicat ordinationē plium fm sub ⁊ supra ⁊ sit p̄nm oiuz
illoꝝ que ordinē ptiuz hnt in loco: necesse est dicere dispō
nē sic acceptā esse p̄dicamētū. Qō aūt sit realr distinctū ab
alijs: de facili ꝓbari poterit per quinqz rōnes pmas supi
us adductas. q. 10. ar. 18. 19. quib9 ꝓbatur rōnez realr di
stingui a suo fundamēto q̄ sunt rōnes cōis ad ꝓbādū disti/
ctionē realē oiuz p̄dicamētoꝝ. ¶P̄ 2º. pōt ꝓbari p rōnē
Doc. S. superi9 adductā. q. 9. ar. 2. ſ. quoꝝ diffinitiones
aut qdditates sunt diuerse: nō sunt vna res ſz alia ⁊ aliaꝝ
dicūt Doc. S. ⁊ pbs supius. Sz ipsi9 positionis ⁊ aliorꝝ
p̄dicamētoꝝ sunt diuerse qdditates ⁊ essentie. Ergo dif/ Lec. 10.
ferūt essentialr ⁊ p ꝓns realr: q: diuerse essentie cū sint di
uersa entia realia sunt diuerse res. ¶Considerandū ē aūt
po q̄ ordo ptium in loco pōt accipi multipliciter. Uno9
pro ipa rlone ordinis. Et sic positio fm q̄ est p̄dicamētuz
distinctū ab alijs: nō est ordo. Alio9 accipit ordo p ipsa
ordinatiōe. Et hoc tripliciter. Uno9 pro ordinatione acti
ua. Et sicut ēt positio nō est ordo. q: sic talis ordinatio pti
net ad p̄dicamētū actionis. Alio9 pro ordinatione passiua.
sic etiā positio nō est ordo: q: illo modo pertinet ad predi
camentū passionis. Tertio modo pro ordinatione neutra
li que est quedā forma accñtalis in eo qō hz ptes ordina/
tas in loco subiectiue existens. Et sic positio est ordo. Et p
dicamentuz ab alijs distinctum. non quidem materialiter
vel sbo: ſz formaliter realr ⁊ ecntialiter sicut ⁊ cetera p̄di
camēta oīa. ¶Cōsiderandū ⁊ ēt scdo q̄ aliqd pōt ptinere
ad aliud q̄dripliciter. Uno9 pñsuppositiue seu anteceden/
ter: sicut opationes bone ad beatitudinē ptinēt. Alio9 con
comitatiue seu cōsecutiue. Sicut delectatio in deo ad bea
titudinē ptinet. Tertio modo ministerialiter sicut diuitie
btūdini cōferūt fm Doc. S. 1ª 2ᵉ. q. 2. ar. 1. Quarto mō
essentialiter: sicut ipsa visio diuine essentie ad btūdinē p
tinet: vt ꝓbat Doc. S. in. 1ª 2ᵉ. q. 3. ar. 4. ⁊ 8. Ita ⁊ ī ppo
sito aliqd pōt dicere relationē tripliciter. Uno9 cōsecutiue
sicut scīa dicit respectū ad scibile: q: ad suū significatū con
comitat respectus. Illō. n. dicit respectū essentialr ſz cōse
cutiue sic supra dctū ē. Alio9 añcedēter: sic passio p̄suppōit
ex pte agētis respectū ⁊ ordinē ipsi9 agētis ad passum. 3º.
mō ecntialr: sic pr dic rlonē ſz ei9 ecntiaz. Illud igit qō
ēcludit rlonē duob9 pmis modis: nō opz q̄ sit ī p̄dicamē/
ti rlonis: ſz ſz illud qō dicit relationē tertio mō. ſ. ecntialr
Dispositio autem siue positio dicit ordinez partium an-

Respondeo dicendũ q̃ pro huius articuli denti declaratione distinctionis inter sciaz speculatiuam et practicã tria per ordinẽ sunt facienda. ¶ Nam ꝓ° ad/ ducent aliqua notabilia potissime ſm doctrinam beati Thome. ¶ Scõo ex ipsis deducent alique cõclusiones cum qbusdaz corrolarijs. ¶ Tertio quedã dubia in me diam ꝓponent. ¶ Considerandũ igit est ꝓ° diligenter ſm Doc. S. sup Boecio de tri. q. 5. ar. ꝓ°. q̃ theoricus siue speculatiuus intellectus ꝓprie in hoc ab intellectu practico sic differt: qz speculatiuus hz pro fine veritatem quã ꝟsiderat: practicus vero veritatẽ ꝟsideratam ordinat in operationẽ tanq̃ in finem. Et ideo dicit ꝓbus in. 3°. de aĩa q̃ differũt ab inuicẽ fine. Et 2° methaphysice dicit q̃ finis speculatiue scie est vitas. Finis aũt opatiue seu pra ctice est actio. Cũ igit oporteat materiã fini esse ꝓportio natã: opz practicarũ sciaz eẽ res illas que a nro ope fieri possunt: vt sic earz cognitio in opationẽ quasi in finẽ ordi/ nari possit. Speculatiuarũ vero sciaz materiã opz eẽ res illas que a nro ope nõ fiũt. Unde illaz cõsideratio in ope rationẽ ordinari nõ põt sicut in finẽ. Hec ille. ¶ Ex quo patet q̃ ꝓprie scientia speculatiua differt a practica q̃tum ad finẽ: 7 q̃tum ad materiã. Nã finis scientie speculatiue est cognitio veritatis. Materia vero eius est res: opere sciẽtis nõ opabilis inq̃tũ hmõi. Sed finis practice ẽ ope ratio. Et materia ei⁹ est res opabilis ab habẽte scientiã illã practicã. Et qz finis hui⁹ scientie est scire: cum materia ei⁹ circa quã versat: nõ sit opabilis a nobis: seq̃t q̃ me/ thaphisica est scia speculatiua 7 nõ practica: sicut ẽt supi⁹ in ꝓmo hui⁹. q. 8. ar. 5. adductũ est. ¶ Cõsiderandũ vl teri⁹ est scõo: ſm doc. S. in prima pte. q. 14. ar. vltimo: q̃ aliqua est scia speculatiua tñ. Aliqua practica tñ. Et aliqua ſm qd practica: 7 ſm qd speculatiua. Ad cui⁹ euidentiã vt ibidẽ dicit: sciendũ ſ̃q̃ aliqua scientia põt dici spe culatiua tripliciter. ¶ Primo modo ex pte rei scitaruz: que nõ sunt opabiles a sciẽte: sicut scia hois de reb⁹ natu ralib⁹ 7 diuinis. ¶ Secũdo modo q̃tum ad modũ cõsi derandi: vputa si edificator cõsideret domũ diffiniendo vel diuidẽdo: 7 cõsiderãdo ei⁹ vniuersalia ꝓcipia. Hoc enim est opabilia modo speculatino cõsiderare: 7 nõ ſm q̃ opabilia sunt. Opabile. n. est aligd ꝓp applicationem forme ad materiã: nõ aũt ꝓpter resolutionẽ compositi in vlia principia formalia. ¶ Tertio modo q̃tũ ad finem. Nã intellectus practicus differt ab itellectu speculatiuo fine: vt dicitur tertio de aĩa. Intellectus. n. practicus ordi nat ad finẽ opationis. Sed finis speculatiui est cõsidera tio veritatis. Si igit domificator cõsideret qualiter pos/ set fieri domus: nõ ordinãs ad finẽ opationis: sed ad co/ gnoscendũ tñ: erit q̃tum ad finẽ speculatiua cõsideratio de re tñ opabili. Sciẽtia igit que est speculatiua ratione rei scite: est speculatiua tñ. Que vero est speculatiua vel ſm modũ: vel ſm finẽ: est ſm qd speculatiua: 7 ſm qd practica. Cũ vero ordinat ad finẽ opationis: est simpli citer practica. Hec oĩa doc. S. formalit. ¶ Ex quo pz pmo q̃ scia que dicit speculatiua ſm modũ ꝟsiderãdi tñ vel ꝓpter finem operandi: põt esse de re opabili. Et sic aliq̃ scia põt dici ſm qd practica et simplr speculatiua: et eõ/ tra aliqua scia põt dici simplr practica et ſm quid specu latiua. ¶ Patet scõo q̃ scia nõ dicit simplr practica ex eo q̃ est de re opabili a sciente absolute: sed ex fine simplr practica indicat ſm q̃ sciens ordinat rem talem ad finẽ opationis: Sicut ẽt superi⁹ in ꝓ° hui⁹. q. 8. ar. 5. adductũ est. ¶ Considerandũ vlteri⁹ est. 3°. ſm Doc. S. in que/ stionibus disputatis de vitate. q. 3. ar. 3. q̃ aliqua cogni/ tio dicit practica ex ordine ad opus. Qõ quidez cõtingit dupliciter. Uno quidem in actu: dum actualiter in opus or dinatur: sicut dum artifex ꝓconcepta forma ꝓponit eam in mãm inducere. Et tunc est actu practica cognitio et co gnitionis forma. Quandoq3 vero cognitio est ad actum ordinabilis: non tamen actu ordinat: Sicut cum artifex excogitat formam artificij: et scit eam per modum ope/ randi: non tamen operari intendit. Et certum est q̃ tunc est practica virtute vel habitu: et non actu. Quando vero nullo modo est ad actum ordinabilis: tunc talis cogni tio est pure speculatiua. Quod etiam contingit dupliciter. Uno modo quando cognitio est de rebus illis que non sunt apte nate produci per scientiam cognoscentis: Sicut cum nos cognoscimus naturalia. Quandoq3 vero res cognita est quidem operabilis per scientiaz cognosce tis: tamen non consideratur ab eo vt est operabilis. Res enim per operationem in esse producuntur. Sunt autez aliqua que per intellectum possunt separari. que ſm esse non sunt separabilia. Quando autem consideratur res operabilis per intellectum distinguendo ab inuicem ea que ſm esse distingui non possunt: non est practica cogni tio nee actu nec habitu: sed speculatiua tantũ: Sicut si ar tifex consideret domum inuestigando passiones eius et genus et differẽtias et alia huiusmodi que ſm eẽ idistin/ cte iueniunt in re ipsa. Sz tũc ꝟsiderat res vt opabilis: qñ cõsiderant in ipsa oĩa q̃ ad eius eẽ requrunt. Hucusq3 Doctor Sãctus formaliter. ¶ Ex quo potest haberi cla rissime q̃ aliqua scientiarũ que non est actu 7 simpliciter practica: potest fieri simpliciter 7 actu practica. Quedaz vero non. ¶ Patet etiam q̃ methaphysica est simplici/ ter speculatiua: quia est de rebus illis que non sunt apte nate produci per scientiam cognoscẽtis: quẽadmoduz sũt substantie separate 7 prima causa que deus est: sicut etiaz in primo huius vbi supra adductum est. ¶ Consideran/ dum vlterius est quarto ſm Doctorem Sanctum vbi su pra qõne secũda articulo octauo in corpore. q̃ artifex de re operabili hz duplicẽ cognitionẽ scilicet speculatiuaz 7 practicã. Speculatiuã qdẽ hz siue theoricã cognitionẽ: cũ rõnes opis cognoscit sine hoc q̃ eas ad opandũ p itẽtõez

Lec. 16 e: com. 58.

applicat. Sed tunc ꝓprie hz cognitionem practicam: qñ extendit per intentionē rōnem opis ad opis finez. Et ſm hoc medicina diuidit in theoricam et practicaz: vt Auic. dicit. Ex quo pz q cognitio practica artificis sequit cognitionē ſpeculatiuā eius: cuz efficiatur practica per extē ſionē ſpeculatiue ad opus. ℞emoto aūt posteriori remanet prius. ℞ucuſqz Doc. S. formaliter. ¶Ex quo etiā pz illud qō prius supra dictū est. vz. q aliqua cognitio que nō est actu et simplr practica: pōt fieri actu et simplr practica. ſ. illa que est ordinabilis ad finē operis: et tamē non ordinat: sicut etiā supra in pō huius vbi supra additum est. ¶Sed hic oritur difficultas. Si. n. illa cognitio non esset actu practica que non actualiter ordinatur ad finem operis: vt dictum est: videt sequi q nullus habit⁹ in homine existens: directe esset practicus: cum habitus vt sic non actualiter ordinetur ad opus. ¶Dicendū q duplex pōt esse actualis ordinatio cognitionis ad actum. Quedā pōt esse ad actum secundū. vz. ad oparī actu. Et sic nō dz intelligi dictū Doc. S. Alia pōt esse ad actū primū: que dicit virtualis intentio: quaz. vz. acquirens habitū in principio intendebat per illuz operari. Et isto modo aliquis pōt habere habitū directe practicuz: qui tamen actual: nō ordinatur ad finez opis. ſ. ad actuz secundū. Et sic dz intelligi dictū Doc. sci. ¶Considerandū vlteri⁹ est. 5°. ſm Doc. S. i. 1ª 2ᵉ. q. 57. ar. pō. ad pᵐ. q duplex est op⁹ ſ. interi⁹ et exteri⁹. ℙPracticuz ergo vel opatiuz qō diuiditur ꝓtra speculatiuz dicit de opere exteriori ad qō nō hñt ordinē habitus speculatiui. Sed tamen hñt ordinem ad opus interius ipsius intellectus qō est speculari verum. ℍec ille formaliter. ¶Ex quo pz q habitus nō dicit practicus: put practicuz diuidit ꝓtra speculatiuum ab ope interiori qō remanet in intellectu: sed ab opere exteriori ꝓout omne opus extra intellectū dicit opus exterius sequens electionez. ¶Idem innuit Doc. S. vbi supra immediate ar. 3. ad. 3ᵐ vbi sic ait. Etiā in ipsis speculabilibus est aliqd per modū cuiusdā opis: puta constitutio syllogismi aut orationis ꝓgrue vel opus numerandi vel mensurandi. Et ideo habitus speculatiui quicūqz ad huiusmodi opera rōnis ordinant: dicunt per q̄ndā filiationem artes. ſ. liberales: ad differentiam illaz artiuz que ordinant ad opera per corpus exercita: que sunt quodāmodo seruiles inquantuz. vz. corpus seruiliter subdit ipsi anime. Et homo est liber ſm aiam. Ille vero scie que ad nullū opus huiusmodi ordinant: simplr scie dicunt nō aūt artes. ℍec ille formaliter. ¶Ex quo pz clarissime ſm Doc. S. q habitus qui ordinant ad opus rōnis. ſ. ad arguere demōstrare diffinire diuidere et disputare qualis est logyca dicunt habitus speculatiui ſm doc. S. Iz sint artes ſm similitudinē nō qdē mechanice: sz liberales. ¶Idez innuit Doc. S. in. 2ª 2ᵉ. q. 179. ar. 2. vbi sic ait. Intellectus diuidit in actiuum et ꝓtemplatiuū: Quia finis cognitionis vel est ipsa cognitio veritatis qō ptinet ad intellectū ꝓtemplatiuū siue speculatiuū. Vel est aliq exterior actio (℞ota exteriorꝫ) qō ptinet ad intellectū actiuū siue practicum. ℍec ille. ¶Ex quo pz q habitus nō perdit rationez speculatiui: ex hoc q habet ordinē ad opus iteri⁹ ipsius intellectus. Sed soluz perdit eaz ex hoc q habet ordinē ad opus extra cognitiuā virtutē. ¶ℙPredicta nō tent gratia de yste qui dicunt se sequi Doc. S. asserentes logycam esse magis sciam practicam q̄ speculatiuam. Soluant ergo argumentū primū qō adducit Doc. S. i 1ª 2ᵉ. q. 57. ar. pō vbi sic arguit. Virtus. n. est habitus opatiuus. Sed habitus speculatiui nō sunt opatiui. Distinguitur. n. speculatiuū a practico. i. opatiuo. Ergo habitus speculatiui nō sunt virtutes. Cum ergo sapia sit habitus speculatiuus: nō erit virtus. ℍec ille. ¶Applicent ergo tales solutionē Doc. S. quā ibidē ponit ad hoc argumentum: et videbunt qd sentiendū sit ſm mentem Doc. sci. ¶Considerandū vlteri⁹ est 6°. q ꝓpria a qua habitus dicitur practicus nō opz q sit operatio exterior trāsiens: sed sufficit q sit operatio alterius potentie q̄ intellectus .i. voluntatis: siue sit operatio īmanens siue transiens.

Quod patuit supra per Doc. S. in pō huius. vbi sic ait. 2. ℞. q prudentia et ars sunt circa partē aīe practicam: que est rōcinativa de ꝓtingentibus opabilib⁹ a nobis. ¶Sed tñ. Nam prudentia dirigit in actionib⁹ que nō transeunt in mām extrinsecam: sed sunt pfectiones agentis. Unde 2. ℞. dicit. 6°. ethycoꝝ. q prudētia est recta ratio rez a nobis agibiliū. Ars vero dirigit in factibilibus que in materia exteriorez trāseunt: Sicut edificare et secare. Unde ars est recta ratio reruz a nobis factibiliū. ℍec ille formaliter. ¶Idem innuit in. 2ª 2ᵉ. q. 47. ar. 2. ad. 2ᵐ. vbi sic ait. Ars ſ speculatiue rationis ſm q est volūtari⁹: cadit sub electione et ꝓfilio q̄ntuz ad exercitiuz: et per ꝓsequēs cadit sub ordine prudentie: et sic dicit practicus. Sed q̄ntū ad suā ſpēm ꝑut comparat ad obiectū qō est verū necessariū: nō cadit sub ꝓfilio nec sub prudentia. ℍec ille formaliter et pulchre. ¶Si ergo dicat quis q operatio voluntatis exterior siue ad extra dicit operatio trāsiens ꝓter quā est aliqua res operata. Si ergo vt adductuz est requirit ad hoc q aliqua sciētia sit practica q ordinet ad op⁹ voluntatis exterius siue ad extra: sequeret q prudentia nō esset habitus practicus. qō est ꝓtra pbm. 6°. ethyᶜ. et ℣ Doc. S. in pō huius. ℙPatet sequela: q⁹ prudentia p hoc differt ab arte: q⁹ ars est de factibilibus a nobis que per opationē transeuntē ꝓducunt. ℙPrudentia vō est de agibilib⁹ que fiunt a nobis per actionez īmanentem. ¶Dicendū ad assumptū q nō oīs operatio volūtatis ad extra dicit operatio transiens. Sed opatio volūtatis ad extra hic accipit ꝓ quacūqz opatione impata a volūtate producibili ab eadē suis virtutib⁹ nālibus. Agibilia aūt ꝓducunt per opationez a volūtate impatam per nālia ſm cipia hominis. Unde nō opz q prudentia sit habit⁹ ſpeculatiuus. Sed est habit⁹ practicus: Sicut et ars. ¶Considerandū vlteri⁹ est. 7°. ſm Doc. S. in de vitate. q. 14. ar. 4. q nō quelibet relatio ad opus facit intellectuz esse practicuz. Sed aliqua simplr speculatio pōt esse aliqui remota occasio aliqd opandi: Sicuti pbus speculat aīam esse īmortalem. Et inde sicut a causa remota sumit occasionez aliquid bene operandi. Sed intellectuz practicuz opz esse ꝓximaz regulā opis: vtpote q̄ ꝓficerat opabile ipsuz et rōnes operandi et cause operis. Constat autē q obiectum fidei nō est verum operabile: sed verum increatū: in quod nō pōt nisi actus intellectus speculatiui. Unde fides est in intellectu speculatiuo q̄nis sit vt occasio remota aliquid bene operandi. Unde etiā sibi nō attribuunt opera nisi mediante dilectione. ℍec oia Doc. S. formaliter. ¶Ex quo pz q non omnis habitus dicit mere practicus ex quacunqz relatione ad praxim. Sed opz q sit ꝓxima regula talis operationis. ¶Considerandum vlterius est. 8°. ſm Doc. S. in. 3°. ſniaz. dist. 23. q. 2. arᵒ. 3°. pro confirmatione precedentis notabilis q̄ speculatiuus et practicus in hoc differūt q̄ speculatiuus considerat verum absolute. ℙPracticus vero cōſiderat verum in ordine ad opus. Contingit aūt q̄qz q ipsum verum quod in se consideratur non potest considerari vt regula alicuius operis: sicut accidit in methaphysicis: et in his que a motu separata sunt. Unde huiusmodi veri speculatio est tantūmodo in intellectu speculatiuo. Q̄nqz aūt verum qō in se consideratur potest cōſiderari vt regula operis. Et tunc intellectus speculatiuus fit practicus per extensionem ad opus. ℍoc autem contingit dupliciter: Quia aliquando illud verū qō vtroqz modo potest considerari non habet magnam vilitatem: nisi inquantuz ordinatur ad opus: quia cum sit cōtingens nō habet fixam veritatem: sicut est consideratio de operibus virtutum. Et tunc talis consideratio q̄nis possit esse practici et speculatini intellectus: tamen principaliter est practici intellectus. Quandoqz vero illius veri consideratio habet in seipsa quandam dignitatem ex se: etiam si nunquam ordinaretur ad opus: sicut accidit in contemplatione diuinoꝝ: quoꝝ consideratio dirigit nos in operatione. Et tñ vltimus finis operationis. Illa tamen cōſideratio est ꝓncipaliter in intellectu speculatiuo: Iz

secūdario est in practico. Cum ergo fidei obiectū sit veritas prima que mēntum est finis operis regulat nos in opere: fides p̄ncipaliter erit i itellectu speculativo: et secundario in practico. ¶Hec ille formaliter et q̄ gloriose. ¶Cōsideranduz vlterius est. 9°. q̄ finis scie practice ad quē ipsa ordinat nō semp est opatio voluntatis: vt p̄z de scia morali. Sed sufficit q̄ talis finis vel opatio acgratur per opationes ipsius volūtatis. Nec sufficit ad hoc q̄ alicuius scīa fit practica q̄ ordinet ad finez cuiuscunqz operationis ipsius volūtatis: sed regrit q̄ talis finis sit adequatus scienti: ita q̄ possit acquiri nāliter a p̄siderante p opationes nāles ex principijs mere nālibus p̄cedentes: ſm Doc. S. in p̄mo sniaz in p̄logo. ar. p°. Vbi in argūmēto 2° sic arguit. Omnis doctrina est ad p̄fectionē: vel q̄ntuz ad intellectuz sicut speculatiue: vel q̄ntū ad affectuz p̄cedentē in opus sicut practice. (nota vel q̄ntū ad affectuz p̄cedentē in opus.) Sed vtraqz complet̄ per pbyaz: q2 per demōstrationes scīas p̄ficit intellect⁹: et per morales affect⁹. Ergo nō ē nēcia alia doctrina. Hec ille formal̄. Et ad hoc arg^m respōdēs Doc. S. ibidē ait ad 2^m dicēs. ¶Pbya sufficit ad p̄fectionē intellect⁹ ſm cognitionē nālē tam. Et ideo opz esse aliā scīaz per quā itellect⁹ p̄ficiatur gratuitā. Hec ille formal̄. ¶Et in. 2^a 2^e. q. 181. ar°. 3. ¶Et in. 3°. sniaz. di. 35. q. 1. ar. 3. q. 1. 3^m. Et in vi. q. 11. ar°. 4. ait: q̄ docere est actus vite actiue quo ad actū exteriorē: et quo ad actū interiorē vt dirigit ad opus. ¶Idez innuit Doc. S. in phemio super Canticis canticoz: vbi sic ait. Scia theologie dicit̄ dei dilectiua vel affectiua: vt manifeste. pbatur⁹ in qōnib⁹ sup p^m sniaz. Et si propter hoc aligs vellet eam appellare practicam: q2 dilectio est qōdam opus: sniaz teneat linguā corrigat. Nam scia practica p̄ncipal̄ ordinat̄ ad opus exterius. Ideo scie politice practice notant̄. Et policies. i. bonitas dependet ex operibus nostris. Nam ſm pbm q2 bona facimus: ideo boni sum⁹. Et ex filib⁹ actib⁹ generant̄ similes habit⁹. Bonitas vo spūalis: q2 nō dependet ex opib⁹ exteriorib⁹. imo ex habitu caritatis et eius operib⁹: sacra pagina que ad talem bonitatē ordinat̄ practica dici non dz. Sicut ergo scia que ordinat̄ ad speculationē nō dicit̄ practica: sz spe/ culari sit qōdā opus. sed suscipit nomen ex speculatione et dicit̄ speculatiua: sic et theologia que ordinat̄ ad affectiones siue dilectionē caritatis: q2 hmōi opa nō sunt exteriora ab eis dz denoiari specialr theologia et dz dici affectiua vel dilectiua: et nō practica. Hec ille formaliter et valde egregie. ¶Idē innuit Doc. S. sup epistolaz ad hebreos. cap°. 5°. circa finē vbi sic ait. ¶Perfectio spūalis est duplex. Una est p̄fectio ſm intellectū: q̄ aligs habet iudiciū intellectus ad recte dissoluendū et iudicanduz de his que sibi p̄ponunt̄. Alia est p̄fectio ſm affectū: quam facit caritas: que est cum aligs deo totaliter inheret. hec ille formaliter. ¶Ex quibus oībus p̄z: q̄ lz ſm aliquos theologia sacra ordinet̄ ad dilectionē dei tanq̄ ad finem: que dilectio ad volūtatē p̄tinet: tñ q2 talis dilectio a creatura per p̄ncipia eius nālia acquiri nō p̄t sed solū p habitus supnāl̄ infusos: ideo sacra theologia nō dz dici practica: sed magis speculativa: vt ēt pbat Doc. S. in p̄ma parte. q. 1. ar. 4. vt ēt p̄z ex. 7°. notabili. ¶Considerandū est finaliter q̄ ex his que ſm Doc. S. adducta sunt si diligenter p̄siderent̄ p̄t elici q̄tuor p̄ditiones que requirunt̄ ad hoc q̄ aligs habit⁹ possit dici practic⁹. ¶Quarta p̄ma est q̄ talis habitus ordinet̄ ad opus: vt patuit i notabili p°. 2°. 3°. et. 9°. ¶Secūda est q̄ talis habitus ordinetur ad opus alterius potentie q̄ ipsius intellectus: vt p̄z in notabili. 5°. vel saltez q̄ talis opatio sit opatio ipsi⁹ intellectus ita q̄ sit finis opationis ipsius volūtatis: sicut p̄z in agibilibus: vt patuit in notabili sexto. ¶Tertia est q̄ talis habitus sit immediata regula illius opatiōis: vt patuit in notabili. 7°. et. 8°. ¶Quarta est q̄ opatio seu finis talis sit adequatus ipsi scienti: ita q̄ opz practicaz sciaruz mām ēe res illas que a nostro opere fieri possunt: vt patuit in notabili p°. et. 2°. Et q̄ finis illi⁹ habitus possit acquiri naturaliter per p̄n^a mere nālia ipsius scientis vel acgrentis habituz: vt patuit in notabili. 9°. ¶Ex p̄dictis etiam elici possunt apparenter dīe q̄ttuor inter itellectū practicuz et speculatiuū. ¶Quaz p̄ma est talis. Maz intellectus speculatiuus habet finem suuz intra se. ¶Practicus vo habet finem suuz extra se: vt patuit in notabili p° 5°. 6°. ¶Scōa dīa est: q2 intellectus speculatiuus accipit formā intelligibilē vt p̄ncipium cognitionis. ¶Practicus vero accipit eam vt p̄n^m operationis vel operis: vt elicitur ex notabili. 5°. ¶Tertia dīa est q2 intellectus speculatiuus formā intelligibilem nō ponit extra se: sed ipsam semp intra se cōsiderat. Sed intellectus practicus vtitur formis intelligibilibus tanq̄ instrumētis in explicatione et executione operis ad extra: vt elicitur ex notabili. 3°. 8°. ¶Quarta dīa est q2 intellectus speculatiuus nō est causa rei intellecte: sed potius ecōuerso. Intellect⁹ aūt practicus per opationem suam est causa eoz que sibi subdunt̄: vt patuit in notabili p°. et. 3°. Unde cōmuniter a Doc. S. in p° phier. et ab alijs sacre theologie doctoribus asseritur: q̄ sicut intellect⁹ noster practicus se habet ad rem operatam: ita intellect⁹ diuinus se habet ad creaturas p̄ductas: ſm tñ q̄ ly sicut ibi dicit similitudinem p̄portionis: nō aūt similitudinem oīmode ydemptitatis siue adequationis. ¶Quibus sic p̄libatis sit hec p̄ma cōclusio. Sacra theologia est scīa speculativa oībus trib⁹ modis superius enumeratis in notabili secundo: vz. q2 est scīa speculativa ex parte rei p̄siderate: ex parte modi p̄siderandi: et ex parte finis. ¶Prima pars patet. Maz scīa est speculativa ex parte rei considerate: que considerat ea que non sunt operabilia a nobis. Sed sacra theologia est huiusmodi. Considerat enim de deo et de angelis et de ceteris creaturis ab eis dependentibus. que nō sunt res operabiles a nobis. ergo ꝛc̄. ¶Secunda pars patet. Nam illa scientia est speculativa ex parte modi cōsiderandi: que cōsiderat aliqua diffinendo arguendo disputando: et non o:dinando ea que considerat ad opus voluntatis: vel ad opus per principia mere naturalia producibile tanq̄ ad finem adequatum ipsi scienti. Sed sacra theologia est huiusmodi: vt expiētia docet. ergo ꝛc̄. ¶Tertia pars patet. Nam illa scientia est speculativa ex parte finis: que o:dinatur ad scire et contemplari: vt patet ex adductis in notabili p°. Sed sacra theologia est huiusmodi. O:dinatur enim ad visionem diuine essentie: in qua consistit essentialiter finis hominis. s. felicitas eterna. Licet in fruitione et delectatione consistat concomitative ſm scolam Doctoris Sancti. Secundū vero scolaz Scotistaruz lz talis beatitudo cōsistat essentialiter in operatione voluntatis: non tamen propter hoc sacra theologia debet dici scientia practica simpliciter: cū⁹ ipsi hoc affirment: quia talis beatitudo siue felicitas non est ab ali qua creatura per p̄ncipia sola naturalia acquisibilis: lz solum per lumen fidei aut per caritatem infusam: vt fides christiana dictat cum veritate. Quod tamen requiritur ad hoc q̄ aliqua scientia sit practica: vt p̄z ex adductis in 9° notabili. Hec tamen materia p:o nunc theologicis relinquatur: et forte in. 12°. huius ad longum disputabit̄. ¶Secunda conclusio sit ista. Logica non est scientia practica simpliciter: sed est scientia speculativa. Que cōclusio clare p̄z ex p̄dictis. Nam ad hoc q̄ aliqua scia debeat dici practica: requiritur q̄ o:dinetur ad finem operationis alterius potentie q̄ ipsius intellectus ſm Doc. S. in 1^a 2^e. q. 57. ar. p°: vt supra notabili. 5°. adductū est. Licet enim ipsuz scire sit qōdaz opus ipsi⁹ intellect⁹: nō tñ vt sic est opus voluntatis aut opus extrinsecum intellectui: vt ibidem patuit. Sed logyca nō o:dinatur ad finez alteri⁹ potentie q̄ in ellectus. Arguere. n. est opus intellectus et cetere opatiōes logycales. Ergo logyca nō ē practica. ¶Sed p:a hanc p̄clusionez Anicēna Scotus ¶Petrus aureolus et Bratiadeus adducunt aliquas rationes. ¶Primo sic. Nam ille habitus videt̄ esse practicus et nō speculatiuus qui nō caret suo respectu conformitatis

Lectio. 3.

priozitatis actiui et passiui. Sz logyca est huiusmodi. hz enim respectuz regulantis in ordine ad actus ipsius intel lectus aliaz sciaz: et dirigit alias scias. Igit ꝛc̃. ¶ Scõo sic. Nullus habitus cuius finis non est actus ꝑpr̃ias sed actus alteri⁹ potentie: põt poni speculatiuus. Talis enim nõ est gratia sui: Quod est vna ꝯditio habit⁹ speculatiui: vt de se pz. Sed logyca nõ hz actuz ꝑpriu̇m qui sit finis eius: cuz ordinet ad introductionem aliaz sciaz: vt pz p⁹ topycoz. et in ꝓhemio methaphysice. Ergo ꝛc̃. ¶ Ter tio sic. Ille habitus qui extendit vltra ꝑpriuz actũ suuz: est purus habitus practicus: cũ ratio praxis in extensione intellectus consistat. Sed logyca se extendit extra suum actum. vz. ad inquisitionẽ sciaz. ergo ꝛc̃. ¶ Quarto sic. Nullus habitus diuiditur in docentem et vtentem: nisi sit practicus. Jn vtendo. n. dicit pfecte quis practius: vt pz de medico. Sed logyca est hmõi. ergo ꝛc̃. ¶ Quinto sic. Nullus habitus speculatiuus operatur suũ obiectuz: cum speculatiuus habitus vel intellect⁹ nõ sit de opabi/ lib⁹ a nobis. Sed logyca est opabiua sui obiecti. ergo ꝛc̃. ¶ Sexto sic. Ille habitus qui hz rõnez virtutis: est pra/ cticus. Sed ꝓbus dicit rethoricam esse virtutem q̃ndã: vt pz in p⁹ rethorice. Sed rethorica est scia practica. Et simile iudicium est de logyca. Ergo ipsa logyca est sim/ pliciter dicenda scia practica et nõ speculatiua. ¶ Sed si ea que per Doc. S. adducta sunt diligenter ꝓsiderentur: omnes iste rationes solute sunt.

Ad primam igit̃ dicendũ ꝙ maioꝛ est fal/ sa: qꝛ tales respectus nõ dant habitui logyce ꝙ sit habitus practicus: sed ꝙ sit ars: vt ex p̃dictis pz in notabili qnto. ¶ Ad secundã dicendũ si/ militer ꝙ maioꝛ est falsa. Non enim opz ꝙ ille habitus sit practicus: cuius finis est actus alterius habitus: nisi oꝛ dinetur ad finem actus exterioꝛis modo iam expositio in notabili p⁹. presertim qñ illius habitus actus qui ordina tur ad actuz alterius habitus habet aliquaz nobilitatez in se notabilez: posito ꝙ nunq̃ ad illuz actũ ordinaret: qua lis est logyca. ¶ Ad tertiam similiter dicenduz ꝙ maioꝛ est falsa: nisi talis extensio sit ad actuz exterioꝛez: et nisi fe/ re tota eius dignitas in illa extensione ꝓsistat: vt declara/ tum est in notabili. 8⁰. ¶ Ad quartam dicenduz etiaz ꝙ maioꝛ est falsa: qꝛ nõ omnis vsus per habitũ directiuus reddit habituz directiuum practicum: presertim qñ talis habitus dirigit ipsos actus speculationis: qualis est logy ca: vt etiã declaratum est in notabili octauo. Unde etiam Doc. S. in. 2ª 2ᵉ. q. 180. ar. 3. ad p̃m sic ait. vz. ꝙ nõ solum ad speculationez vel ꝓtemplationez ptinet ipsa veritatis ꝓtemplatio: imo multi alij actus ad ipsaz ptinent: quoꝝ quidam ptinent ad acceptationez p̃ncipioꝝ veritatis cui⁹ cognitio queritur. Alij aũt sunt ꝓceptiones sensuuz ad co gnoscendũ aliquos effectus et ymaginationes et discur/ sus rõnis circa diuersa signa vel quecũqz alia ꝓducentia in cognitionez veritatis intente. ¶ Ad qntam dicit Johã nes Capriolus ꝙ maioꝛ est falsa de habitu speculatiuo q est ars: qualis est logyca. ¶ Antoni⁹ Andree vero dicit ꝙ logyca nõ facit suuz obiectum q̃ntuz ad omnia: sed so/ lum q̃ntum ad partem aliquam. ¶ Doctoꝛ Sanct⁹ vo dicit: vt etiã supra in notabili. 2⁰. allegatum est ꝙ illa so/ lum scia est speculatiua: que non est de opabili a nobis. Unde fm ipsum dicendũ est ꝙ aliqd dicit opabile a no bis dupliciter. vt etiam recitat Johãnes versoris pariſiẽ sis in predicabilibus porphyrij. Uno modo per opatio/ nem intellectus speculatiui. Alio modo per intellectum practicum et voluntatem. Illud igitur qõ est opabile a nobis primo modo: nõ debet dici practicum: sed solum scõo modo. Subiectum aũt logyce solus est operabile a nobis primo modo: ꝛ nõ scõo modo. Unde ratio nõ se/ quitur: sed laboꝛat in equinoco. ¶ Ad vltimã dicenduz ꝙ maioꝛ est simpl̃: falsa. Sapientia. n. est virt⁹. Et tamẽ est habitus speculatiuus. Unde Doc. S. in. 1ª 2ᵉ. q. 57. ar. p⁹. ad p̃m. dicit ꝙ de rõne virtutis non est ꝙ sit habit⁹ opatiuus loquendo de opere extrinseco qõ facit habituz practicum. Sed sufficit ꝙ virtus presertiz intellectualis sit habitus operatiuus loquẽdo de opere intrinseco quẽ admodũ in notabili expositũ est. Nõ ergo sufficit ad hoc ꝙ aliqua scia sit practica ꝙ ordinet ad opus qualecũqz. Aliter quelibet scientia esset practica: cum quelibet scien tia ordinetur ad scire. Quod est absurdum dicere: vt de se pz. ¶ Tertia conclusio sit ista. Medicina est scia sim/ pliciter practica: lz fm quid possit dici speculatiua. Hec ꝯclusio pz ex adductis in notabili 2⁰. Nam illa scientia vo practica ex parte finis que ordinatur ad finem operis vo luntatis: et ex parte rei considerate que est de operabili/ bus a nobis per p̃ncipia naturaliter indita aut acquisita: et ex parte modi considerandi que omnia considerata oꝛ dinat ad operis executionez. Sed medicina est huiusmo di: vt satis pz. ¶ Et si aliqua in ea cõsiderentur difficulti/ ue et diuisiue: hoc non fit de principali eius intento: sed incidentali cuz parua aut nulla dignitate eius ꝛ vtilitate. Unde sicut in moralibus: ita et in medicina parũ ꝓdest scire: opari vo multũ: quẽadmodũ expientia aperte do/ cet: atqz synderesis medicoꝝ dictat. Ipsos interrogate. Medicina ergo simpliciter est sciẽtia practica. ¶ Et pro pter eãdẽ rationẽ: moralis sciẽtia etiã simp̃r est practica. Que lz vt dictuz est in notabili. 6⁰. ordinetur ad opera/ tionem intellectus fm ꝙ est finis operationũ volũtatis: non tñ obstat quin debeat dici practica: vt ibidem decla/ ratum est. ¶ Sed cõra hãc tertiam ꝯclusionem instabat discipulus satis mihi difficulter. Nam medicina divi/ ditur fm Auicẽnam in theoricam et practicam. Ergo to/ ta medicina non ordinatur ad finem operis. Et sic non est simpliciter practica: sed est speculatiua. Dicendum vna scientia: sed plures specifice distincte. ¶ Dicendum fm Doctoꝛem Sanctum super Boetio de trinitate. q. penultima ar. 1. ad 4ᵐ ꝙ cũ medicina diuidit in theori cam ꝛ practicam: non attenditur diuisio fm suum finem Sic. n. tota medicina sub practica cõtinet vt pote ad ope rationem ordinata. Sed attenditur practica diuisio fm ꝙ ea que in medicina tractantur sunt propinqua vel remo/ ta ab operatione. Illa. n. pars medicine dicitur practica que docet modum operandi ad sanationẽ sicut ꝙ talibus apostematibus sunt talia remedia adhibenda. Theorica vero dicitur illa pars que docet principia ex quibus ho/ mo dirigitur in operatione: sicut ꝙ genera febrium sunt tot ꝛc̃. Unde non opz ꝙ si alicuius actiue scie aliqua pars dicatur theorica ꝙ propter hoc illa pars sub pbꝫ specu latiua ponatur. Hec ille formaliter. Tota ergo medicina dicitur practica habito respectu ad finem: cum ad opera/ tionem principaliter oꝛdinetur aut mediate aut immedia te: licet quedam eius pars possit dici theorica fm quid: modo iam expositio hic ꝛ in notabili 2⁰. ¶ Quarta conclu sio que est principaliter hic intẽta ꝛ est responsiua ad que situm ꝛ que sequitur ex premissis notabilibus sit ista. pri ma pbꝫa siue methaphysica que dicitur theologia huma nitus inuenta est scientia speculatiua ꝛ est speculativa om nibus predictis modis. Quod enim pbꝫa prima sit theo rica. i. scientia speculatiua. probat hic philosophus sicut de aliis duabus sciẽtiis realibus theoricis humanitus in uentis probatum est: Non enim est actiua neq; factiua eadem ratione sicut nec physica vel mathematica. Ergo prima philosophia est theorica: ideſt sciẽtia speculativa. ¶ Quod autem methaphysica omnibus modis dicenda sit speculatiua: probatur. Nam methaphysica dicenda est speculatiua ex parte rei considerate: cum sit de non opera bilibus a nobis. Et ex parte modi considerandi: cum con sideret principia ꝛ passiones subiecti absolute ꝛ propter scire tantum. Et ex parte finis: cum oꝛdinetur ad scire: ꝛ non ad operari. Unde hec conclusio sufficienter probatur hic per philosophum: ꝛ per ea que adducta sunt in nota bilibus. ¶ His quattuoꝛ conclusionibus premissis restat dubitatio. ¶ Primũ dubiũ erat qõ sit practica ꝛ cuius poc est operatio: ꝛ similr quod sit specula tiua que tñ alibi soluta sunt. ¶ Primũ dubiũ erat qõ sit practica ꝛ cuius poc est operatio: ꝛ similr quod sit specula tiua que tñ alibi soluta sunt. ¶ Secõm dubiũ erat utrum

vtrū sciētia debeat denominari practica aut speculatiua ex ordine ad finem. ¶Sed hoc dubiū etiā superius declaratum est in hoc sexto lib:o.q.2.ar.2.per totū. ¶Ter tium dubium erat. Utrum practicum et speculatiuū sint dīe essentiales sciaꝝ. ¶Sed et hoc dubiū supꝰ declaratum est etiaꝫ in hoc liº.q.2.ar.3.per totuꝫ. ¶Quartum dubiū erat. vtrum practicū et speculatiuū sint dīe per se essentiales obiectoꝝ ipsaꝝ sciaꝝ et ipsaꝝ potētiaꝝ. ¶Sꝫ et hoc dubium superius declaratum est in pº huius.q.1. ar.4.Et in.5º.huius.q.13.ar.2. Et in hoc sexto.q.2.ar. 3.Et.q.3.ar.pº. ¶Ad argumenta igit̄ principalia q̄nis oppōite in pnº huius articuli est respondendū.

Ad primum igitur et ad scōm pꝫ solutio ex dictis in notabili pº.3º. ¶Ad 3ᵐ dōm vt elicitur ex dictis in.4º.notabili.q̄ aliter methaphysica ordinat̄ ad felicitatem: et aliter scia moralis. Nam methaphysica ordinat̄ ad eam q̄ntū ad scire absolute et intrinsece loquendo. Moralis vero ordinatur ad ipsam fm q̄ est a nobis acquisibilis per opationes virtuosas volūtarie et nāliter et ex p̄ncipijs mere nālibꝰ procedentes: vt dictum est in.9º.notabili fm Doc.S.in p/logo primi sniaꝝ.ar.pº.ad.2ᵐ. Unde methaphysica ordinatur ad felicitatē cōtemplatiuam. Moralis vero ad actiuam: vt pꝫ pº politice: et.10.ethyᶜ. ¶Et per hoc pꝫ solutio ad 4ᵐ. ¶Ad 5ᵐ dōm q̄ lꝫ intellectus nō possit extendi p̄prie loquendo.s.extensione dimēsiua: vt pꝫ.po test tamen extendi methaphorice.s. extensione virtutis. ¶Ad 6ᵐ pꝫ solutio i.2º.dubio. ¶Ad 7ᵐ dōm q̄ lꝫ methaphysica fit cōis ad oēs scias speciales taꝫ speculatiuas q̄ practicas cōitate dico p̄siderationis: tm̄ secus est loquēdo de cōitate p̄dicationis. Hec.n.est falsa p̄dicatio: physica est methaphysica formaliter loquēdo. Methaphysica etiam nō est cōis ad omnes scias speculatiuas cōitate p̄cisionis: cuꝫ nō sit cōis ad seipsam. ¶Ad 8ᵐ etiam et nonū pꝫ solutio clare ex dictis in.5º.notabili. ¶Ad 10ᵐ dōm fm Albertum magnuꝫ in phemio methaphysice tractatu.2º.cap º.7º. q̄ aliud est sciam esse liberalem: et aliud est eam esse liberam. Nam liberam esse sciam est nulli in p̄ncipijs vel in demonstratione esse obnoxiam et suūphus esse cām. Sed liberalis scientia dicit̄ illa que quēdam libertatis habet modum: fm quem moduꝫ facit scientē libere scire et que dubitationi non est obnoxia. Et hoc modo ille scie dicunt̄ esse liberales que dicunt̄ esse de quadriuio.s.arismetrica musica geometria ⁊ astrologia. Similiter dicunt̄ esse liberales ille scientie que dicunt̄ adminiculantes: sicuti sunt grāmatica rethorica et logica: que dicūtur libere q: libere inuente sunt. Non tamen libere dicūtur simplr: q: p̄pter alium finem inuēte sunt: vt innit pbus in phemio metha. Methaphysica aūt dicit̄ libera triplr. Primo q: nulli aliaꝝ sciaꝝ in p̄ncipijs est obnoxia. Secūdo q: libere inuenta est: vt dicit pbus in phemio methaphysice. Tertio vt idem pbus dicit ibidem: q: p̄pter se queritur et nō p̄pter aliud. ¶Et si arguat. Methaphysica est necessaria. Ergo nō est libera. pꝫ ꝺ̄a: q: necessitas libertati repugnat: vt pꝫ.8º.physicoꝝ. ¶Dicendū q̄ libertas opponit̄ necessitati coactionis que attendit̄ fm violentiaꝫ cause efficientis. Non tamen opponitur necessitati ex suppositione que sumit̄ ex ratione finis. Nec etiā opponit̄ necessitati nāli que sumitur a causis intrinsecis: vt pꝫ per Doc.S.in pª parte.q. 82.ar.pº.Et in.4º.sniaꝝ.di.15.q.4.arº. pº.q.3.ad pᵐ. Et de vi.q.22.ar.5.Et.q.24.ar.pº.ad.20ᵐ.Et de malo q.2.ar.3.ad.4ᵐ.Et in quolibetis quolibeto.4.q.12.ad poª.q.10.ar.2.ad.5ᵐ. vbi sic ait. Naturalis necessitas ꝺ̄a quā volūtas aliqd ex necessitate velle dicit̄ vt felicitatē: libertati volūtatis nō repugnat: vt Aug. dicit in.5º.libro de ciuitate dei. Libertas.n. volūtatis violētie vel coactionī opponit̄. Nec ille. Et de hac multiplici necessitate dictum est supra in.5º.huius.q.5.arº.pº. ¶Sed dicebat quis vult sed sponte: vt pꝫ per Doc.S. ꝺ̄a gentiles libro pº cap º.88. vbi sic ait. Nam liberum arbitriuꝫ dicit respectu eoꝝ que nō necessitate quis vult sed p̄pria sponte. Unde in nobis liberū arbitriuꝫ est respectu eius q̄ libere volumꝰ: vt currere vel ambulare. Hec ille. ¶Dicendū q̄ liberū pōt accipi duplr. Uno modo vt idez est q̄ nō coacte. Et sic accipit̄ cōiter fm q̄ ab eo dicitur libertas. Et sic opponitur necessitati coactionis. Unde sic nō opꝫ q̄ se habeat ad vtranq; partem p̄dictionis per respectum ad omnia. Alio accipitur libeꝝ vt opponit̄ necessitati cuicunqꝫ: vt idem est q̄ntingens vel possibile aliter se habere. Et isto modo libertas opponit̄ tam necessitati nāli q̄ necessitati coactionis. Sed primo modo opponitur necessitati coactionis tm̄. Unde Doc.S.in pª parte.q.19.ar.10.ad vltimū sic ait. Manifestuꝫ est q̄ impossibile est deum malum culpe velle. Et tamen ad opposita se habet inq̄ntuꝫ potest velle hoc esse vel non esse: sicut et nos nō peccādo possumꝰ velle sedere et nō velle. Hec ille. Et de hac multiplici libertate et qualr methaphysica est scientia libera superius in phemio huius methaphysice.q.8.ar.6.ad longum disputatum est. ¶Ex quibus pꝫ q̄ methaphysica est scia libera: lꝫ non sit scia liberalis p̄prie loquendo: q: vt dicit Albertus magnus vbi supra.vꝫ.in phemio methaphysice methaphysicalia p̄eniunt intellectuꝫ. Physicalia vō obnoxia sunt varietatibus. Ideo nō libere cansant sciam in nobis. Cōiter tamen loquēdo methaphyca pōt dici liberalis: q: vꝫ nō alicuius alterius causa q̄rit̄ lꝫ p̄pter scire: vt dicit Doc. S.in phemio huiꝰ methaphysice: vt deductum est ibi q.8.ar.6.in notabili. Et sic pꝫ q̄ methaphysica est theorica.i.scia speculatiua. De quo etiaꝫ dictū est supra in pº huius.q.8.ar.5.

¶Ibi in phylosopho et Doc.S. Si vero est ad īmobile ⁊ separabile ⁊c̄.

a **Secundum** sic p̄cedit̄. Videtur q̄ methaphysica nō sit de abstractis fm esse et rōneꝫ a materia sensibili et intelligibili. Nam prima philosophya p̄sideratur primū mouens. Sed primū mouens mouet seipsuꝫ. fm Platonem. Similiter dicitur q̄ deꝰ est omnibus mobilibus mobilior: vt pꝫ Sapientie.7º. Ergo prima phya nō abstrahit a motu. Sed motus nō est sine materia cum materia sit subiectū motꝰ. Igit̄ ⁊c̄. ¶Ꝑ 2º. Proprius modus p̄cedēdi prime phye est intellectualiter p̄cedere: vt pbat Doc.S.sup Boccio de trinitate.q.vltª.ar.pº.quæstiūcula.3.in resp̄sione questionis. Ergo non abstrahit a materia intelligibili. ¶Ꝑ 3º. Et usdez scie est p̄siderare totū et partes et passiones. Sed partes entis sunt mā et forma. Cuꝫ ergo ens sit sbm p̄me phye sequit̄ q̄ hꝫ p̄siderare mām et motum. ¶Ꝑ 4º. Quelibet scientia considerat illa que de necessitate consequuntur ad ipsum subiectum: cum eiusdem scientie sit considerare subiectum et passiones eius. Sed ad ens de necessitate sequitur necessarium et contingens: vt infra pbat Doc.S.in vltima lcōne huius sexti libri. Contingentia aūt variabilia sūt et motibꝰ obiecta et mālia. gº ⁊c̄. ¶Sed contra est pbus in textu dicens. Si vero est aliquid immobile ⁊ separabile ⁊ sempiternum palam quia est theorice id nosce: nō tamen physice. Nam de mobilibus quibusdam est physica. Nec mathematice: sed prioris ambarum: physica nanq; circa inseparabilia quidem sed nō immobilia. Mathematice autē quedam circa immobilia quidē sed inseparabilia forsan verum q: in materia. Prima vero circa separabilia ⁊ immobilia.

Respondeo dōm q̄ prima philosophia ē sciētia considerans ea que sunt separata fm esse ⁊ rationem a materia sensibili ⁊ intelligibili tam communi q̄ individuali. ¶Quod sic pbat philosophus duabus rationibus. Quarum prima sic potest formari fm Doc.S.in lectione. Nam de separatis a motu ⁊ mā cum de eis possit haberi sciētia: dꝫ considerare aliq̄ pars phye. Alias phya nō esset q̄uenienter tradita. Sꝫ phyca de eis non considerat. quia physica considerat

de his que sunt ꝓiuncta materie ſm esse et rationem: et per ꝓns de mobilib⁹. Neq; ẽt taliuz ꝓsideratio est ipsi⁹ mathematice: q; mathematica nõ cõsiderat de separatis ſm esse a materia et motu: sed solum ſm rationẽ: vt ꝓbatum est. Ergo eoz ꝓsideratio ptinet ad aliquã scientiã priorez p̃dictis. Sed nõ est alia pars phye a p̃dictis nisi phya diuina siue methaphysica: vt infra ꝓbabit. Ergo ꝓsiderare de separatis ſm esse ꝛ rõnez ptinet ad phyam diuinam. ¶ Scõa ratio talis est quã tangit Doc. S. ibi. Necesse vero est oẽs ꝛc. Phya diuina que methaphysica dicit est de primis ꝑncipijs et de causis primis: vt in p⁹ ꝓbatuz est. q. 7. ar. 4. Sed necesse est primas et vniuersales causas esse sempiternas imobiles et immãles. Alias esset ꝓcedere in infinitũ in causis. Qõ improbatũ est in. 2⁰. huius. q. 3. ar. 1. Ergo relinquit q methaphysica est de separatis ſm esse et rõnez a motu et materia. Unde phus dicit in textu q quedaz est pars phye que cõsiderat mobilia et iseparabilia ſm esse a materia que dicitur physica. Alia est que forsan est circa imobilia sed in separabilia ſm esse. Et dicit forsan: vt hic dicit Doc. S. q; veritas illius dubij nõdum erat determinata. Sz alia est que est circa imobilia et separabilia ſm esse ꝛ rõnem a materia. ¶ Ex predictis aũt infert phus vnuz corelarium. Nam ex hoc q hec scia ꝓsiderat primas causas que cuz sint maxime entia sunt cause aliox inq̃ntuz sunt entia: vt dictum est in. 2⁰. huius. q. 2. ar⁰. 2. sequitur q hec scia debet dici prima. Qõ intelligendũ est naturaliter: nõ aũt quo ad nos: vt dicit Doc. S. sup Boecio de trinitate. q. penulti⁹. ar. p⁰. ¶ Ex quo apparet vt infert hic Doc. S. falsitas opinionis illoz qui posuerunt Aristotilez sensisse q deus nõ sit causa substãtie celi: sed solum motus eius. Unde lz Aristotiles posuerit mundũ esse ab eterno: non tamen voluit q mundus non habuerit causam sui esse. ¶ Considerandum est aũt ſm Doc. S. in lcõne. q lz ad ꝓsiderationez prime phye ptineat cõsiderare ea que sunt separata ſm esse et rationez a materia et motu: non tamẽ soluz ea ꝓsiderat: Quia de sensibilibus inq̃ntũ sunt entia primus phus pscrutat: nisi forte dicamus vt Auicẽna dicit q huiusmodi cõmunia de quibus scia hec pscrutatur dicunt separata ſm esse: nõ q; semp sunt sine materia: sz q; non de necessitate hñt esse in mã sicut mathematica. Hec ille. ¶ Sed querebat discipulus pro maiori sui declaratione. Cum sapiẽtia diuina. s. theologia diuinitus inspirata ꝓsideret ea que sunt separata ſm esse et rationez: qualiter hec diuina phya distinguit ab illa: cum eadem ꝓsideret vt probatum est. ¶ Ad hoc respõdet clarissime Doc. S. sup Boecio de trinitate. q. penulti⁹. ar. 4. i corpore. vbi sic ait. Theologia siue diuina scia est duplex. Una in qua ꝓsiderant res diuine non tanq̃ subiectũ scie sed tanq̃ p̃n⁹. Et talis est theologia quaz phy prosequuntur que alio noie methaphysica dicit. Alia vero est que ipsas res diuinas ꝓsiderat ꝓpter seipsas sicut subiectum sciẽtie. Et hec est theologia que in sacra scriptura tradit. Utraq; aũt est de his que sunt separata a materia ꝛ motu ſm esse: sed diuersimode ſm q dupliciter põt aliqd esse a materia et motu separatuz ſm esse. Uno⁰ sic q de ratione ipsius rei sit q separata sit: ita q nullo modo i materia et motu esse possit: Sicut deus et angeli dicuntur a materia separari. Alio⁰ sic q nõ sit de rõne eius q sit in materia et motu sed possit eẽ sine materia et motu q̃uis q̃q; inueniat in mã et motu. Et sic ens sba po⁹ et actus sunt separata a materia et motu. Theologia ergo phylosophyca determinat de separatis a materia sẽdo modo sicut de subiectis: et de saparatis primo modo sicut de ꝑncipijs subiecti. Sed theologia sacre scripture tractat de separatis primo modo sicut de subiectis q̃uis in ea tractent aliqua que sunt in materia et motu ſm q requirit rex diuinaz manifestatio. Hec ille.

Ad primum igitur dicendũ ſm Doc. S. sup Boecio vbi immediate supra ad 2ᵐ. q moueri nõ attribuitur deo ꝓprie: sed methaphorice. Et hoc duplr. Uno⁰ ſm q imꝓpꝛie opatio intellectus et voluntatis motus dicit. Et ſm hoc aliquis dicitur mouere seipsum q̃n intelligit vel diligit se. Et per hunc moduz põt verificari dictũ platonis dicẽtis q primus motoz monet seipsum: q;. s. intelligit et diligit se: vt Cõmentatoz dicit in. 8⁰. physicoz. Alio⁰ ſm q ipse effluxus causatoz a suis causis nominari põt ꝓcessio siue motus cause in causatum: inq̃ntuz in ipso effectu relinquitur similitudo cause. Et sic causa que prius erat in seipsa: postmodum fit in effectu ſm suaz similitudinẽ. Et hoc modo deus qui suaz similitudinem oibus creaturis impfectus est q̃ntum ad aliqd dicit ꝓoia et in omnibus moueri vel ad alia procedere. Quo modo loquendi vnt frequenter Dionysius. Et etiã ſm hunc modũ debet intelligi qõ dicit Sapientie. 7⁰. q omnibus mobilib⁹ mobilior est sapiẽtia. Et q attingit a fine vsq; ad finez fortiter ꝛc. Hoc aũt non est ꝓprie moueri. Hec ille formaliter et laudabiliter. ¶ Ad 2ᵐ dicendũ q materia intelligibilis põt accipi dupliciter. Uno⁰ obiectiue ꝓut obiectũ de quo est aliqua scientia est materia circa quã scie. Et sic methaphysica nõ abstrabit a materia intelligibili. Alio⁰ accipit subiectiue. vz. ꝓ mã reali in qua aut ex qua que subiciuntur q̃ntitati et qualitati ſm esse. que tamen ſm rationem intelligit subijci q̃ntitati et non qualitati sicut dictum est. Et sic methaphysica abstrahit a materia itelligibi. ¶ Ad 3ᵐ dõm sicut dicit Doc. S. vbi supra ad 6ᵐ. q methaphysicus ꝓsiderat etiã de singulis entibus nõ ſm ꝓprias rõnes per quas sunt tale vel tale ens: sed ſm q partiꝛ pant cõmunẽ entis rõnem. Et sic etiam ptinet ad ei⁹ cõsiderationem materia et motus. Hec ille. ¶ Et per hoc patet solutio ad vltimum.

¶ Ibi in pho et Doc. S. vbi supra.

Q tertium ꝓcessus methaphysice ꝓcedit. Uidet q ꝓcessus intellectualis. Nam ꝓprius nõ sit ꝓcessus intellectualis. Nam ꝓ⁹ p⁰ hui⁹ est ꝓn⁹ intellectus vt dicit Doc. S. in p⁰ huius. Et ꝓn⁹ cipioz. Sed non omnia que ꝓsiderant in methaphysica sunt p̃n⁹: sed quedaz ꝓsiderant vt ꝓclusiones. Similiter nõ solum in methaphysica sunt p̃n⁹: sed etiã in aliis scijs. Ergo nõ est proprium methaphysice intellectualiter procedere. ¶ p̃ 2⁰. Methaphysica abstrahit a materia intelligibili: vt supra dictum est. Ergo methaphysica nõ ꝓcedit intellectualiter: sed potius mathematice est sic q cedere: cum materiaz intelligibilez ꝓsideret tanq̃ obiectum. ¶ p̃ 3⁰. Processus intellectualis ꝓprie est illius scie que nõ mendicat a sensibilibus. Hinc est q Dionysius 7⁰. ca⁰. de di. no. attribuit intellectualem virtutem angelis qui diuinaz cognitionez non accipiunt a sensibilibus. Cum ergo hec scia sit humanitus inuenta: oriz habet a sensibilibus. Igit ꝛc. ¶ p̃ 4⁰. In illis nõ põt esse itellectualis processus: que intellectum nostrũ excedunt. Sed diuina de quibus est hec scia sunt huiusmodi. Dicit. n. Dionysius. 2⁰. ca⁰. de di. no. Nam supersubstalem sciam igorantie supsubstalitatis que est sup rõnem et intellectum et sbam ipsaz ipsi soli attribuere ꝙuenit tanquz ad stupas respiciẽtes q̃ntum thearchiaz eloquioz radius seipsam imittit ad splendores sup rõnes ꝛ finus certa diuina rẽperantia ꝛ sanitate ꝓstructi. Hec ille. Ergo videt q intellectualiter ꝓcedere nõ sit ꝓpriuz huic scie. ¶ Sed incontrarium arguit. Nam rebus ꝓsideratis in aliqua scientia debet correspondere modus procedendi illius scientie. Sed res ꝓsiderate in hac prima phya sunt intelligibiles ſm seipsas. ergo processus intellectualis huic scientie potissime cõuenit.

Respondeo dicendũ q processus intellectualis potissime huic prime phylosophie attribuitur loquẽdo de scientijs humanitus inuentis. Nam illa ꝓsideratio que est terminus totꝰ humane rõcinationis: maxime est ꝓsideratio intellectualis. Sed tota ꝓsideratio humane rõcinationis resoluentis in omnibus scientijs ad ꝓsiderationez prime phylosophie terminatur. Ergo ꝓsideratio eius est maxime itellectualis. ꝓbatio prime: Quia illius scientie ꝓsideratio sine

pcessus dr̃ maxime intellectualis inq̃a maxie obseruat modus ipsius intellectus ꝓprius. ¶Nō rōcinatiōis seu rō nis. ꝓprium est circa multa diffundi: ⁊ ex eis vnā simpli cē cognitionē colligere. Et sic simplex cognitio ē terminus rōcinationis seu rōnis. Intellectus vō econuerso vnā sim plicem veritatem ꝑsiderat: ⁊ in illa toti⁹ multitudinis co gnitionem capit. Ergo ꝓprium est intellectualitatis q̄ fit terminus considerationis rationis ſm viam resolutio nis inquantum ratio colligit ex multis vnam simplicem veritatem quam intellectus considerat. ¶Patet ergo q̄ cō sideratio que est terminus totius humane rōcinationis ē maxime intellectualis que fuit maior probanda. ¶Proba tio medie: quia ratio procedit ab vno in aliud. Aut ergo procedit ſm rem q̄ per causas vel effectus extrinsecos. Aut ſm rationem quia causis vel effectibus intrinsecis. Si primum: tunc resoluendo pcedit ab effectibus ad cau sas. Ergo illa resolutio ad causas primas terminatur. Cū ergo prima phya consideret primas ⁊ altissimas causas: vt probatum est in primo huius .q.7.ar.4. sequitur q̄ huius resolutionis terminus erit prima phya. Si autem ſcōm tunc procedit resoluendo a minus vniuersalib⁹ ad magis vniuersalia. Ergo illa resolutio ad maxime vlia terminabitur. Cum ergo prima phya consideret maxime vlia: sicut etiam in primo huius ōterminatus est.q.7.ar. 3. relinquitur q̄ tota ꝑsideratio rōnis resolutētis termina tur ad primā phyaz que fuit minor probanda. ¶Hec oīa li cet non vt iacent Doc. S. super Boetio de trinitate que stione vltima articulo primo.

Ad primuz igit̄ dōm ſm Doc. S. ibidem ad primum q̄ intellectualiter p cedere nō sic attribuit p̄me phye quasi ipsa nō ratiocinet̄ pcedendo de principijs ad conclusiones sed q: eius rōci natio est intellectuali ꝑsiderationi propinquissima ⁊ con clusiones eius principijs. ¶Hec ille. ¶Ad scōm dōm sic dictuz est in precedenti articulo ad secundū. ¶Ad tertiū dōm q̄ Dyonisius ibidem attribuit intellectualem vir tutem angelis ꝓpter quattuor. ¶Primo q: sunt intelligibi les actu inquātū sunt incorporei. Scōo q: intelligunt sup mundane. i. supra modum quo nos intelligimus. Intel ligunt enim inquantum sunt mentes subsistentes. Tertio quia illuminantur a deo de rationibus intelligibilibus p rationes intelligibiles existentium quia. s. per rationes in telligibiles eis a deo inditas rerum cognitionem habent nō intelligēdo rationes intelligibiles ex rebus sicut nos. Quarto quia ꝓpria intellecta deferunt ad ea que sunt p prima sui generis inquantum superiores manifestant sua intellecta inferioribus. ¶Hec Doc. S. formaliter sup dyo nisium. Et quia humana cognitio vt dicit Doc. S. super Boetium vbi supra ad tertium quātum ad sui terminū quodāmodo pertingit ad angelicam cognitionem: nō fz equalitatem sed ſm quādā assimilationem: ideo intelle ctualis processus attribuitur intellectui humano quantuz ad sui suprēmam operationem. Et si intellectus noster oz tum habet a sensu: hoc est ꝓpter conditionem intellect⁹ nostri ⁊ non ꝓpter ꝓprietatē rei intellecte. ¶Ad vltm dicendum q̄ diuina excedere intellectum nostrū potest i telligi dupliciter. Uno modo quātum ad si est. Et sic non excedunt intellectum nostrum. Alio modo quantum ad quid est. Et sic adequata cognitione excedunt intellectuz nostrum. Sed tamen scientia diuina que prima phyloso phya dicitur non est solum de deo: sed etiaz de alijs que intellectum humanum ꝓ statu isto non excedunt etiam quantum ad quid est de eis cognoscendum vt dicit Do. S. super Boetio vbi supra ad secundum.

¶Qō.6ª. De diuisione theorice phylosophye.

e **Est** insuper considerandum de partibus phye speculatiue siue de diuisione ei⁹. ¶Circa quod queruntur duo ¶Primo vtrū sint tm̄ tres partes phylosophie speculatiue ita q̄ diuisio theorice phyloſophie in physicaz mathematicam ⁊ methaphysicam sit bona. ¶Scōo vtrum quelibet illarum partiuz habeat ꝓpriū modū ꝓcedendi distinctum ab alijs. ¶Ubi in pbo ⁊ Doc. S. Quare tres erunt ⁊c̄.

ſm esse formale: sequeretur q̄ materia haberet esse per
illam formā. Aut ergo haberet esse hoc aliquid vel q̄le
quid ín. ¶Non 2m: q̄r existere non est quale quid. Si er-
go primum: sequitur q̄ illud qō sic esset: esset indiuiduū
cum individuum significet hoc aliquid. Omne autē in-
diuiduum est sub aliqua specie. Unde sequeretur q̄ ha-
beret esse formatum ꝛ determinatum. quod est contra
ypothesim aduersarij. igitur ꝛc. Ꝯ 10. Omnis forma
formaliter existens in aliquo denominat illud sicut albe-
do denominat parietem album: et calor aquam calidā:
ꝛ sic de alijs. Si ergo forma substantialis ante rei gene-
rationem præexisteret in materia formaliter denomina-
ret eam talem: ꝛ sic ante generationem asini esset res asi-
nina. quod est inconueniens: Igitur idem quod prius.
Ꝯ 11°. Si forma substātialis præexisteret: puta forma
cadaueris in materia hominis viuētis: sequeretur q̄ for-
ma substantialis hominis viuentis non esset perfecte in
eo nullo tempore vite sue. quod videtur esse contra veri
tatem. igitur ꝛc. ¶Patet sequela: q̄r in omnibus formis
oppositis aliquem gradum perfecti ꝛ imperfecti haben
tibus dum vna introducitur ſm aliquem gradum altera
remouetur ſm eandem pportionem. vt cum introduci-
tur calor in aqua ſm eandem pportionem virtutis dimi
nuitur frigiditas aque. Si ergo forma substantialis intro
ducenda præexistat in materia cum forma abijcienda: se-
quitur q̄ forma abijcienda non erat ſm esse completum
in materia sed ſm esse diminutū. ¶Patet ergo ex præ-
dictis q̄ forma substantialis non est ponenda in materia
formaliter ante generationem rei. Sed vt hic dicit Doc.
Sanctus. ¶Positio taliter opinantium videtur propinqua
ponentibus latitationem formarum. Cum enim nihil agat
nisi ſm est in actu. si partes vel inchoatiōes formarum que
sunt in materia habeant aliquam virtutem actiuam: seq-
tur q̄ sint aliquo modo in actu: quod est ponere latitatio
nem formarum. Ꝯ 12°. Cum esse actu sit ante agere non
potest intelligi forma prius habere agere q̄m sit in actu.
¶Nec ille. Et ideo dicendum est q̄ forma substātialis nō
præexistit in materia ſm eē formale formabile sed bene
dispositiue. Unde ſm opinionem Doc. S. forma talis
partim est ab intra: ꝛ partim ab extra. ¶Partim quidem
ab intra. s. dispositiue ꝛ in potētia. Et partim ab extra. s.
formaliter: q̄r introducitur a generante formaliter in ma
teria in qua pri⁹ erat aptitudinaliter ꝛ dispositiue. Ꝯ ¶Pro
cuius ampliori declaratione aduertendum est ſm Doc.
Sanctum in tractatu de natura materie: ꝛ de dimensioni
bus interminatis elicitiue: vt adducit versoris q̄ forma
tripliciter reperitur esse in materia in potentia. Uno⁰ in
potentia remota ſm quam nihil est de forma neq̄ de dis
positionibus ad eam: sed solum est aptitudo ad formam
educendam ad terminum per agens. Et talis aptitudo
nihil est formæ: sed solus potentia passiua materie ad for
mam. Et hoc modo forma ignis diceret̄ in potētia aque
omnino indisposite ad formam ignis. Secundo modo
reperitur forma in materia in potentia non sic remota: ſz
quodāmodo disposita ꝛ inclinata ad formam per quali-
tates naturales siue hoc q̄ aliquid sit de essentia formæ
aut de virtute actiua eductiua formæ de potētia materie.
Et hoc modo ignis est in potentia aque iaz alterate per
aliquod agens extrinsecum ad formam ignis educendaz
Tertio modo dicitur forma in potentia materie non so-
lum in potentia passiua: sed etiam in potentia actiua. Et
hoc modo formæ sunt in potentia in seminib⁹: vt forma
asini in semine asini. Et forma oliue in semine olive. non
q̄ in tali materia sit essentia formæ: sed quia est ibi virtus
formatiua et effectiua productiua illius formæ. ¶Hanc
etiam distinctionem ponit Doctor Sanctus in de virtu
tibus in cōmuni. q. 1. articulo octauo sicut supra adductū
est. et in de veritate. q. 11. articulo primo in corpore. vbi
sic ait. Sciendū est q̄ in naturalibus rebus aliquid pre
existit in potentia dupliciter. Uno modo in potentia acti
ua completa quasi sicut principium intrinsecum sufficien
ter potēs pducere formam in actum perfectum: sicut p̄z
in sanatione. Ex virtute enim naturali que est in egro eger
ad sanitatem perducitur. Alio modo in potentia passiua
quando scilicet principium intrinsecum non est sufficiēs
ad perducendum in actum: sicut patet quando in aere fit
ignis. ¶Hoc enim non potest fieri per aliquam virtutem
in aere existentem. Quando igitur aliquid preexistit in
potentia actiua completa: tunc agens extrinsecum non
agit nisi vt adiuuans agens intrinsecum: ꝛ ministrando
ipsi ea quibus possit in actum exire sicut medicus in sa-
natione agit vt minister nature que principaliter opera-
tur confortando naturam et apponendo medicinas qui-
bus velut instrumentis vtitur natura ad sanandum.
Quando vero aliquid preexistit in potentia passiua tm̄.
tunc agens extrinsecum est quod principaliter educit de
potentia in actum sicut ignis facit de aere qui est poten-
tia ignis actu ignem. ¶Nec ille formaliter. Ꝯ Ex quibus
omnibus patet q̄ Doctor Sanctus ponit inchoationem
formarum tripliciter. scilicet passiue dispositiue ꝛ effecti
ue. Sed negat eam in genere cause formalis. ¶Non enim
vult concedere q̄ forma introducenda preexistat in ma-
teria ante generationem rei formaliter: sed solum tripli-
citer sicut dictum est. Sicut enim se habet forma artificia-
lis ad materiam in qua introducitur: ita etiam forma na
turalis. Sed constat q̄ forma artificialis non formali-
ter et actu preexistit in materia ante introductionem ar-
tis. ergo neq̄ forma naturalis preexistit formaliter: licet
preexistat in virtute actiua seminis: sicut dictum est.

¶Considerandū est vlterius ſm Doc. S. in. 2°. ſnīax. di. 18. q. 1, ar. 2. ī corpore. q ꝯ̄ huius forme educanť de potentia materie: illa tamen potentia materie non est potentia actiua: ſed passiua tm̄. Sicut enim vt Cōmētator dicit in. 8°. phyſicor̄ in motu locali aliqō opz esse mouens et motum ita etiam in motu alterationis: qr quando sanať corpus naturaliter cor̄ est sanans ꝛ alia mēbra sanata. Et ideo sicut in corporibus simplicibus non dicimus q̄ sint mota ex ſe ſm locum: qr ignis nō potest dici mouens ꝛ motum: ita etiam non potest esse alterans ꝛ alteratuz ex ſe quaſi aliqua potentia exiſtens in materia aliquo modo agat in ipſam materiaz in qua est educendo eam in actū. Sed vtrunq̄ cōtingit in animatis: qr sunt mota ſm locū ex ſe ꝛ etiam alterata ꝓpter diſtinctionem organor̄ vel partium. quar̄ vna est mouens ꝛ alterans: ꝛ alia mota ꝛ alterata. Et ideo non potest hoc modo accipi virtus ſeminalis in alijs rebus ſicut in habentibus aiam̄. ¶Nec tamen ſequiť ſi in materia est potentia passiua tm̄ q̄ non ſit generatio naturalis: qr materia coadiuuat ad generationē nō agendo: ſed inquantū est habilis ad recipiendum talē actionem que etiā habilitas appetitus materie dicitur ꝛ inchoatio forme. Non enim eodem modo omnes motꝰ naturales dicunť: vt pz in. 2°. phyſicor̄. Sed quidā propter p̄ncipiū actiuum intus exiſtēs: vt motus localis granium ꝛ leuium. Et quidam ꝓpter p̄ncipiū passiuz qō est ſm potentiam ab agente naturali natuz in actū educi: vt in generatione ꝛ alteratione ſimpliciū corpor̄. Unde ꝛ natura dinidiť in materiā ꝛ formā. Et ideo cōcedo q̄ in materia nulla potētia actiua est: ſed passiua tm̄. ꝛ q̄ rationes ſeminales dicunť virtutes actiue ꝓplete in natura cum ꝓprijs passiuis: vt calor ꝛ frigus ignis ꝛ virtus ſolis ꝛ huiuſmodi. Et dicunť ſeminales nō ꝓpter esse imperfectum qō habeant ſicut virtus ſolis formatiua in ſemine: ſed qr reruz indiuiduis primo creatis. huiuſmodi virtutes collate ſunt ꝛ opera ſex dierꝰ: vt ex his quaſi ex quibuſdam ſeminibus ꝓducerenť ꝛ multiplicarenť res naturales. Hec ille. que ꝛ in p̄ſenti lectione. quaſi omnia formaliter ponuntur. Ex quibus pz q̄ inchoatio forme nihil aliud est q̄ ꝯ aptitudo naturalis materie ad formam formaliter introducendaz. ¶Sed hic oritur difficultas. Dictum est enim in hoc vltimo notabili q̄ ꝯ̄ huius forme educanť de potentia materie: tamen potētia materie nō est potentia actiua ſed passiua tm̄. Et dictum est in penultimo notabili ex Doc. S. in de veritate. q̄ in naturalib⁹ rebus aliquid p̄exiſtit ſm potentiam actiuam ꝛ passiuaz ſimul. que videntur ꝓtradici. Igitur ꝛc̄. ¶Dicenduz q̄ formā p̄exiſtere in materia ſm potentiā actiuā potest intelligi dupliciter. Uno modo ſm potentiam actiuā potest ipſi⁹ materie aut forme: ita vz q̄ materia aut forma p̄exiſtens actiue agendo cōcurrat ad introductionez forme ſm esse completuz. Et ſic forme nō p̄exiſtunt ſm potentiā actiuā. Alio modo ſm potentiam actiuam agentis qua cum materia ſimul forma infuſa est ab agente in materia ſm potentiam actiuam nō quidem forme ſed agentis quod est p̄exiſtere effectiue: ꝛ non ſm esse formale formabile: vt per predictas rationes ꝛ ex adductis ſatis manifeſtum relinquitur.

Ad primū igitur dicendum q̄ in omni generatione viuentiuz p̄exiſtit aliquod p̄ncipium actiuum in materia. quod quidem principiuz actiuum nō est forma: ſed est virtus formatiua ſeminis que dicitur virtus actiua agētis. Unde nō opz q̄ forma p̄exiſtat formaliter ſed effectiue ꝛ diſpoſitiue. ¶Ad duo alia argumēta pz ſolutio ex dictis. ¶Ad quartū dicendū q̄ albuz non fit indifferenter ex omni non albo: ſed fit ex non albo in actu: ex albo tamen in potentia qō. ſ. est in potentia ad album. Nec tamen ꝓpter hoc opz ex ipſo non albo aliquid ponere albedinis per qō ipſuz fit in potentia ad album. Sed ſufficit q̄ ibi ſit potētia ſuſceptiua ſbi que est eadem reſpectu ꝯrioꝝ. Non enim vt dictum est Doc. S. totaliter negat inchoationem formar̄: qr ponit eas esse inchoatas paſſiue diſpoſitiue ꝛ effectiue. Sed negat inchoationem formar̄ formaliť ꝛ eſſentialiť: qr forma non p̄exiſtit eſſentialiť in materia ꝓpter rationes ſuperius adductas. ¶Ad q̄ntum dicendum q̄ ſi forma nullo mō p̄exiſteret in materia ipſa non educereť de potētia māteria ꝛ ipſa totaliť veniret ab extra. Sed qr p̄exiſtit in materia ſm potentiā paſſiuā nāle ꝛ diſpoſitiuā: nō opz q̄ talis forma totaliter veniat ab extra: ſed educiť de poa māteria est partim ab intra ꝛ partim ab extra. ſm modum expoſituz. ¶Et per hoc pz rñſio ad. 6m. ꝛ ad. 7m. ¶Ad 2o cū ins tamē maiori declaratione ꝓſiderandū est ſm Doc. S. in de poa. q. 3. ar. 4. ad. 7m. q̄ forma pōt ꝓſiderari dupliciter. Uno ſm q̄ est in poa. Et ſic a deo māe cōcreat nulla diſpoſitis nature actione interueniēte. Alio ſm q̄ est in actu. Et ſic nō creať: ſed de poa māe educiť p actiones naturale. Hec ille. ¶Ad octauū dōm vt dicit verſionis q̄ forma in motu pōt dici fluens dupliciter. Uno ſm q̄ ad diſpōnes ſubiecti requiſitas ꝓpter ipſas. Un̄ in motu ad accidens forma est fluens ſm ſe. Sed in mutatiōe ad ſbam ſoluz est forma fluens ꝯ̄tū ad diſpōnes que cansanť in alteratione preuia ad formā. Et in termino generationis in inſtanti educiť forma ſbalis ſine hoc q̄ fluat ad ſaluandā mutationez naturalez. ¶Ad nonuz dōm q̄ ex ſemine aſini fit aſinus ꝛ nō oliua: non ꝓpter hoc q̄ in tali ſemine ſit eſſentia forme aſini: ſed q̄ ibi est virtus formatiua que gerit virtutem generantis cuius virtute poteſt producere formam aſini de tali ſemine ꝛ non aliam. ¶Ad decimū dicēdū q̄ duplex est ſimilitudo. Quedaz formalis q̄ fundať ſup vnitate forme. Appetit⁹ aūt materie ad ſimilitudinem que virtualiť est in ſemine loquēdo de formis vnientiuz. ¶Ad. 12m. dōm q̄ creatio pōt accipi dupliciť. Uno ꝓprie. ſ. pro eo cui ꝓprie competit esse ꝛ fieri. Et ſic illud potētiale nec est creator nec creatura. Alio modo cōmuniter. ſ. pro omni eo q̄ non est creator. Et ſic illud potētiale est creatura. Nec tamen habet relationem aliā ad creatorem ab illa relatione qua creatura ꝓprie dicta refertur ad deum: vt ſatis ſupra declaratum est. ¶Ad 13m dicendum ſicut ſupra dictum est. q̄ dupliciter aliquid dicit ps. Uno formalis aut actualis. Et ſic illud potentiale nō c̄ ps forme. Alio mō virtualis ꝛ aptitudinal. Et ſic illud quod p̄exiſtit est bene pars forme generande quia illud quod p̄exiſtit in potenta materie. poſtea exiſtit in actu. Nec etiam cōcedendum est ſtricte loquendo q̄ illud quod p̄exiſtit ſit potentiale materie. Sed illud qō preexiſtit est in potentia materie: ꝛ potentia materie eadem cibili. Et licet vt cōmuniter dicitur aptitudo ſe teneat ex parte forme: ꝛ potentia ex parte materie: non tamen ꝓpter hoc dicendum est q̄ aptitudo materie ꝛ potentia māe ſint realiť diuerſa. Potentia. n. māe ꝓſiderata ſm q̄ oriť a materia ſic dicit poa. Scōm vero q̄ terminat ad formam dicit aptitudo. Un̄ talis aptitudo realiť est potētia materie: ꝛ nihil est eſſentialiter ipſius forme. ſed ſolum potētialiter: vt dictuz est. ¶Ex p̄dictis patet q̄ iſte tres vltime rationes non concludunt neq̄ aliquid probant: ꝯ̄ huius tamen pro rationibus ꝛ non pro argumentis eas adducat Antonius Andree in preſenti paſſu. ¶Ad 14m dicendum q̄ animal generatur ratione ſeminis ꝛ virtutis formatiue in ſemine: vt infra patebit. Et iz ſemen in ſe conſideratuz ſit imperfectius q̄ animal: tñ ſemen ſm q̄ includit virtutem agentis que p̄cedit ab agente meliante etiam virtute corporum celeſtium ſm aliquid eſt nobilius animali: ſicut ſupra dictum est de quartuo: q̄ diſpoſitibus primis que agunt ad introductionē forme ſbalis non

non in virtute ppria sed in virtute forme sbalis agentis. ¶Ad 15m dom q non est simile de motu grauium et leuium ⁊ de generatione animaliū: q motus grauiū est ad formam accidentalem que presupponit formam substantialem sicut scom presupponit primū. Sed generatio rerum naturaliū est ad formā substantialez. Unde non est simile. ¶Ad 16m dicendum q aliqui dicunt q aqua calida reducitur ad frigiditatem a frigiditate ⁊ humiditate aeris. ¶Sed melius dicendū est sm q innuit Doc. Sanctus in de potentia. q. 5. ar. 5. q reducitur ad frigiditatez a cōtrario pncipio existēte in aqua. s. ab habilitate ad frigitatez aque. Quod quidem pncipium phibet diu calorem manere in aqua. ¶Pro cuius amplioi declaratione aduertenduz est sm Doc. S. in de potentia vbi supra ad 6m. q formaz que incipiūt actu esse in materia per actionem corporalis agentis quedam pducunt sm perfectam rationem speciei ⁊ sm perfectuz esse: ⁊ in materia non remanent ptraria pncipia. Et tales forme remanent in materia post actionem generantis vsq3 ad tēpus corruptionis. Quedam vero forme producunt quidem sm perfectaz rationez speciei: non tamen sm pfectuz esse in materia. Sicut calor qui est in aqua calefacta habet perfectam speciem caloris non tamen perfectuz esse eo q in materia remanet forma ptraria caliditati. Et huiusmodi forme ponunt ad modicuz remanere post actionē agētis non tamen diu remanere q: remouentur a 3rio principio quod est in materia. Quedam vero pducūtur in materia sm esse iperfectuz ⁊ sm iperfectaz speciem. Sicut lumē in aere a corpore lucido. Nō enim lumē est in aere sicut quedam forma naturalis perfecta. prout est in corpore lucido: sed magis per moduz intentionis. Unde sicut similitudo hominis non manet in speculo nisi q̄diu est positus homini: ita nec lumen in aere nisi apud presentiā corporis lucidi. Huiusmodi enim intentiones dependēt a formis naturalibus corporz per se: ⁊ non solum per accidens. Et ideo esse eoz non manet cessante actione agentis huiusmodi. ¶Nec ille formaliter. ¶Ex quo pz quare aliqua forma habet esse post separationem agentis mul- tum quare aliqua parum ⁊ quare aliqua nunq̄. ¶Patet etiam q aqua calida reducitur ad frigiditatem a ptrario principio. s. frigido aque que frigiditas est passio naturalis aque. ¶Ad 17m dicendum q non ens actu: sed tātū in potentia est terminus a quo generationis. Quod qdez dicitur forma substantialis que preexistit in materia sm potentiam ⁊ virtutem agentis: vt dicebatur obijciendo. ¶Nec etiam oportet q mutatio instantanea siue substantia lis sit iter duos terminos positiuos sicut alie mutationes accidentales. ¶Ad 18m dicendum q forma substantialis introducta non dicitur preexistere in materia sm virtutem ipsius forme: sed sm virtutem actuam agentis que diffunditur cum semine: vt dictum est. Que quidem virtus diffusa non est eadem numero cum virtute que est actiue ⁊ subiective in agente cuz vnuz accidens numero non possit eē in diuersis subiectis subiective. Sed est eadem virtus specie. ¶Ad 19m ⁊ ad omnia alia argumēta que procedunt ex diuersis auctoritatibus diuersoz doctoz patet solutio ex dictis. ¶Probant enim q forme preexistant in materia sm potentiam passiuam ⁊ in rationibus seminalibus que producte sunt in operibus sex dierum: vt infra dicetur.

¶Ubi supra impertinenter.

a ¶Quantum sic pceditur. Uidetur q i mā ante generationem rei sit ponenda forma corporeitatis coeterna materie: vt albertiste volunt. Mā forma que suscipit in materia est corporeitas a qua nūq̄ denudatur. Ergo videtur q sit ponenda coeterna forma corporeytatis materie. ¶Ꝺ 2o. Forma substantialis preexistit in materia sm virtutem agentis diffusam in semine: vt dictum est. Sed talis virtus est forma accidentalis. Ergo presupponit formam substantialez in materia: vt supra dictum est. Talis autez forma substantialis que preexistit in materia non est forma specifica introducenda: vt pz in articulo pceden. Ergo est forma corporeytatis. Et sic idem quod prius. ¶Ꝺ 2o. Semen deciduz cuz sit dimensionatū ⁊ q̄ntuz est corpus. Ergo in semine est forma corporeytatis. Sed aduenīente alia forma talis corporeytas manet: q: remanet corpus. ergo nō. ¶Sed ꝺ. ¶Propria enim perfectio vnitur imediate proprio perfectibili. Sed forma substantialis est ppria perfectio mā prime que yle dicitur: vt pz pō de generatiōe. Ergo imediate sibi vnitur ⁊ nō mediāte forma corporeytatis. Lectio.10

Respondeo dicendum q vt dicit Doctor Sanctus in. 2o. sñiaz distin. 18. q. 1. ar. 2. in corpore. quidam dicunt q forma speciei non recipitur in materia nisi mediante forma generis que est alia numero a forma speciei. Unde vt tales dicunt p aliā formam in numero habet ignis q sit ignis: ⁊ per aliam q sit corpus. ¶Hec autem opinio imponitur Lyncolensi ⁊ suis sequacibus: vt refert Gayetanus in pō physicoz qui volunt q forma corporeytatis sit coeterna materie: ⁊ q omnes forme specifice sint in potentia in materia p formam generis cuz omne inferius sit in potentia in suo superiori. Sed non preexistit in actu: q: quantuz ad modū essendi in actu in materia producitur a naturali agēte deducente formam corporeytatis ad esse in actu completo sm speciem talem vel individuum tale ad quod forma corporeytatis prius fuerat in potentia. ¶Sed cōtra hāc opinionez adducit Doc. S. in. 2o. sñiaz. vbi supra q̄tuor rationes. ¶Quam omnis forma que aduenit post aliquod esse substantiale est accidentalis. Si ergo post esse generis constitutum per formam aduenīret forma specifica: illa esset accidētalis. ¶Ꝺ 2o. Si talis forma generis eēt coeterna materie recedente forma specifica adhuc remaneret individuum de genere substantie. qō est pōtra rationem forme substantialis: sicut dicitur. 2o. de anima. ⁊ cōtra rationem corruptionis in qua fit resolutio vsq3 ad materiam primam: vt dicitur pō de generatione. ¶Si dicatur q remanet individuuz generis ⁊ non alicuius spēi determinate. ¶Contra. Non potest esse individuū hoc ⁊ non illud sub aliquo genere nisi sit sub aliqua specieruz eius: vt expresse dicit phūs in topicis. Si ergo tale individuum sit individuum generis: erit etiam individuum alicuius speciei eius. ¶Ꝺ 2o. Impossibile est vnuz rem numero habere duo substantialia esse. Alias vna res eēt due res quod implicat. Sed quelibet forma dat esse. Ergo si prima forma materie aduenīens dat sibi esse substantiale oportet q altera non det sibi. Uel si det esse: illud esset eē accidentale. ¶Ꝺ 3o. Si sic: sequeret q res significata per genus esset pars speciei constitute per formam superadditam. Et sic de specie predicari non posset quod est contra omnes logycos. Igitur non est ponē da forma corporeytatis per quam res dicitur corpus ⁊ alia per quam dicitur talis res. Et q̄uis Cōmentator dicat scōo huius genus non esse materiam: sed formā mediam inter materiam ⁊ vltimam formam. hoc non dicit vt dicit Doctor Sanctus vbi supra ad significanduz ordinem formarum sm rem: sed sm rationem: quia genus q̄uis significet totum: vt Auicēna dicit. significat tamen vt indistinctum: ⁊ ita propinque se habet ad rationē materie. Sic ergo non est ponenda forma corporeytatis coeterna materie que sit alia numero a forma specifica. Uolunt ergo aliqui alij: vt Albertiste q sit ponenda forma corporeytatis in materia ipsi coeterna eadem sm essentiam cum forma specifica introducenda: distincta tamen ab ea sm esse perfectum ⁊ imperfectum. Unde dicunt formas specificas preexistere sm quandam inchoationez. Sed quia rationes quas dōs Albertus adducit ad hoc pbanduz adducte sunt ⁊ solute in prima parte huius summe. videlicet in q̄nto libro. q. 8. articulo vltimo. vbi querebatur an materia sit separabilis a corporeytate: ⁊ ēt q talis inchoatio forme non sit ponenda disputatum est in articulo precedenti: ideo hec opinio ad presens relinq̄. Lectio.7. Lectio.5.

Ad primum igitur dicendum q̄ si accipiatur corporeytas p̄ forma substantiali aut pro tribus dimensionibus: sic materia bene denudatur a corporeytate. Sz si sumatur pro gradu forme specifice: sic materia nunq̄ ab ea denudatur: q̄ materia semper est sub aliqua forma que ſm aliquem gradum perfectionis dat materie corporeytatem: vt in libro. 5°. vbi supra declaratum est. ¶ Ad secundum dicendum q̄ talis virtus formatiua non est in illa parte materie in qua forma est introducenda. Sed est subiective in aliquo superfluo sibi propinquo que cum forma substantiali illius superflui remanet per totam generationez: vt inuit Doctor Sanctus in de potentia. q. 3. ar. 11°. vbi sic ait. virtus formatiua radicatur in spiritu qui in semine includitur sicut in subiecto. f ere autem totum semen: vt dicit Auicēna in spiritum cōuertitur. Unde licet corpulenta materia ex qua conceptum formatur multotiens per generationem transmutetur: non tamen virtutis predicte subiectum destruitur. hec ille. ¶ Ad vltimum dicendum q̄ si accipiatur corporeytas pro forma corporeytatis: non remanet adueniente alia forma. Et q̄ sit corpus habet a forma specifica a qua etiam habet q̄ sit ens substantia animal: ꝛ hoc corpus: vt infra forsitan declarabit. ¶ Ubi supra impertinenter.

a Sextum sic proceditur. Uidetur q̄ rōnes seminales non sint ponende in materia. Nam per rationes seminales itelliguntur virtutes actiue: vt virtus solis calor: ignis ꝛc. vt dicit Doctor Sanctus in 2° sñiaz. di. 18. q. 1. ar°. 2. Sed constat q̄ calor ignis non est in materia sed in igne. Similiter virtus solis est in sole. Igitur ꝛc. ¶ p̄ 1°. Non est ponenda aliqua ratio in aliquo quod intellectum non habet. Sed materia caret intellectu. Ergo in ea non ponitur aliqua ratio. Et sic idez quod pri°. ¶ p̄ 3°. Illud est ratio seminalis per quod inest materie inclinatio ad recipiēdas formas specificas. Sed hoc videtur esse corporeytas que non est ponenda in materia: vt declaratum est. Igitur ꝛc. ¶ Sed incontrarium arguitur. quia virtutes quibus alterum potest p̄ducere sibi simile sunt ponēde in rebus. Sed tales vocantur rationes seminales. Ergo rationes seminales ponende sunt in rebus.

Respondeo dicendum q̄ in materia ponēde sunt rationes seminales ad multiplicationem rerum. Nam res naturales cum producte sint a deo sunt pfecte. Sed tunc vnūquodq̄ dicitur perfectū quando potest p̄ducere tale quale ipm est: vt dicit. 4°. methauroꝝ. Ergo res naturales habent virtutes eis inditas per quas hoc facere possint. Tales autem virtutes vocantur rationes seminales. Igitur ꝛc. ¶ p̄ Cuius declaratione aduertendū est ſm Docto. Sanctū in. 2°. sñiaz. di. 18. q. 1. ar°. 2. q̄ forme naturales sibi similes producere possunt. Et ideo pprietates seminis habēt. Unde seminales dici possunt. Forme ergo rerum p̄ducendaꝝ ſm q̄ in arte diuina existunt primordiales rationes esse dicuntur eo q̄ ipse sunt prima principia rerum producendaruꝝ. Potentia autem que reb⁹ indita est ad suscipiendum illud in se quod diuina volūtas disposuit: rationes obedientiales a quibusdam dicūtur ſm quas inest nature vt fieri possit ex ea quicquid deus vult. Ipse autem virtutes in materia posite ſm quas naturales effectus consequūtur rationes seminales dicuntur. Hec ille. ¶ Ex quibus patet q̄ rationes sunt in triplici differentia. Quedam sunt primordiales quedam obediētiales et quedam seminales. ¶ Considerandum est vlterius ſm eundez q̄ quid sint in re ille rationes seminales aut ille virtutes a diuersis diuersimode assignatur. Quidam enim dicunt q̄ forma generalis incompleta. s. forma corporeytatis ratio seminalis dicit: q̄ per talem formam inest materie quedam inclinatio ad recipiendas formas specificas. Alij vero dicunt illas virtutes incompletas ſm quas forme p̄existunt in materia ſm esse imperfectuz esse rōnes seminales: q̄ sunt ſm esse incōpletū in materia: ꝛ coopant agēti in agēdo. Sed hee due opiniones stare non possunt: quia vt supra probatuz est: nō est ponenda talis incboatio formarum. Neq̄ etiam ponenda est forma corporeytatis. Unde rationes seminales: vt dicit Doctor Sanctus ibidem dicitur virtutes actiue complete in natura cuz propijs passiuis. vt calor ꝛ frigus: ꝛ forma ignis: ꝛ virꝰ solis: ꝛ huiusmodi. Et dicuntur seminales non ꝓpter esse impfectum quod habent sicut virtus formatiua in semine: sed q̄ reruz indiuiduis primo creatis. huiusmodi virtutes collate sunt per opera sex dierum: vt ex eis quasi ex quibusdam seminibus producerētur ꝛ multiplicarent res naturales. Et huiusmodi virtutes dicuntur etiam rōnes non q̄ sint in materia per modum intentionis: sed quia ab arte diuina producuntur: ꝛ manet in eis ordo ꝛ directio ītellectus diuini sicut in re artificiata manet directio artificis in finem determinatum. Sub rationibus etiaz seminalibus comprehenduntur tam virtutes actiue ꝙs passiue que perfici possunt per agentia naturalia: sicut ēt in generatione animalium semen extenso nomine dicit non solum sperma: sed etiam menstruum. Hec omnia Doc. San. vbi supra quasi formaliter. ¶ Sz querebat discipulus. vtrū rationes seminales sint in materia ante aduentum forme complete. Arguebat eniz q̄ sic. Quia virtutes passiue dicuntur etiam rationes seminales: vt ex dictis patet. Sed in materia ante aduentuz forme est quedam potentia passiua siue inclinatio naturalis ad formam. ¶ Incontrarium arguebat q̄ non. Quia Doctor Sanctus in sedo sententiaꝝ vbi supra ad secundū. dicit q̄ rationes seminales dicuntur materie indite: non quia sint intelligende p̄existere in materia ante aduentum forme complete quasi pertinentes ad essentiaz materie: sed per modum quo etiaz forme complete dicunt eē i māteria ante aduentum forme complete. ¶ Dicendum quod si per rationes seminales ītelligant omnes virtutes actiue ꝛ passiue quibus res naturales producuntur ꝛ multiplicantur. non est dicendum q̄ omnes rationes seminales sint in materia ante introductionez forme ꝛ nō in aliquo alio. Manifestuz est enim q̄ virtus solis est i sole formaliter: ꝛ virtus actiua ignis in igne: ꝛ sic de similib⁹. Sed aliquę rationes seminales dicuntur esse in materia ante aduentum forme: inquantum in ea est potentia passiua ꝛ inquantum diffunditur in semine virtus agentis eadē in specie cum ea que remanet in agente non eadem in numero. Quod autem Doctor Sanctus inuit q̄ non sint in materia ante aduentum forme complete: hoc intellige q̄ etiam sunt in agentibus ꝛ vniuersaliter in omnibus indiuiduis ꝛ causis: ꝛ non solum in materia decisa ante rei generationem. ¶ Ad rationes autez omnes patet solutio ex dictis. quas rationes cum pluribus alijs soluit Doctor Sanctus in secundo sententiarum vbi supra. vbi clare et glorioſe hanc mām declarare dignatus est. ¶ Ubi supra impertinenter.

Lect. 4. ꝛ com. 19.

a Septimum sic p̄ceditur. Uidetur q̄ neq̄ virtus seminis neq̄ semen neq̄ etiam rationes seminales cooperentur ad introductionez forme substantialis. Et hoc quinq̄ rationibus Antonij Andree in presenti passu. Nam id quod non est: non est principium productiuum forme substantialis: quia agere p̄supponit esse. Sed semen in instanti generationis non est: quia generatio vnius est corruptio alterius. ¶ Sed dicebat q̄ semen est principium productuum dum est. ¶ Contra. Semen est aliquid de proximo conuertibile in illud quod debet generari. Sed omne tale habet rationem passiui magis q̄z actiui. Igitur ꝛc. ¶ p̄ 2°. Nullum imperfectum est principiuz p̄ducēdi pfectius. Sed semen est qōdam impfectius re gnāda. ergo ꝛc. ¶ Sed dicebat q̄ semen agit in virtute ppria. Et sic pōt p̄ducere formam

formam geniti. ¶Contra. In virtute non entis eo mo/
do quo non est nihil agit. Sed virtutis producentis cuz
non sit in rerum natura: puta patris mortui habet ratio
nem non entis. Ergo nihil agit. ¶ 2°. In causis acci/
dentaliter subordinatis nō oportet omnes causas simul
concurrere ad effectum: vt dicitur scdo huius. Sed de/
cidens semen z ipsum semen sunt accidentaliter subordi
nata. ergo zc̄. Et sic semen non agit in virtute deciden/
tis ipsum. ¶Sed incontrarium arguitur. Nam si
forma substantialis non introduceretur virtute agen/
tis naturalis: sed solum agens naturale disponeret: se/
queretur q̄ sicut anima rationalis creatur pari ratione
omnes forme naturales crearentur: quia agens naturale
etiam dispositiue operatur ad introductionem anime ra
tionalis. Consequēs est ꝓtra pbm in hoc septimo vbi di/
cit q̄ caro z os generantur a forma que est in hijs carni/
bus z in hijs ossibus inuens q̄ non soluz agens naturale
disponit materiam: sed educit formam in actum.

Respondeo dicendum q̄ Antonius An/
dree ꝓpter ratiōes adductas
ante incōtrarium cōclndit z asserit q̄ neqz semen neqz
rationes seminales ponuntur: vt sint p̄ncipium actiuum
generationis attingens terminum formalem generatio/
nis qui est ipsa forma. Et dum ab eo queritur a quo for
me naturales per ꝓpagationem educte generarent aut
producerentur: respondet q̄ īmediate a deo ꝓducuntur.
Quod sic probat. Quia tales forme non ꝓducuntur a se/
mine: vt pz per rationes adductas. Neqz a patre: q̄ ipo
mortuo potest filius generari. Nec a forma neqz a vir/
tute celi: q̄ ipsa est imperfectior q̄ forma animati: vt pz
per Augustinum. 5. de ciuitate dei. Omne viuēs est pre
stantius non viuente. Neqz etiam ꝓducunt ab intelligē
tia aut ab angelo. Tum q̄: sm omnem scolam angeli nō
possunt mouere materiā ad formaz. Tum q̄ angeli non
operantur nisi mediante motu celi. Si ergo celuz eas nō
ꝓducit nec angeli. relinquitur ergo ex sufficienti diuisio
ne q̄ deus predictas formas īmediate producit. Nec vi
deo vt ipse dicit q̄ sit aliqō incōueniens q̄ predicte for/
me creentur. ¶Dicit vlterius q̄ semen bene agit ad al
terationem z dispositionem p̄cedentem introductionez
forme substantialis. Hec ille omnia que bene sunt nota/
bilia. ¶Sed hanc opinionem remouet Doctor Sanct⁹
predecessor suus in pluribus locis p̄sertim in de potē/
tia. q. 3. ar. 2. In quo etiam rationes eiusdem opinatoris
soluit. Dicit enim ibidem sic q̄ circa productionez for/
marum substantialium pbor opiniones diuersificantur.
Quidam nanqz dixerunt q̄ agens naturale solum dispo
nit materiam. Forma autē que est vltima perfectio pro/
uenit a principijs supnaturalibus. Que quidam opinio
ex duobus ostenditur esse falsa. Primo quidem ex hoc
q̄ cuz esse formaz corporaliū nō consistat nisi in vnione
forme ad materiaz eiusdem agentis videtur esse eas pro
ducere cuius est materiam transmutare. Secundo quia
cum huius forme non excedant ordinez z facultatē prin
cipior agentium in natura: nulla videtur esse necessitas
earum originē in principia altiora reducere. Unde pbus
dicit in septimo metha. q̄ caro z os generantur a forma
que est in hijs carnibus z in hijs ossibus. Secundū cui⁹
sententiam non solum agens naturale disponit materiaz
sed educit formam in actum. Hec ille. Dicere etiaz for/
mas naturales creari: vt dicit idem ibidem videtur redi
re in opinionem eorum qui ponebant animas vegetabi
les z sensibiles post corpora remanere. Et ideo virūqz
simul in libro de ecclesiasticis dogmatibus condemnat.
Hec etiam ille. Sic ergo patet q̄ tales forme produ/
cuntur ab agentibus naturalibus non solum dispositiue:
sed attingendo essentiam earum. Cum ergo agentia natu
ralia non producant formam non mediante virtute de/
cisa cum semine: sed mediantibus virtutibus corporum
celestium que etiam sub rationibus seminalibus com/
prehenduntur: sequitur q̄ semen cum virtute actiua aut
formatiua cooperatur ad productionem illarum forma
rum non solum disponendo: sed etiam attingendo essen/
tiam forme. ¶ 2°. Pro eiusdez confirmatione sic ar/
guitur. Actio agentis naturalis aut terminatur ad formā
substantialem aut ad accidentalem. Si dicat q̄ termina/
tur ad formam substantialem habetur intentum etiam
sm aduersarium: quia illa actio attingit essentiam forme
que terminatur ad eam. Si dicatur q̄ terminatur ad for
mam accidentalem z non ad formam substantialem: tūc
sequetur q̄ talis generatio actiua non erit substantialis
ex parte termini ad quem: sed erit accidentalis: cum mo
tus et actiones denominent a terminis ad quos. ¶Sz
dicebat q̄ talis actio terminatur īmediate ad formam ac
cidentalem: sed mediate et ex consequenti ad formam
substantialem a quo quidem termino mediato habet q̄
fit mutatio substantialis. ¶Contra. Si motus diceretur
substantialis a termino ad quem mediato et vltimo: se/
queretur q̄ alteratio prenia generationi diceretur gene/
ratio substantialis: quia terminatur mediate ad formam
substantialem. Consequens est contra phylosophum p° de generatione. Igitur zc̄. ¶ 2°. Aut ille vltimus ter
minus producitur per agens naturale aut non. Si sic: se
quitur q̄ non solum disponit ad eius productionem: sed
q̄ producit. Si non: sequitur q̄ talis productio non erit
naturalis sz supnaturalis que soli deo competit. Sequi/
tur ergo q̄ tales forme habentur per creationē. ¶Sed
dicebat aduersarius q̄ non habuit pro inconuenienti q̄
omnes forme per propagationem producte creentur.
¶Contra. Si omnes forme naturales creentur: sequi/
tur q̄ quodlibet compositum creabitur. Consequens est
contra omnes phylosophos. Igitur zc̄. Patet conse/
quentia: quia terminus creationis est esse. Ergo illud
proprie creatur cui proprie competit esse. Esse autem
existentie proprie non competit formis naturalibus.
Forma enim naturalis non est id quod est: sed est id quo
aliquid est: vt supra phylosophus z similiter aduersarij
concesserunt. Ergo forme naturali proprie non compe/
tit creari. Si ergo forma naturalis creetur cum non pro
prie creetur oportet q̄ creetur ad creationem alicuius
cui competit per se esse. hoc autem est totum composi/
tum. Ergo totum compositum creabitur vel saltē opor/
tebit dicere q̄ aliud esse habet totum compositum et
aliud esse habet forma substantialis: quia vnum et idez
esse non est per generationem z per creationem. Et sic
in eodem essent plura esse substantialia. quod implicat:
quia sic vna res esset due res. ¶Sed dicebat aduersari
us q̄ talis forma substantialis creatur in aliquo sicut gra
tia in anima aut anima rationalis in materia. ¶Contra.
Uel illud in quo creatur habet esse subsistēs per se sicut
subiectum in quo gratia creatur aut sicut materia in qua
anima rationalis creatur. Si primum sequitur idem qō
prius. videlicet q̄ in eodem composito erunt duo esse
existere in quo talis forma creatur. Et cum creatio for/
me terminetur ad esse substantiale: sequetur q̄ in eodez
duplex erit esse substantiale. Si secundum: sequitur q̄
talis forma habebit esse per se sicut anima rationalis. Et
sic omnes forme naturales significabūt hoc aliquid sicut
et anima rationalis. Consequens est contra phylosophū Lectio 8.
z de anima. Igitur zc̄. ¶ 3°. Si omnes forme natu/
rales crearentur: sequeretur q̄ agentia naturalia solum
disponerent materiam: z sic primum efficiens formam
equi perficeret. Et sic sequeretur opinio Auic. 5. q̄ om/
nes forme essent totaliter ab extra. Cui opinioni ꝓtradi/
cunt quasi omnes perypathetici dicentes q̄ per virtutes
agentium naturalium forme educuntur de potentia ma
terie ad actum. Quod rationabile esse videtur ex parte
diuine bonitatis: quia ad diuinam bonitatem neduz pti
net vt rebus det formas per quas existant: sed vt etiam
eis det virtutem per quam se cōmunicare possint pro
ducendo res sibi similes sm speciem. Igitur forme nō
creantur: sed producuntur ab agente naturali. ¶Pro
cuius maiori declaratione monebitur preter intentionē
specialis articulus sequens.

Lectio. 5.

Ad primum igitur dicendum q̄ in semine duo sunt consideranda. s. spiritus spumosus in quo virtus activa generantis est subiective: et corpulenta materia que in conceptum cōuertit̄. Unde verum est q̄ semen in processu gn̄ationis corrumpitur q̄ntū ad corpulentā mām ex qua cōceptus format̄ vt Auicēna dicit: q̄ aliam formam recipit. Non autem corrumpit̄ spūs spumosus in quo radicat̄ virtus p̄dicta per quam transmutatur materia: vt generet̄ conceptus. Hanc solutionem innuit Doctor Sanctus in de potentia q. 3. articulo. 11°. ad 8m. vbi adducit argumentum predictum dicēs. q̄ virtus predicta radicatur in spiritu spumoso qui in semine includitur sicut in subiecto. Fere autez totum semen: vt dicit Auicēna in spirituz q̄uertitur. Unde licet corpulenta materia ex qua ꝯceptum formatur multotiens per generationez transmutetur: non tamen virtutis predicte subiectum destruitur. Hec ille sicut etiaz supra adductuz est. Et licet semen absolute sumptum sine virtute activa agentis non effective ꝯcurrat: bene tamen semen cum virtute activa aut formativa agētis effective ꝯcurrit. Et illa virt9 activa remanet in spiritu spumoso. Que quidem virtus prius erat formativa: postea est corporis regitiva: vt dicit Doctor Sanctus in de potentia vbi supra. Et per hoc patet responsio ad. 2m. Forma etiā substantialis introducēda est actu in semine non f̄m speciem propriā sed in virtute activa. sicut domus est in mēte artificis vt in virtute activa: Et sicut forme corporales in virtutibus celestibus. Hec Doc. S. ibidē. Unde argumentum videtur supponere falsum. videlicet q̄ virtus formativa q̄ transfundit̄ cū semine: sit subiective in illa parte seminis que cōuertitur in cōceptum. Hoc enim non est verum: vt supra dictum est. Ad 3m dicendum q̄ nullum imperfectum virtute propria est productiuū perfectionis. quia sic ageret vltra suam speciem. Tamen imperfectum virtute alterius: potest esse causa producēdi perfectius sicut enim vt dicit Doct. S. s. in de potētia vbi supra ad 9m. calor naturalis agit vt instrumentū forme substātialis ignis ad producendā formaz substantialem: ita nihil prohibet quin semen seu virtus activa in semine agat vt instrumētum anime sensibilis ad educendaz animam sensibilem in actum: non q̄ propria virtute hoc possit. hec ille. Sic ergo semen ratione virtutis active generantis potest instrumētaliter concurrere ad productionem forme substantialis. Ad quartuz dicenduz q̄ licet pater tunc possit esse mortuus f̄m substantiaz: nō tamen est mortuus f̄m virtutem activam non quidez in eo existentē sed f̄m virtutē infusam in semine: que active ⁊ instrumentaliter cooperatur ad generationez vt dictuz est. Sed replicabat discipulus. Nam quod agit in virtute alterius: agit vt instrumentū alterius. Instrumentum autem non mouet nisi motum. Mouens autez ⁊ motum oportet esse simul vt dicitur. 7°. physicoruz. Cum igitur virtus que est in semine non sit cōiuncta anime sensibili generantis: videtur quod non possit agere vt instrumentum eius aut virtute eius. Ad hoc respondet Doc. San. in de potentia adducēs hoc argumētum ⁊ dicit q̄ instrumentum intelligitur moueri a principali agente q̄diu retinet virtutem a principali agēte impressam. Unde sagitta tamdiu mouetur a proijciente q̄diu manet vis impulsus proijciens. Sic etiaz generatuz tamdiu mouetur a generante in grauibus ⁊ lenibus q̄diu retinet formam sibi traditaz a generante. Unde ⁊ semen tamdiu intelligitur moueri ab anima generantis: q̄diu ibi remanet vis impressa ab anima: licet corporaliter sit diuisum. Oportet autem mouens ⁊ motū esse simul quantum ad motus principium: non autez quantum ad totum motum vt apparet in proiectis. Hec ille. Contra hoc iterum replicabat discipulus adducēs aliud argumentum Doc. San. vbi supra. Nam instrumentum se habet ad principale agens sicut virtus mota ⁊ imperata ad virtutem motiuam ⁊ imperantem que est vis appetitiua. Sed virtus mota ⁊ imperata non mouet: si separet̄ a motiua ⁊ imperāte: vt patet in motibus animalis decisi. Ergo nec virtus que est in semine deciso poterit operari in virtute generantis post corruptionez eius. Ad hoc etiam respondet Doc. San. vbi supra ad 6m. dicēs q̄ vis appetitiua anime non habet imperium nisi supra corpus sibi vnituz. Unde pars decisa non obedit anime appetitiue ad motum. Sed semen non monetur ab anima generantis per imperium: sed per cuiusdam virtutis transfusionem que est in semine: manet etiam postq̄ fuerit decisum. Hec ille. Ad vltimum dicendum q̄ decidens semen et ipsum semen in actu generandi sunt cause essentialiter subordinate: quantum vnum non potest agere nisi in virtute alterius. Unde minor est falsa. Et etiam concessa minore: argumentum nihil concludit. Licet enim concludat q̄ hoc non est necesse: non tamen excludit possibilitatem.

Lectio. 9.

Ubi supra impertinenter.

a Octauum sic proceditur. Videtur q̄ agentia naturalia non producant formam attingendo eius sentiam earum: sed solum disponant ad eam introductionem. Nam agens naturale non agit infinite do: sed materiam transmutando. Sed per transmutationem materie non peruenitur nisi ad formam accidentalem. Ergo per agens naturale nō potest produci forma substantialis. Et sic agens naturale solum disponit materiam et non introducit formam. Ad 2°. Forma substantialis quidditas ⁊ essentia idem sunt: vt in quinto huius conceditur est. Sed quidditas que est ab alio facta non est ante generationem nisi f̄m q̄ materia potest eam habere. Ergo oportet q̄ producatur ab aliquo agente q̄ operatur non ex materia. Tale autem operans est solus deus. Igitur idem quod prius. Ad 3°. Si forma naturalis quelibet excepta anima rationali produceretur ab agente naturali: sequeretur q̄ anima sensibilis produceretur ab agente naturali. consequens est falsum. ergo ⁊c. Patet consequentia: quia anima sensibilis est forma naturalis. Falsitas vero consequentis sic probatur. Nam si anima sensibilis esset per generationem ab agente naturali: aut produceretur a corpore aut ab anima. Non a corpore: quia sic corpus ageret vltra suam speciez. Nec iterum ab anima: quia vel oporteret totam animam patris in filium transfundi: ⁊ sic pater absq̄ anima remaneret: vel partem eius: ⁊ sic in patre non remaneret tota anima: quorum vtrunq̄ est falsuz. Igitur ⁊c. Ad 4°. Primum efficiens efficit per suam essentiaz: ⁊ non per aliquid sibi superadditum. Ergo immediate attingit formam substantialem et non per agens naturale. Et sic agentia naturalia solum preparant materiam. Ad 5°. Instrumenta essentialiter subordinatis. secundum non efficit nisi per virtutem primi: eo q̄ a primo habet q̄ sit ⁊ q̄ sit efficiens. Ergo in omnibus efficientibus est virtus primi efficientis perficiens materiam. Sed perficiens materias dat sibi esse. Et sic sequitur q̄ agentia naturalia solum preparant materiam. Ad 6°. Qualitates prime sunt agentia naturalia. Qualitates autem cum sint accidentia non possunt attingere formam substantialem. Alias agerent vltra gradum proprium sue nature. Igitur idem vt supra. Ad 7°. Omne esse est a primo esse: sicut omne calidum est a primo calido. Sed primuz esse est ipsi primi efficientis. Ergo omne esse est a primo efficiente. Igitur ⁊c. Et sic agentia naturalia non dant esse rei: et per consequens neq̄ formam cum ipsa forma sit ratio essendi. Et sic solum preparant materiaz. Has quattuor vltimas rationes adducit versoris in secundo physicoz. Tres vero primas cum sequenti adducit Doct. San. in de potentia. q. 3. articulo vndecimo. Ad 8°. Lōmentator dicit in tertio de anima. q̄ nulla virtus cognoscitiua est ab actione elementoz cōmixtoz. Sed anima sensibilis est virtus cognoscitiua. Ergo non est ab actione elementoz: ⁊ ita neq̄ ab actione nature: cum nulla actio nature in istis inferioribus sit absq̄ actione elementoz.

Cum

Cum ergo sit idem iudicium de anima sensibili cuꝫ nō sit per se subsistens: ⁊ de alijs formis naturalibus segē idem vt supra. ¶Sed incōtrariū arguitur. ℔Nam omne agens transmutans materiam ad formam tangit ipsam formam. Sed solum agens proximum quod est agens naturale transmutat materiam. Ergo tale agens tangit formam educendo eam de potentia materie. ¶℔ 2°. Agens vniuocum generat sibi simile scōm speciem: vt in presenti capitulo dicit phylosophus. Sed hoc nō faceret nisi attingendo formam sibi similem in specie. Igitur ⁊c̄.

Respōdeo dōm ꝙ sicut in p̄cedenti articulo ⁊ etiaꝫ superius tactuꝫ est sepe: forme naturales nō creant sed educunt de potentia materie per actionez agentis naturalis. Quod quidē agens non solum disponit materiaꝫ: sed inducit formā attingendo eius essentiaꝫ. ℔Nam ille forme quaꝝ esse consistit solum in vnione forme ad mām: p̄ducuntur ab illo agēte cuius est transmutare mām ad formaꝫ siue vnire formā materie. Sed esse oīuꝫ formaꝝ naturaliuꝫ excepta aīa rationali consistit in vnione forme ad materiaꝫ. Igitur ⁊c̄. ℔Minor pꝫ per opationes earum. ℔Nam nulla operatio predictaꝝ formaꝝ potest fieri sine orḡano corporali: vt ad sensum pꝫ. Ergo neqꝫ esse earum competit eis absolute sine dependentia ad corp⁹. ¶℔ 2°. ℔Ille forme que per creationez p̄ducuntur ⁊ non per actionem naturalis agentis possunt remanere sine corpore sicut pꝫ de anima rationali. Sed constat ꝙ forme naturales alie ab aīa rationali non possunt exercere suas opationes sine corpore neqꝫ etiaꝫ remanent sine corpore. Igitur ⁊c̄. ℔Has duas rationes tāgit Doctor Sanctus in de potentia. q. 3. articulo. 11°. in corpore. si dicta eius diligenter considerent. ¶℔ 3°. ℔Dans formam dat omnia cōsequētia ad formā per se. Sed operatio rei per se consequitur ad formam. Ergo dans formam dat ei virtutem per quā potest exercere suam propriam operationem. Sed ꝓpria ratio cuiuslibet rei est se cōmunicare producendo sibi simile: vt patet scōo de anima. vel ſm speciem si sit agens vniuocum: vel ſm virtutem si sit agens equinocum. Ergo agē tia naturalia habent virtutem p̄ducendi sibi simile ſm speciem ⁊ virtutem. Et sic non solum disponunt materiam: sed eam perficiunt educendo formam de potentia ad actum. ℔Hanc rationem adducit versoꝝ in scōo phyſicoꝝ eodem titulo. que tamen extrahitur a Doctore sctō septimo huius. ¶Aduertendum est autem sicut supra dictum est ꝙ ꝓpter rationes ante incōtrariuꝫ adductas. Auic. posuit ꝙ agentia naturalia solum p̄parant materiam ad susceptionez forme. Et primum efficiens materiam sic dispositam perficit: dando sibi formam ⁊ esse. Cōmētator vero et plures perypateticoꝝ volūt ꝙ agēs naturale educat formam de potentia materie ad actum ⁊ non volunt ꝙ forme totaliter veniant ab extra a datore formaꝝ cum non possint remanere post corruptionem corporis. Quorum opinio videtur esse de mente Aristotelis vt ex predictis patet. ¶Considerandū est vlterius ꝙ Albertus volens cōcordare predictas opiniones dicit ꝙ vtraqꝫ aliquid veritatis cōtinet. ℔Nam virtus agentis potest dupliciter considerari. Uno modo ſm essentiam. Et sic ipsa est vna per essentiam in omnibus mouentib⁹. ℔Primo tamen ⁊ p̄ncipaliter est ipsius primi mouentis. et sic vt dicit intelligitur positio Auic̄. s. ꝙ primuꝫ efficiens perficit materiam. quia virtus que perficit primo et p̄ncipaliter est ipsius primi agentis. Alio modo potest illa virtus cōsiderari ſm esse. Et sic non est eadem virtus in mouentibus: quia variatur ſm aliud ⁊ aliud esse inquantum in diuersis mouentibus recipitur. sicut vt ipse dicit est eadem lux per essentiam que in dyaphano recipit ⁊ dicitur lumen ⁊ in corpore terminato dicitur color: ⁊ ſm diuersas dispositiones corporum terminatorum diuersificatur. Similiter virtus primi mouentis est eadez ſm essentiam in omnibus mouentibus: variatur tamen ſm esse ꝓpter diuersa esse participantiuꝫ: quia agere insequitur esse. ¶Sed sciendum ꝙ si Albertus intelligat ꝙ essentia primi mouentis sit eadez in omnibus secūdis mouentibus sic ꝙ primum efficiens cōmunicet in virtute agendi eadem per essentiam cum secundis efficientibus: in hoc non esset tenendus: qꝫ primum efficiens non cōmunicat cum alijs in aliquo vniuoco: sed solum cum ipsis vnitate analogie sicut Autor de causis innuit dicens ꝙ prima causa regit omnes alias res absqꝫ hoc ꝙ commisceatur eis. Sed si intelligat ꝙ omne secunduꝫ habet virtutem agendi a primo sic sane dicit ⁊ egregie. Unde licet secunda agentia non introducant formam in materia virtute ꝓpria sed in virtute primi agentis: nihilominus agentia secunda non solum disponunt materiam: sed attingunt essentiaꝫ forme eam educendo de potentia materie sicut dictum est. In qua quidem eductione primuꝫ agens quadrupliciter operatur sicut clare adductum est supra eodem libro. q. 12. ar. 4. vbi querebatur an deus operetur in omni operatione nature.

Respondeo dicendū sicut dicit Doc.S. in ꝓmi lcōne q̄ vniuersale dupl'r pōt accipi. Uno° pro ipa natura cui intellectus attribuit intentionē vniuersalitatis. Et sic vniuersalia vt genera ⁊ species rerum significant ⁊ predicantur in quid. Animal enī significat substantiam eius de quo predicatur. Et homo similiter. Alio° potest accipi vle inquātū est vle. i. ſm q̄ predicta natura subijcitur intentioni vniuersalitatis: vt. i. animal vel homo est vnum in multis. Et sic posuerunt platonici animal ⁊ hominem in suavniuersalitate esse substantias rerum. Nec ille. ¶ Sed hanc secundam partem improbat pbus dupliciter. Primo° ex ea parte qua vlia predicantur de multis. Secundo modo ex ea parte qua ꝓpēs ex vniuersalibus componitur. Primo ergo modo probat q̄ vniuersalia non sunt substantie duabus rationibus. Quarum prima est. Nam substantia vniuscuiusq̄z ē propria ei cuius est substantia: ⁊ non inest alteri. Sed vle in ratione vniuersalitatis ꝓsideratū: est cōmune multis. Nā vle dī hoc quod aptum natum est esse in multis ⁊ ō multis predicari. Ergo vniuersale non potest esse substātia. Alias eadem esset substantia ⁊ natura diuersoz spē distinctorum. ¶ Circa hanc rōnem notat Doc.S. q̄ ideo dicit pbus q̄ vle est quod natum est pluribus inesse: non autē quod pluribus inest: qz quedam vniuersalia sūt que non continent sub se nisi vnum singulare: sicut sol ⁊ luna. Sed hoc non est quin ipsa natura speciei q̄tuz est de se nata esse in plurib⁹: sed est aliquid aliud prohibens hoc. Et hoc est quia materia ꝓpria cuiuslibet speciei est diuisa in diuersa individua: ⁊ q̄ tota mā spēi cōprehenditur in vno individuo ⁊ q̄ non est necessarium multiplicari ſm numerū spēm que in vno individuo posset esse perpetua. Nec ille formaliter. ¶ Secūda rō. Suba dī que nō est de subo. Sed vle semp̄ ō aliquo subo dī. Ergo vle nō est suba. ¶ Sed ꝓ hāc rōnē obstat Doc.S. dicens. Ut.n.q̄ hec rō nō valeat. Dicēs enim in predicamentis q̄ de rōne substantie est q̄ non sit in subo: predicari vero de subo nō est de rōne substantie. Uñ ⁊ ponuntur ibi scōe substantie q̄ pdicant de subo: hec ille. ¶ Ad qō gloriose rñdet Doc.S. dicens. Si sciēdū q̄ ſm logycā ꝓsideratiōnē logitur pbus in predicamentis. Logycus aūt cōsiderat res ſm q̄ sunt in rōne. Et ideo considerat substantias ꝓut ſm acceptiōez intellectus sub sunt intentioni vlitatis. Et ideo quātū ad predicationē que est actus intellectus seu rōnis dicit q̄ pdicantur de subiecto ideſt de substātia subsistente extra aīam. Sed pbus primo cōsiderat de rebus ſm q̄ sunt entia. Et ideo apud eius cōsideratiōnē non differt esse in subiecto ⁊ dici de subo. Hoc enim accipit dictū de subo qō est in se aliqua res ⁊ nō est alicui subo existenti in actu. Et hoc impossibile est cē sham. Sic enim hēret esse in subo qō est extra rationem substantie vt cē in predicamentis habitum est. Hec ille. ¶ Sedº ex ea parte qua. s. qua vle est pars essentie spēi ꝓbat pbus q̄ vle nō est suba q̄tuor rōnibus. Quarum prima est ista. Nam si vniuersalia essent substantia maxime preter singularia vt platonici posuerunt: sequeret q̄ vlia nō possēt cōstituere singularia. Sed ꝓns est extra ipsos. Igitur ⁊cē. Pz sequela. q̄ ex non substātijs ⁊ ex hijs que nō sunt hoc aliquid non potest fieri suba ⁊ hoc aligd. Sz vlia si sint que dā res preter singularia: nō sunt hoc aliquid sed quale qd vt dī in predicamentis. Neq̄z sunt substantie q̄ ſm intellectū cōsiderationem secluſa operatiōe intellectꝰ nulla suba est preter sbas particulares. Igitur ⁊cē. Maior ꝓbatur. Principia sunt priora principiatis. Sed non substantia non est prior substantia: sed ecōuerso vt probatum est in principio huiꝰ septimi. Sba.n. est prior natura tpe ⁊ diffone accidentibus: comprehendendo sub tempore priorietatē generationis vt supra expositū est. q.2.i.c.fi. vt hic dicit Doc.S. Igitur ex nō substātijs nō pōt fieri suba. ¶ Sed cōtra hanc rōnē instat Doc.S. in lectiōe dicens. Sed vt q̄ hec ratio inconuenienter procedat. Nam sc̄de substantie que sunt genera ⁊ species in gñe substantie ⁊ non significent hoc aliquid sed qualequid: non tñ significant hoc modo quale sicut passiones que significant qualitatem accidentalem: sed significant qualitatem substantiales. Ipse aūt ꝓcedit hic ac si significarent qualitatem accidentalez. Hec ille formaliter. ¶ Ad hoc respondet dicens. Sed dicendum q̄ si vniuersalia sunt res quedam sicut platonici ponebant: oportebit dicere q̄ nō solum qualitates que sunt tialē sed accidētalē significent. Quis enim qualitas que sit res ab eo cuius est qualitas: est qualitas que sit alia cui⁹ est qualitas sicut in subo ⁊ ideo est accidens. Si ergo vlia inquātū vlia sunt res quedam: oz q̄ sint alie res a singularibus que nō sunt vlia. Et ideo si significāt qualitates eorū: opz q̄ insint eis sicut subiectis: ⁊ per consequēs q̄ significent qualitatē accidentalē. Sed ponentibus q̄ sūt ⁊ spēs nō sunt alia a singularibus sed ipsamet singularia: sic̄ q̄ non est hō qui nō sit hic homo: nō sequit̄ q̄ scōe sbe significent accidentia vel passiōe. Hec ille. ¶ Sed ō qō talis. Si vlia sint sbe: sequitur q̄ vna sba erit in duob⁹ qō ē incōueniens: q: sicut dictū est: vna suba est vni⁹ solum. ps ꝓña. Quia si oīa vniuersalia sunt substantie: sicut hō est suba Socratis ita animal erit substātia huiꝰ ⁊ Socratis. ¶ Terti animal erit substantia duoz. s. huiꝰ ⁊ Socratis. ¶ Tertia rō est. Nam si vlia essent substātie: sequeretur q̄ oportet ponere vnū tertiuz hoiez. Quod quidem pōt exponi dupl'r vt hic dicit Doc.S. Uno° vt preter duos hoies singulares

singulares qui sunt sortes ⁊ plato: sit tertius homo qui est cōmunis. Quod quidē nō est incōueniens ſm platonicos ponentes ydeas: ꝫ ſm rei veritatē sit incōueniens. Alio⁹ vt preter hoiem singulares ⁊ cōmunē ponatur tertius cū quo cōmunicēt in noīe ⁊ rōne: sicut ⁊ duo homines singulares preter quos ponitur tertius homo cōis ꝓpter hoc ꝙ cōmunicant in noīe ⁊ rōne. ¶Quarta rō est talis. Ex duob⁹ existentib⁹ in actu nō pōt fieri vnū tertiū. Si ergo vniuersalia sunt substantie: erūt in actu. Et sic ex eis nō potterit fieri singulare: qđ est ꝺ platonicos. Igit⁹ ⁊c̄. ¶Sed ex precedentibus dicit pb̄us oritur difficultas. Nā dictū vle nō significat hoc aliquid sed quale. Item dictū est ꝙ ex vlibus non potest esse aliqua sba: propter hoc ꝙ ex substantijs in actu nō pōt fieri aliqua sba. Et sic videt sequi ꝙ substantia nō possit ꝓponi neqꝫ ex substātijs: neqꝫ ex non substantijs. Ergo sequitur ꝙ oīs suba est icōposita. Et ita cū diffōnes non dent nisi de substātijs ꝓpositis: qđ ꝓz ex hoc ꝙ diffō est rō habens ptes: sequit⁹ ꝙ nulli⁹ substantie sit diffō. ¶Ad hāc difficultatē rīdet Doc. S. ſm mentē pb̄y in pñti lōne circa finez. ꝙ quodāmodo substantia est ex substantijs .ſ. in potentia: sed nō in actu: vt i menta aūt oīa patet solutio per distinctionem positā in ꝓn cipio corporis articuli. ⁊ in. 3⁹. hui⁹. q. 6. 2. ⁊. q. 7. ōmo. ¶Ubi sopra in Doc. S. Sciendū est autem ⁊c̄.

a **¶ Secundum** sic ꝓcedit. Uī ꝙ vlia sint idem cū singularibus realiter. Nam illud quod est ꝺ essentia alicuius: est idem realiter cum illo. ſz vniuersale est de essentia singularium. Ergo est idem realiter cū singulārib⁹. ¶ꝺ. 2⁹. Doc. S. dicit i lcōne ꝙ vniuersalia non sunt alie nature a singulārib⁹ sed sunt ipsamet singularia. Igitur ⁊c̄. ¶ꝺ. 3⁹. Si vniuersalia non essent realiter idem cū singulārib⁹: sequeretur ꝙ cum sint i singularibus ꝙ erunt accidentia ⁊ non substantie. Et sic secū de substantia nō erunt substātie: quod implicat. ſPatet cō sequentia per deductionē pb̄y in suis rōnibus. Igit⁹ ⁊c̄. ¶Sed incontrarium arguitur. Nam si vniuersalia essēt idem cum singularibus sequeretur ꝙ vniuersalia essent substantie cum singularia sint substantie. Sed consequens est cōtra pb̄m in presenti passu. Ergo ⁊c̄.

¶Respondeo dōm ꝙ vniuersalia sicut dictū est possunt dupl̄r considerari. Uno⁹ ꝫtuz ad intentionem vniuersalitatis. Et hoc dupl̄r ¶Uel quantum ad proximū eoꝝ significatū. Et sic nō sunt idem cum singularibus: quia vt sit sunt sēde intentiones siue conceptiones intellectus. Uel quātum ad fundamentum eorū remotū. Et sic sunt idem cū singularibus. Alio modo possunt ꝓsiderari ꝓ natura significata ꝑ hoc nomē vle. Et sic sunt in duplici differentia. Nā quedam sunt vniuersalia singularium immaterialiū. Et talia sunt idem realiter cum singularibus. Alia sunt vniuersalia singulariū mālių. Et talia distingui realiter a singulārib⁹ pōt intelligi dupl̄r. Uno⁹ sicut res nature ab alia re separata. Et sic non distinguūtur a singulāribus vt vult hic pb̄us ⁊ Doc. S. Aliter oporteret platonizare. Alio⁹ ꝙ distinguāt a singulāribus qz. ſ. singularia realiter aliquid includunt i ſra ratione quod non includunt vlia: ⁊ addunt additione reali aliquid supra vniuersalia: sicut supra dictum est. Et sic vniuersalia distinguunt realiter a singulāribus: qz natura ⁊ suppositum ſm Doc. S. in substantijs materialibus differunt. Sed vniuersalia significāt nām: singularia vero de genere substantie significant suppositū. Igit⁹ ⁊c̄. Uerū tamen Antonellus archy. absolute tenet in presenti passu ꝙ vniuersalia sunt idem cū singulārib⁹ realiter. Sed hoc nulla rōne probat: ne forte eius rōnes ab aduersario solueret. ¶Sed instabat discipulus: probandō ꝙ natura vniuersalis sit alia res nature a singulari. Nam si homo sit eadem res nature cū sorte: sequeretur ꝙ a quocūqꝫ sicut res nature differret sortes ab eodem differret realiter homo. Sed consequens est falsū. Ergo ⁊ antecedens. ¶ꝺ. 2⁹. Ipsa vniuersalia hūt ꝓpriam affirmatiōem in qua nō cōmunicant singularia. ſ. esse cōmunicabile. Ergo vniuersalia differunt a singularibus. ſPatet consequentia. Quia vnūquodqꝫ sicut se habet ad ꝓpriam affirmationem: ita se habet ad ꝓpriam entitatem. ¶ꝺ. 3⁹. Illa sunt diuersa realiter: que sunt opposita. Sed vniuersale ⁊ singulare sunt huiusmodi quia natura vniuersalis est plures ⁊ realiter cōmunicabilis. Natura vero particularis est vna ⁊ incōmunicabilis. Igitur ⁊c̄. ¶Dicendū primo negando cōsequentiam: qz essentia diuina ⁊ pater sunt idē realiter: ⁊ tamen pater distinguitur realiter a filio non tamē essentia. ¶Uel dicendum ꝙ homo contractus ad sortem differt realiter a quocūqꝫ differt sortes. Et isto modo homo dicitur idem cum sorte. ¶Alia vero duo argumenta probant ꝙ differunt ſm rationem aut realiter eo modo quo expositum est. Non autem sicut res rata ab altera re nature. ¶Similiter dicendum est ad argumēta ante incōtrarium adducta. ¶Insuper querebat discipulus vtrum vniuersalia sint in intellectu subiective aut in singularibus. ¶Sed quia hec dubitatio magis ad logicaz cōsiderationem pertinet qz ad presentem speculationem. Ideo ad presens relinquatur. ¶Ad argumenta patet solutio ex dictis.

¶Qō. 26ª. De substantialitate vniuersalium per cōparationem ad singularia.

r **Estat** insuper considerandum de ſbalitate vlių per cōparationem ad singularia. ¶Circa qđ querunt qnqꝫ. ¶ſPrimo vtrū vlia sint sbe separate a singularibus. ¶Scđo vtrū id qđ per se existit possit diffiniri. i. vtrū suppositorum sit diffinitio. ¶Tertio vtrū partes ex quibus cōponitur totū: sint actu in toto. ¶Quarto vtruz elementa remaneant actu in mixto. ¶Quinto vtrū ens ⁊ vnū sint substantie rerum.

¶Ubi in pb̄o ⁊ Doc. S. Manifestum est autem ex eisdem. ⁊ est lec. 14.

a **¶ Primū** sic ꝓceditur. Uī ꝙ vlia sint substantie separate a singularibus. Nā illud qđ est per se exīs non existit in alio. Sed vlia de gñe sube sunt entia per se existentia. Alias nō essent sbe. Igit⁹ nō sunt in singularibus. ¶ꝺ. 2⁹. Adotis nobis: mouentur oīa que i nobis sunt. Si ergo vlia essent in singulārib⁹ teqret⁹ ꝙ essent mobilia. Et ꝙ pñs nō esset de eis scia. qđ est incōueniens Igit⁹ ⁊c̄. ¶ꝺ. 3⁹. De rōne vniuersalis est ꝙ sit vnū i multis: sed vle nō est vnū in singulārib⁹ plūbus sed plura. Ergo ñ est i singulārib⁹ ſz extra singularia. ¶ꝺ 4⁹ Cognitū est i cognoscēte. Sz vle est cognituz ab itellectu. Ergo ē i intellectu. Et ꝙ pñs ñ est i singulārib⁹. ¶Sed in ꝓriuz ē pb̄us in textu ibi. Manifestum est autem ex eisdez ꝙ cuiuis ydeas ponentibus substantias separabiles esse ⁊ simul speciem ex genere facientibus ⁊ differentijs ⁊c̄.

¶Respondeo dicendū ꝙ vniuersalia possunt dupliciter considerari. Uno⁹ ꝫtum ad eorū esse essentie in se ⁊ absolute. Et sic vniuersalia habent esse extra singularia ⁊ extra omnez intellectū tam creatum quā increatum. ¶Et si queratur. Ubi sunt. ¶Respodet albertus ꝙ est fatua questio: quia vt sic nihil ꝓdicatur de eis: nisi ea que sunt de intellectu quidditatiuo eorum vt etiam dicit Doc. S. in tractatu de esse ⁊ essentia. Et vt sic aliqui volentes defendere platonem dicunt ipsum posuisse vniuersalia esse saparata a singularibus ⁊ ab intellectu. Aliomodo possunt considerari quantuz ad existere eorum in rerum natura. Et sic possunt dupliciter considerari. Unomodo quantum ad intentionem vniuersalitatis. Et sic sunt in intellectu nostro separata a singulāribus. Aliomodo possunt considerari ꝫtū ad nām vlem que substat intentioni vniuersalitatis. Et isto⁹ potest dupliciter cōsiderari. Uno⁹ quātuz adesse ydeale. Et sic vniuersalia hūt esse in intellectu diuino dupl̄r. ſ. effectiue finaliter:

ꝛ formaliter exemplariter. Aliomodo possunt considrari secundum esse formale seu actuale ꝛ formaliter. Et isto modo formaliter habent esse in singularibus ꝛ obiective in intellectu nostro. Unde vniuersalia sic considera non sunt substantie separate a singularibus vt voluit plato secundum q̄ phylosophus sibi imposuit. ¶ Quod probat hic phylosophus dupliciter. ¶ Primo comparando genus ad species. Secundo comparando genus ad individua.

¶ Primomodo sic probat: supponendo q̄ vnum genus est in pluribus speciebus: sicut animal in homine ꝛ equo. Quo supposito sic arguit. Si species vniuersales sunt substantie separate: vt puta homo ꝛ asinus: aut ipsum quod est animal: erit vnum in homine ꝛ equo aut alterum in homine ꝛ alterum in equo. Non potest dici primum. Tū primo quia impossibile est aliquod vnum esse in plurib⁹ separatim existentibus. Ergo animal non potest esse vnū numero in homine ꝛ asino vel equo: cum secundum platonicos species ponantur substantie separate ꝛ distincte a se inuicem. Tum secundo: quia si animal esset vnum in homine ꝛ asino: sequeretur q̄ animal pari ratione esset substantia separata ab eis sicut homo a singularibus secundum platonem ponitur separatus propter hoc quod homo est vnum predicatum de singularibus secundum eandem rationem. Sed consequens est contra platonez. Tū tertio quia differentie diuidentes genus sunt contrarie. si ergo animal esset substantia separata vnuz existens in speciebus: sequeretur q̄ duo contraria essent in eodem existente actu per se. Sed consequens est falsum. Ergo ꝛc̄. Neq; etiam potest dici secundum. vz q̄ non sint vnuz ꝛ idem animal in diuersis speciebus. Tum primo quia sic sequeretur q̄ infinitorum esset eadem substantia. Quia si animal sit aliud in homine ꝛ aliud in quo cum animal ponatur substantia omnium suorum inferiorum. sequeretur q̄ ipsuz animal erit substantia quasi infinitorum quod est inconueniēs. Tum secundo quia sicut homo ꝛ asinus sunt multa animalia: pari ratione sequeretur q̄ ipsum animal sit substantia cuiuslibet speciei sub ipsa contente. Sicut ergo species eius sunt diuerse: ita ipsum animal erit multa animalia. Tum tertio. quia sequeretur q̄ omnia illa genera que predicantur de homine sint ydee. quod est contra positionem platonicorum. Tum quarto qz hec positio implicat oppositum. Nam opponere hominem per se existere separatum ab animali: ꝛ ipsum animal non per se existere separatum ab homine est ponere hominem eē separatum ab animali ꝛ non separatum. Quod etiam est inconueniens. ¶ Sed per comparationez generuz ad singularia sensibilia improbat phylosophus eandem positionem dicens: q̄ eadem inconuenientia sequuntur ponentibus genera esse substantias singularium sensibilium: que accidunt ponentibus ea esse substantias specierum: ꝛ multo plura ex eo q̄ genera remotiora sunt a sensibilibus q̄ a speciebus intelligibilibus.

Ad primū ergo dicendum q̄ aliquid dicitur per se existens dupliciter. Uno modo quia non existit in alio sicut accidens in subiecto. Et sic secunde substantie sunt per se existentes. Aliomodo quia non existit in alio sicut superius in suo inferiori. Et sic secunde substantie non sunt per se existentes sed sunt in singularibus. ¶ Ad secundum dicendum q̄ vniuersalia sūt mobilia per accidens ad motionem. s. singulariuz. Unde vt sic de eis non est scientia: sed vt abstrahunt a singularibus ꝛ ab hic ꝛ nūc ꝛ ceteris conditionibus individuantibus. ¶ Ad tertium dicendum q̄ de ratione vniuersalis sunt duo. Unum formale: ꝛ aliud materiale. formale est q̄ sit quid vnum. Materiale vero q̄ sit in multis. Primum habet actualiter ab intellectu abstrahente vniuersale a singularibus. Secō vero habet ex natura sua. Unde argumentum non concludit q̄ vniuersale non sit in singularibus. ¶ Ad vltimum dicendum q̄ vniuersale est in intellectu sicut cognitū in cognoscēte ꝛ obiective. sicut lapis est in intellectu obiective. Nō aūt ē in eo scōm esse suum reale ꝛ naturale sed scm esse immateriale. ¶ De hac autem materia ydearum sepius supra disputatum est. Uñ ad presens breuiter discurrendum est.

¶ Ibi in pbo ꝛ Doc. S. Quoniam vo substantia.

a **B secundū** sic procedit. Uī q̄ illō quod per se existit possit diffiniri. Nā natura angelica ē per se existens cum nā eius sit suppositū suū. Sed talis natura est diffinibilis: cum habeat genus ꝛ differentias. Ergo illud quod est per se existens est diffinibile. ¶ Ꝑ. 2°. Illud quō est per se existens est diffinibile. Sed supposita quō hz genus ꝛ differentiā pōt diffiniri. Ergo ipsa quō se existentia habent genus ꝛ differentiam. Ergo ipse diffiniri. ¶ Ꝑ. 3°. Persona ꝛ individuū diffiniuntur. vt ps Boeciū ꝛ Porphyriū. Et tū individuū de gñe substantie est per se existens. Igit. ꝛc̄. ¶ Sed in cōtrariū est phs in textu ibi. Qñ vero sba altera: ꝛ quod simul totū ꝛ rō. Dico aūt q̄ hoc qdem sicut est sba cū mā cōcepta rō. illa vero ratio totaliter ꝛc̄.

Respōdeo dicādū q̄ illō quod est per se existens: non pōt diffiniri. Quod q̄bat phs tribus rōnibus ꝛ a signo. ¶ Prima ratio solus talis. Nā illud quod est per se subsistens in materialibus est opositū ex hac mā ꝛ ex hac forma: ꝛ per ois de tale ē corruptibile. Sed diffinitio nō est corruptibilium sz sempiternoꝝ. qz sicut supra dictum est: ipsius substantie que ē rō dicens quid: nō est gñatio neq; corruptio. Igitur ꝛc̄. ¶ Secūda rō. Si singulare diffiniret oporteret in eius diffinitione ponere plura noia que multis cōueniunt. Ergo diffō singularis cuius diffō queritur nō cōueniret solum singulari illi. sed alijs. qō est ꝓ veram rōnem diffinitionis. qz diffō soli diffinito conuenire dz. ¶ Probatio antecedentis. quia ille qui hz resolutre diffinitū in sua principia nō pōt exprimere illud per vnū nomē explicite ꝛ ꝑdditatiue cū resolutio sit vni⁹ in plurā. Uñ in qualibet diffone dbt poni plura nomina sicut expositum est. ꝛ si ponantur plura nomina: oportet q̄ illa sint cōia ꝛ q̄ ꝙueniant pluribus Sz enim essent plura noīa que cōuenirent: vni soli singulari: illa essent noīa synonima. Et sic nō notificarent diffiniti noticia cōpleta. Igit. ꝛc̄. ¶ Tertia ratio. Si singularia essent sempiterna diffinirent: aut in eorum in diffinitione solum ponerent genus ꝛ differentia formalis cōstituens species: aut aliquid aliud. Si primū sequitur q̄ illa diffō poterit alijs cōuenire a diffinito: sicut ꝛ ipsa spēs constituta per talem differentiā. Si vo ponatur aliquid aliud: sequit q̄ illud erit accidens: vel differentia mālis. Nihil enim eius qō ꝛtrahat spēm ad individua nisi differētie accītales vel māles. Et sic in diffone substantie ponerentur accidentia. qō est absurdum. Igitur ꝛc̄. ¶ Ex quibus infertur q̄ si ydee ponerent sicut platonici poluerunt: sequeret q̄ non essent diffinibiles cum essent per se existens. Et tū propter saluationem diffinitionem ꝛ scientiaꝝ ponerūt ydeas separatas a singularibus. ¶ Ponūtur et multo plā in hac leōne de ydeis que causa breuitatis hic omittunt: cum in prima pte hō operis de eis sufficienter disputatum fuerit.

Ad primum igit̄ dōm q̄ hz natura angelica sit ipsum suppositum sm rem differunt tñ sm rōnem. Uñ hz natura angelica posse diffiniri: nō tñ opz q̄ suppositum diffiniat. qz talis diffō natre ꝯtū est ex parte sui potest alijs attribui a tali supposito si darent in rez natura sicut ēt dictuz est de sole. Ꝺcā secūdū dōm q̄ illō qō hz genus ꝓximū ꝛ differentiā formalē cōstituentē ipsuz: pōt diffiniri. Individuū vo non habet genus proximum ꝛ differentiam formales constituentem ipsum individuū. Unde ratio non sequit. ¶ Ad tertium sepius responsū est: licet. n. individuus accipiat pro termino secunde intentiōis diffiniatur: nō si accipiat pro re subiecta illi intentiōi absolute ꝯsiderata.

¶ Ibi in pbo ꝛ Doc. S. Manifestum est autem.

a **B tertiū** sic procedit. Uī q̄ partes substantia sint actu in ea ꝛ non solum in potentia. Nā totū dicit q̄ hz partes. Ergo totū in actu dicitur

Questio

dicitur qđ habet partes in actu: qr si haberet solum partes in potẽtia: nõ diceretur totum nisi in potẽtia. Sequit ergo q̃ partes sunt actu in toto existente actualiter in rerũ natura. ℂ Ꝑ.2°. Unũquodq̃ operatur fm q̃ est actu. sz partes totius hñt operatiões actuales. sicut oculus ⁊ auris ⁊c. ergo sunt actu in toto. ℂ Ꝑ.3°. Illud dicitur esse actu: quod est sub aliqua forma. Sed omnes partes componentes sunt sub forma cõpositi. Ergo sunt actu. Et sic idez quod prius. Sed contra est pbus in textu dicens. Manifestum est autem q̃ substantiarũ existimatarũq̃ plurime potestate sunt vt ipse partes animaliũ.

Respondeo dicendum q̃ partes esse actu ĩ toto potest intelligi dupliciter Uno° vt ly actu determinat hanc dictionem partes: ⁊ sic partes actu sunt in toto. Sensus enim est q̃ partes actu existentes partes actu sunt in toto quia partes separate a toto tam non sunt partes actu: sed potentia solum. Alio modo potest intelligi partes esse actu in toto fm q̃ ly actu determinat hoc verbum esse vt sit sensus: q̃ partes sunt actu in toto. Et hoc modo potest intelligi dupliciter. Uno modo q̃ partes existãt actu in toto sub forma totius compositi. Et sic partes sunt actu in toto. Alio modo q̃ partes existãt actu in toto sub ꝓprijs formis. Et sic partes non sunt actu in toto: sed potestate solum vt hic dicit pbus. Quod probat Doc. S. hic fm pbm. Nam omne quod est in actu dicitur ab alia per suum actum ⁊ formaz. Sed nihil quod est de numero partium est separatum sed omnes partes sunt vnite in toto. Ergo nõ sunt ĩ actu in toto. ſ. sub ꝓprijs formis a qb⁹ actualitatẽ accipiunt. ℂ Ex qb⁹ ꝫ infert q̃ sideradum est fm Doc. S. in lectione: q̃ quando ea q̃ ponuntur esse partes sunt separata ab inuicez dissoluto toto tunc sunt quedam entia in actu: non quidem vt partes: sed vt materia existens sub priuatione forme totius. sicut patet de terra igne ⁊ aere que quãdo sunt partes corporis mixti non sunt actu existentia in mixto sed potentia. Cum vero separantur: tunc sunt in actu existentia ⁊ nõ partes. Nullum enim elementoꝝ antequã per alterationem debitam veniat ad mixtionem ⁊ fiat vnum mixtuz: ex eis non fit vnum: nisi sicut aceruus lapiduz est quid vnum fz quid ⁊ nõ simpliciter. Hec ille formaliter: ⁊ est sententia pbꝫ in textu. ℂ Consideradum est vlterius fm eundez ibidem q̃ partes animatorum sunt in potẽtia ꝓpinqua actui. Et hoc ideo: quia corpora animata sunt corpora organica habentia partes distinctas fm formaz. Unde magis sunt propinque ad hoc q̃ sint actu. Et hoc ideo quia habent principia motus ab aliquo determinato principio cum vna pars moueat aliam: sicut patet in iuncturis in quibus videtur esse motus alterius partium coniunctarũ ab altera cum contingat vnam moueri altera quiescente. vt dicitur in libro de motibus animaliũ. Et propter hoc etiam quia non solum partes corporis sunt in potentia ꝓpinqua actui: sed etiam partes anime: ideo quedam animalia post diuisionem viuunt sicut animalia anulosa. qđ ex hoc contingit: quia in toto animali erat vna anima actu plures autem in potentia. Facta autem diuisione fiunt plures anime in actu. Quod contingit propter imperfectionẽ talium animalium que requirunt modicam diuersitatem in partibus: eo q̃ habent animam imperfecte virtutis nõ valentem diuersa operari: ad que fit necessaria organorũ multitudo. Sed tamen quãuis iste partes anime vel animatorum sint propinque actui: nihilominus sunt omnia in potentia q̃diu totum fuerit vnum ⁊ continuum q̃ naturam. Non autem si fiat vnum per violentiam: sicut si li genentur partes vnius animalis cum partibus alterius. aut per complantationez: sicut accidit in plantis. Hec ille formaliter: ⁊ est sententia phylosophi. ℂ Ad rationes autez ꝫ solutio in principio corporis articuli.

ℂ Ubi supra in Doctore Sancto precipue ibi. Quando autem ⁊c.

Vigesimasexta

Quartum sic ꝓceditur. Uidetur q̃ quattuor elementa que sunt partes corporis mixti remanent actu ⁊ formaliter in mixto. Nam illa sunt actu in mixto: a quibus mixtum dependet intrinsece ⁊ in fieri. Sed elementa sunt huiusmodi. Ergo ⁊c. ℙ Probatio medie per diffinẽ elementi supra. 5°. huius vbi dicitur q̃ elementum est ex quo componitur res primo ipso in existente specie indiuisibili in alteraz spẽm. Igitur ⁊c. ℂ Ꝑ.2°. Si elementa non essent actu in mixto: sequeret q̃ ipsuz mixtũ non esset realiter mixtum sed esset nõ ens. Sed cõsequens est falsum. Igitur ⁊c. probatio cõsequentie quia illud quod componitur ex non entibus: est non ens. Ergo si elementa non sunt actu in mixto sed sunt corrupta: tunc mixtum quod componitur ex elementis erit non ens. Et sic non erit realiter mixtuz. ℂ Ꝑ.3°. Aut elementa que ingrediuntur compositionem mixti corrumpuntur in illa compositione: aut remanent. Si secundum habetur intentum. Si primum: sequitur q̃ mixtum non componetur ex elemẽtis. quia. ſ. ex hijs que corrupta sũt nihil componitur realiter cum corruptum inquãtũ huius modi sit non ens. Igitur ⁊c. ℂ Ꝑ.4°. ℙ Pbus primo de generatione sic ait. Non corrumpitur alterum: neq̃ ambo. Saluatur enim virtus eorum. Si ergo non corrumpuntur: manent substantialiter. Igitur ⁊c. ℂ Ꝑ.5°. In mixto manent qualitates elementoꝝ ⁊ eorum ꝓprie opationes. Sz opatio ⁊ passio nisi sepant a sba cui⁹ sũt. Igit ⁊c. ℂ Ꝑ.6°. Ibidẽ dr ĩ diffõne mixtiõis q̃ mixtio est miscibilium alteratorum vnio. Non enim dicitur corruptorũ Igitur ⁊c. ℂ Ꝑ.7°. Quanto forma est magis elevata: tãto requirit materiam magis elevatam. Sed forma mixti est magis elevata q̃z forma elementi. Sed talis elevatio fieri non potest nisi per formas elementorum que mediant inẽ mãz ⁊ forãz mixti. Igit ⁊c. ℂ Ꝑ.8°. Mixtũ mouet fz nãm elementi in ipso pdñantis. Sed vnuz elemẽtuz non predominaret alteri nisi maneret formalr ĩ mixto. Igit ⁊c. ℂ Sed cõtra est Doc. S. in lcõne dicens: q̃ terra ignis ⁊ aer q̃ sunt partes corporis mixti: nõ sunt actu existentia in mixto sed potentia. ℂ Ad idem est pbs in textu dicens partes compositi esse in composito potestate: ⁊ non actu.

Respondeo dõm fm q̃ dicit Doc. S. ĩ q libetis quolibeto. ꝑ°. q. 4°. ad quartum. q̃ Auicẽna posuit formas substantiales elemẽtoꝝ integras remanere in mixto: ⁊ mixtionem fieri secõm q̃ cõtrarie qualitates elementoꝝ reducuntur ad mediũ. Sed hoc est impossibile: qr diuerse forme elementoruz non possunt esse nisi in diuersis partibus materie ad q̃ruz diuersitatez opz intelligi dimensiones sine quibus materia diuisibilis esse nõ põt. Materia autem diuisioni subiecta nõ inuenit esse: nisi in corpore. Diuersa autem corpora non possunt esse in eodẽ loco. Uñ sequeret q̃ elemẽta essent in mixto distantia fm situm. Et ita non erit vera mixtio que est fm totum sed mixtio ad sensum que est fz minima iuxta se posita. Hec ille. ℂ Idem dicit in tractatu de nã elementoꝝ in mixto. Ubi superaddit vnam aliã rõnem dicens. Ois forma substantialis ꝓpriã requirit dispositionẽ in mã sine qua esse nõ põt. Uñ alteratio est via in generationẽ ⁊ corruptionem. Impossibile est enim ignez cõuenire in ꝓpria dispositione que regritur ad formaz aque: qr fz hmõi dispositiões ignis ⁊ aqua sũt ꝯria. Sz ꝯria impossibile est esse simul in eodez. Impossibile ẽ ergo q̃ in eadẽ parte mixti sint forme substantiales ignis ⁊ aque. Si ergo mixtuz fiat remanentibus formis simpliciuz corporum segtur q̃ non fiat vera cõmixtio sed solus cõmixtio ad sensum: quasi iuxta se positis partibus insensibilibus propter paruitatẽ. Hec ille formaliter. ℂ Ad idẽ põt sic argui. Illõ quod in se cõtinet diuersas species specifice distinctas: non est vnũ simplr. ℂ Si ergo quattuor elemẽta manerent actu ⁊ formaliter in mixto fm eoꝝ formas integras: iam mixtũ cõtineret in se plures diuersas spẽs formaliter distinctas. Et sic nõ esset vnũ simpliciter

Lect. 3. 6.

sed aggregatione solum. quod est contra philosophum in principio huius septimi. ⁊ in quinto huius. ¶ Consi-derandum est autem secundum Doctorem Sanctū vbi supra ⁊ presertim in tractatu de natura elementorum in mixto ⁊ in prima parte. q. 76. articulo. 4. ad quartum. q̄ quidam predictas rationes vitare volentes in maius in-conueniens inciderunt sicut fuit Aueroys ⁊ sui sequaces qui in tertio de celo ⁊ mundo vt multitudinem elemen-torum ab eorum corruptione distinguerent: dixerunt for-mas substantiales elementorum aliqualiter remanere in mixto. ¶ Sed rursus ne cogerentur ponere mixtionem ad sensum ⁊ non secundum veritatem: posuerunt q̄ for-me elementorū nō remanent in mixto secundum suum complementum: sed in quoddam medium reducuntur. Dicunt enim q̄ forme elementorum propter sui imper-fectionem sunt medie inter formas substantiales ⁊ acci-dentales. Et sic recipiunt magis ⁊ minus ⁊ contrarieta-tem habent ad inuicem. ⁊ per consequens remittuntur in cōmixtione ⁊ ad mediū reducuntur: ⁊ conflatur ex eis vna forma. Hec ille sententialiter. ¶ Sed hec opinio vt ibidem dicit Doctor Sanctus est improbabilis ⁊ ma-gis impossibilis q̄ precedens. ¶ Primo quidem ponere aliquod medium inter substantiā ⁊ accīs est oino impos-sibile q: si sic sequeretur q̄ esset mediū inter affirmationē ⁊ negationē. ⁊ sic inter ꝺictoria esset dare mediū. quod ē
Lectio.13. cōmen.27. ꝓtra pīm. 4. huius. ¶ Ꝑz cōsequentia. Mā ꝓpriuz accidē-tis est in subiecto esse: ⁊ ꝓprium est subē in sbo nō esse. si ergo inter substātiā ⁊ accīs esset aliquod mediū: sequere-tur q̄ inter esse in sbo ⁊ non esse in sbo esset aliqō mediuz ⁊ per ꝓsequens inter affirmationē ⁊ negationem. qō ē fal-sum. ¶ Ꝑ. 2°. Ridiculuz est ponere mediū inter ea que nō sunt vni⁹ generis: q: mediū ⁊ extrema eiusdem gene-
Lectio.10. ris esse opz vt ꝓbat. 10. hui⁹. Ergo nihil pōt esse mediuz inter substam ⁊ accīs. ¶ Scō impossibile est formas sba-les elementoꝝ suscipere magis ⁊ min⁹. Mā pīus dicit in
Lectio.7. predicamentis quod substantie nihil est ꝓtrariū neq̄ su-scipit magis ⁊ minus. Et sic predicta positio repugnat di-ctis pīs. ¶ Ꝑ. 3°. Ois forma suscipiens magis aut min⁹ est diuisibilis per accīs: inquātū. s. subiectū eaz participa-re pōt fm magis aut minus. Scōm aūt id quod est diui-sibile siue per se siue per accīs cōtingit esse motum cōti-
Lectio.3. nuū: vt pz. 6°. pīy. Si igitur forme elementoꝝ suscipiūt magis ⁊ minus: taz generatio quā corruptio eoꝝ erit mo-tus cōtinuus. qō est impossibile. Mā mot⁹ cōtinuus non est nisi in tribus gnibus. s. quātitate q̄litate ⁊ vbi: vt pba-
Lectio.4. tur in. 5°. pīy. ¶ Ꝑ. 4°. Ois differentia fm formā sub-
cōmen.18. stantialē variat spēm. Quod aūt recipit magis ⁊ minus: differt id qō est magis ab eo quod est minus: ⁊ quodam modo est sibi ꝓtrariuz. vt magis album ⁊ minus albuz. Si igitur forma ignis magis ⁊ minus suscipiat: magis fa-cta vel minus facta speciem variabit ⁊ non erit eadez for-ma sed alia: quod est inconueniens. ¶ Ꝑ. 5°. Forme sub-
Lectio.3. stantiales sunt sicut numeri: vt pz. 8°. huius. Sed in nu-
cōmen.10. meris quelibet subtractio aut additio variat speciem. Er-go in formis substantialibus magis ⁊ minus variant spe-ciem. Et sic idem qō prius. ¶ Ꝑ. 6°. Illud cuius esse in indiuisibili cōsistit: non suscipit magis ⁊ minus q: suscipe-re magis ⁊ minus est aliquid intendi ⁊ remitti in suo ꝓ-prio esse specifico. Sed esse substanttale cuiuslibet rei in indiuisibili consistit. Aliter generatio substantialis cuiꝰ ter-minus est esse substantiale non fieret in instanti sed succes-
5°. lect. 2. siue. quod est cōtra pīm. 4°. pīy. Igitur forme substan-tiales elementoruz non possunt suscipere magis ⁊ min⁹. Hec omnia Doctor. S. vbi supra. ¶ Dicendum est er-go vt dicit Doc. S. in prima parte. Ubi supra q̄ secun-dum philosophum in primo de generatione forme ele-mentorum manent in mixto non actu sed virtute. Ma-nent enim elementorum qualitates sed remisse: in qui-bus est virtus formarum elementarium. Et hmōi qua-litas mixtionis est propria dispositio ad formam substan-tialem corporis mixti. Hec ille. ¶ Ꝓ cuius amplio-ri noticia considerandum est secundum Doctorem San-ctum in tractatu prēdicto: q̄ qualitates actiue ⁊ passiue elementorum aliqualiter adinuicem sunt contrarie ⁊ re-cipiunt magis ⁊ minus. Ex contrarijs autem qualita-tibus magis ⁊ minus suscipientibus potest constitui me-dia qualitas que suscipiet vtriusq̄ extremi naturam. sicut palidum inter album ⁊ nigrum: ⁊ tepidum inter cali-dum ⁊ frigidum. Sic ergo remissis excellentijs predicta-rum qualitatum: constituitur ex eis quedam media qua-litas que est propria qualitas mixti. differens tamen in di-uersis secundum diuersam proportionis mixtionem. Et hec quidem qualitas est propria dispositio ad formā cor-poris mixti sic qualitas simplex ad formam corporis sim-plicis. Sicut ergo extrema inueniuntur in medio quod participat naturaz vtriusq̄z: sic qualitates corporum sim-plicium inueniuntur in qualitate corporis mixti. Quali-tas autem corporis simplicis est aliud a forma substantia-li ipsius. Agit tamen in virtute forme substantialis. Alio-quin calor calefaceret tantum: non autem per eius virtu-tem forma substantialis educeretur in actum: cum nihil agat extra suaz speciem. Sic igitur virtutes formarum subst̄ialium corporum simplicium saluantur. Sunt er-go forme elementorum in mixtis non actu sed virtute. Et hoc est q̄ philosophus dicit in primo de generatione. ⁊ ne. Non remanent elementa actu in mixto neq̄z corrum-puntur etiam ambo neq̄z alterum. Saluatur enim vir-tus eorum. Hec ille formaliter. ¶ Et per hoc patet so-lutio ad omnia argumenta ante in contrarium adducta: que nihil aliud probant quam quod elementa non cor-rumpuntur totaliter: sed manent in virtute. Non autem actu.

¶ Ubi in philosopho ⁊ Doctore Sancto. Quoniaz ve-ro vnum.

Quintum

sic procediturꝫ. Uide-tur q̄ vnuz ⁊ ens sint substantie rerum. Nam vnumquodq̄z di-citur vnum secundum suam substantiaz: vt ꝓbauit philosophus quarto huius. Ergo vnum ⁊ ens sunt substantie rerum. ¶ Ꝑ. 2°. Quicquid est in aliquo aut est subst̄ia aut accidens. Sed ens ⁊ vnum sunt in subst̄an-tijs materialibus ⁊ non sunt accidentia. Alias non essent de intellectu quidditatiuo substantiarum. Ergo sunt sub-stantie. ¶ Ꝑ. 3°. Supra in prima parte huius operis cō-cessum est q̄ maxime vniuersalia sunt magis substantie q̄z minus vniuersalia. Sed ens ⁊ vnum sunt maxime vni-uersalia. Ergo sunt maxime substantie. ¶ Ꝑ. 4°. Illud est subst̄ia quod est susceptibile cōtrariorum: vt patet in pīis. Sed ens est huiusmodi: quia ens potest dici bo-num ⁊ malum album vel nigrum. Igitur ⁊c. ¶ Sed cō-tra est philosophus in textu dicens. Quoniam vero vnū dicitur sicut ⁊ ens. ⁊ subst̄ia vniusvna: ⁊ quorum vna numero ⁊ vnuz numero: palaz q̄ nec vnum neq̄z ens cō-stingit subst̄iam esse rerum ⁊c.

Respondeo

dicendū q̄ ens ⁊ vnū possunt dupliciter cōsiderari. Uno mo-do quantum ad naturam quā significant. Et sic ens ⁊ vnū fm q̄ contracta sunt ad subst̄iaz significant subst̄iam rerum materialiuz sicut supra dictum fuit de vniuersali-bus. Alio modo possunt considerari fm q̄ sunt vnum in multis ⁊ secundum q̄ subst̄ant intentioni vniuersalitatis. Et sic non sunt subst̄antie rerum: licet hoc platonici volue-rint. ¶ Quod philosophus duabus rationibus probat. ¶ Quarum prima est talis. Nam nullum cōmune ē sub-stantia: vt probatum est superius. Sed ens ⁊ vnum sunt maxime cōia cum sint vniuersalissima predicata de om-nibus. Ergo non sunt subst̄antie: cum impossibile sit sub-stantiā vnius esse cōez substātiaz multoꝝ: cū subst̄antia sit ꝓpria eius cuius est sba: vt dictuz est. ¶ Ꝑ. 2°. Illud q̄ est per se existens nō ꝑ pōt reperiri in multis. Sba aūt est ens per se existens. Ergo non potest reperiri in multis. Sed ens ⁊ vnū reperiūtur in multis. Igit ides q̄ ens. ¶ Cōsiderādū est aūt pro declaratiōe huius fm pīm ⁊ Doc. S. in lectiōe q̄ hoc modo predicaē de reb⁹ vnum sicut

ficut ⁊ ens cum sint conuertibilia. Et vnuꝫ dicitur de aliqua re ⁊ ens propter substantiã eius. Uniꝰ enim ẽ vna ſba. Et illa sunt vnum numero quorum substantia ẽ vna. Si ergo ens ⁊ vnum essent substantie: tunc diuersoꝝ esset vna substantia. Unde palam est ꝙ vnum ⁊ ens non sunt substantie: sed significant id quod cõuenit rei ratione substantie. ¶ Sed instabat discipulus. Nam vnũquodqꝫ dicitur ens ſm ꝙ habet esse. Si ergo vnũquodqꝫ dicetur ens ſm suam substantiaꝫ: sequeret ꝙ vnũquodqꝫ haberet esse ſm suam substãtiã. Et per cõsequens nihil haberet esse p participationez: quod ẽ falsuꝫ ⁊ erroneũ. Et similiter cõcludi põt ꝙ nihil esset vnum p participationem. ¶ Dicendum ꝙ aliquid dici ens ſm suaꝫ essentiam põt intelligi dupliciter. Uno modo qꝛ nõ habet ꝙ sit ens ab aliquo alio in aliquo genere cause. Et sic solus deus dicitur ens per suam essentiam. Et sic ens creatuꝫ dicitur ens per participationez. Alio modo aliquid põt dici ens per suam eẽntiam qꝛ. ſ. habet esse per suam essentiam ⁊ a nullo alio in genere cause formalis. Tamẽ habet illud esse ab alio effectiue. ſ. a deo aut ab aliquo alio. Et isto modo ens dicit ens per suã essentiã. Et similiter vnum. ¶ Considerandum est vlterius ſm pbm circa finem huius lectionis ꝙ Plato bene dixit in hoc ꝙ posuit eas ee sub ſtantias rerum singularium. Nam de ratione substãtie est ꝙ sit per se existens. Si enim in aliquo singularium esset in aliis esse non posset. Nam id quod est vnuꝫ subsistens: in multis esse non põt vt dictum est. Sed in hoc recte non dixit ꝙ posuit vnaꝫ speciez esse in multis. Nã ista duo videntur opposita ꝙ aliquid sit separatum p se existens ⁊ ꝙ habeat esse in multis. ¶ Ad rationes autez omnes patet solutio per distinctionem positam in principio corꝑis articuli quia procedunt de ente ⁊ vno prio modo acceptis: ⁊ non secundo modo de quo est hic ad propositum.

¶ Questio. 72ª. Qualiter qõ qd erat esse se habeat ad rationem principij ⁊ causalitatis.

ª Modo considerandum restat qualiter quod quid erat esse se habeat ad rationez pncipij ⁊ causalitatis. ¶ Circa quod quaeruntur tria. ¶ Primo vtruꝫ qõ quid ẽ substantiarum materialiũ habeat rationem principii ⁊ cause sue. ¶ Secundo vtrum possibile sit querere idem de se ipso p questionez qd ẽ. ¶ Tertio vtrum totum integrale differat realiter a suis ptibus. ¶ Ibi in philosopho ⁊ Doctore Sancto. Quid autez oportet ⁊c. ⁊ est Lectio. 14.

ª B primum sic pcedit. Uidet ꝙ habeat rationez principii ⁊ cause substantiaꝝ vel materialiuꝫ. Nam oĩs causa vel est formalis vel materialis vel efficiens vel finalis. Sed ipsum quod quid est non põt esse causa formalis: qꝛ forma est altera pars compositi: si ergo quod quid est esset causa formalis: sequeret ꝙ non posset predicari de re: cum pars nõ predicetur de toto. Neqꝫ ẽt est causa materialis: pp eandem rationem. Neqꝫ etiaꝫ est efficiens aut finis: quia tales cause sunt extrinsece ⁊ nõ de intrinseca ratione ⁊ itellectu rei. Igitur ⁊c. ¶ Ꝓ. 2º. Nihil est causa sui ipsius ⁊ per consequens causa distinguitur realiter ab eo cuius ẽ causa. Sed ipsum quod quid est: est idem realiter cum diffinito cuiº est: vt supra pceſſuꝫ est. Igit ⁊c. ¶ Ꝓ. 3º. Corruptibilinuꝫ effectuꝫ: sunt cause corruptibiles: quia effectus ad causam est aliqua proportio 2º phycorum. Sed res mãles sunt corruptibiles ⁊ quod quid est: est incorruptibile: cuꝫ diffinitiones ⁊ scientie sint necessario incorruptibilium. Igit ipsum quod quid est nõ potest esse causa ⁊ principium rei materialis ⁊ corruptibilis. ¶ Sed contra est philosophus in textu ibi. Quid autem oportet dicere ⁊ quale quid substantiam rerum aliud velut principium facientes dicamus. Forsan enim ex hijs erit palam: ⁊ de illa substantia que est separata a sensibilibus substantijs. Quoniã ergo substantia ⁊ principium ⁊ causa quidem est: hinc est procedendum ⁊c.

Respondeo dicendum ꝙ substãtia que est quod quid erat esse: est principium ⁊ causa substantiarum materialium. Quod sic probat philosophus ſm Doctorem Sanctum. Nam illud de quo non queritur per questionem propter quid: sed in ipsum alia questa reducuntur: oportet esse principiuꝫ ⁊ causam. Nam questio propter quid querit de causa. Sed substantia que est quod quid erat esse rei materialis est huiusmodi. Non enim queritur propter quid homo est homo: sed propter quid homo est aliquid aliud. Et similiter est in alijs. Ergo substantia rei materialis: que est quod quid erat esse: est principium ⁊ causa.

¶ Ꝓ cuius declaratione considerandum est primo ſm philosophum in textu vt deducitur hic Doc. San. ꝙ querere propter quid ipsum sit ipsum vt querere propter quid homo est homo: nihil est querere. Quod sic patet. Nam in omni questione qua queritur propter quid: oportet aliquid esse manifestum ⁊ aliquid esse quesitum quod non est manifestum. Sed hoc non potest esse quando queritur propter quid ipsuꝫ sit ipsum. ſ. propter quid homo est homo. Nam scito ꝙ homo est homo: scitur propter quid homo est homo: quia est vna cõmunis animi conceptio: in omnibus huiusmodi: quã impossibile est aliquẽ ignorare: vt ꝙ vnumquodqꝫ est idem sibi ipsi. Ideo vnũquodqꝫ predicat de seipso. Igitur querere ꝑpter quid homo est homo: nihil est querere: quia nihil est dubitatũ: scito ꝙ homo est homo. Alio: huius deductionis sic declarat. Nam quattuor sunt questiones vere scibiles: vt pz. 2º. posterioꝝ: vz si est: qd est: quia est: ⁊ propter quid. Et due istarum. ſ. quid est: ⁊ propter quid: coincidunt: vt ibidem probatur. Sicut autem questio quid est: se habet ad questionem an est: ita ⁊ questio propter quid: ad questionem quia est. Sed cum queritur de aliquo quid est: oportet esse aliquid manifestum scilicet an est: ⁊ aliquid quesituꝫ. ſ. quid est. Si enim non esset manifestum an est: in vanum quereretur quid est. Ergo etiã dum queritur de aliquo pp quid est: oportet esse manifestũ quia est. Dum enim queritur propter quid luna eclypsatur: oportet esse manifestum ꝙ eclypsatur. Ergo in omni questione qua queritur propter quid: cum propter quid coincidat cum quid est: ⁊ quid est: pre supponat an est: in omni tali questione propter quid: oportet ꝙ sint duo precognita tanqꝫ manifesta. ſ. an est: ⁊ ga est ⁊ vnũ dubitatum seu quesitũ. ſ. propter quid. Quod fuit pbandũ. De quo in 2º. posterioꝝ est ꝑprie disputandum atqꝫ discutiendum. ¶ Considerandum est 2º. ſm philosophum in textu pro declaratione minoris precedentis discursus: ꝙ inquerendo pp qd idẽ de seipso: nihil ẽ querere. Sz q̃rendo aliud de alio: aliqd est querere. Et sic querendo al quando q̃ritur propter quid tonat. ℜ Respõdetur quia sonus fit in nubibus. Aliquando autem queritur causa ipsius forme in materia: que est efficiens vel finis. Efficiens quidem vt cum queritur propter quid lapides ⁊ ligna sunt domus. ſ Potest responderi per causam efficientem: puta ꝑpter domificatorem. Finis autem cuꝫ sic queritur põt responderi per causam finalem. ſ. vt defendamur a frigore ⁊ caumate. Sed hoc interest inter causam efficientem ⁊ finalem. Quia causa agens solum queritur in fieri ⁊ corrumpi. Sed causa finalis non solum queritur in fieri ⁊ corrumpi: sed etiam inesse. Et hoc ideo est: quia agens est causa forme in materia in transmutando materiam ad formaz. Quod fit in generari ⁊ corrumpi. finis vero inquantũ mouet causam agentem p intentionem est causa etiam in fieri ⁊ corrumpi. Inquãtum vero res per suam formam ordinatur in finem: est etiam causa in essendo. Unde cum dicit ꝙ lapides ⁊ Lec. 1.

ligna sunt domus pp artem domificatiuam: intelligitur ꝙ ars domificatiua est causa efficiens in fieri ipsius domus. Cum vo dicitur ꝙ lapides ⁊ ligna sunt domus vt defendamur a frigore: pōt intelligi ꝙ hoc sit causa ī fieri ipsius domus ⁊ ēt ꝙ pp hoc esse domum sit vtile. Hec phūs ⁊ Doc. S. in lectione. ¶ Sed contra predicta ista bat discipulus dupliciter. pº sic. Nam illud quod respō detur ad q̄stionem pp quid: est ipsum quod quid est: vt ꝓbatur in conclusione ꝓposita. Si ergo causa efficiens ⁊ finis respōdeant̄ ad interrogationem pp quid: sequit̄ ꝙ causa efficiens ⁊ finis pertineant ad quidditatem rei. Sed consequens est falsum: cum non intrinsece ⁊ essentialiter concurrant ad essentiam rei. Igitur ⁊c̄. ¶ Ꝑ. 2º. Quando ab esse effectus sequitur esse cause: illa causa nō solum est causa rei in fieri: sed etiam quātum ad esse. Sicut bene sequitur. Illuminatio aeris a sole est: ergo sol ē. Unde sol non solum est causa fieri ipsius illuminationis sed etiam quātum ad esse. Sed ab esse effectus ad eē diuini agentis ⁊ primi valet consequētia: vt probat Doc. S. in pª parte. q. 2. ar. 2º. Igitur agens non solum ē causa rei quantum ad fieri: sed ēt quantū ad esse. ¶ Respondendum de quidditate logice vel metha. cōsiderata. 8º. hui⁹. q. 6. ar. 2º. Ad primū ꝓ philosophū in textu: ꝙ cā efficiens ⁊ finis pertinent ad quidditatem rei logyca loquendo: nō autem phyſice aut metha. loquendo. Cuius rationem assignat Doc. S. in lectione dicens. Nam logycus considerat modos predicandi ⁊ non essentiaz rei. Unde quicquid respōdetur ad quod quid est sine illud sit intrinsecum vt materia vel forma: siue extrinsecuz: vt agens vel finis: dicitur pertinere ad quod quid ē. Et hoc logyce loquendo. Sed qui essentiam rerum querit: finē vel causam agentem cum sint quedaz extrinseca: nō comprehendit sub quod quid erat esse. Unde si dicamus ꝙ domus est aliquid prohibens a frigore: logyca loquendo significatur quod quid est: non autem fm considerationem phy. Hec ille formaliter. ¶ Et addit ꝙ philosophus hic exemplificat de artificialibus: quia in eis maxime ē manifestum ꝙ sunt propter finem. Quāuis autem naturalia sint propter finem: tamen hoc fuit a quibusdaz negatum. Ideo magis exemplificat in artificialibus q̄s ī naturalibus. Hec ille. ¶ Dicenduz ad 2m sicut dicit hic Doc. S. ꝙ philosopus loquitur hic de substantiis sensibilibus. Unde intelligendum est hoc quod hic dicit̄ de agente naturali quod agit per motum. Nam agens diuinum quod influit esse sine motu: est causa non solum in fieri: sed etiam in esse. Hec ille.

Ad primum igitur dicendum ꝙ dupler ē forma. s. forma totiꝰ ⁊ forma partis. Forma igitur partis est altera pars compositi: ⁊ non predicatur de toto in recto ⁊ essentialiter. Sed forma totius est actualitas totius: ⁊ est quoddam totuz cōpositum ex materia ⁊ forma cōmuni: vt supra dictum est loquendo de forma totius substantiarum materialium. Ipsum autem quod quid ē rei: est forma totius. Unde non oportet ꝙ sit altera pars compositi. Et sic argumentum non sequitur. ¶ Ad 2m dicendum ꝙ licet ipsuz qō quid est sit idem realiter cum diffinito: tamē differt realiter a suppoſito cuius est causa formalis in substātiis materialibus de quibus est ad propositum. ¶ Ad 3m dicēdum ꝙ quidditates rerum materialium corruptibiliuz licet sint incorruptibiles per se: tamē corrumpuntur per accidens ad corruptionem. s. singularium suppositoruz. Inter causam ēt ⁊ effectum non debet esse omnimoda similitudo ydemptitatis aut proportio equalitatis: alias oporteret cōcedere ꝙ cā esset effectus ⁊ ꝙ effectus causaret: ⁊ sic de similibꝰ ꝓdicatis: sed sufficit similitudo siue ꝓportio iequalitatis. Unde rō nō sequit̄.

¶ Ibi in phō ⁊ Doc. S. Latet aūt ⁊c̄.

¶ Ad secundum sic proceditur. Uidet̄ possibile sit querere idem de se ipso per questionem quid est. Nam queritur communiter quid ē homo. Sed q̄rendo qd est hō: q̄rit̄ idē ꝺ se ipso. Ergo ꝙ q̄stionē quid est contingit idē q̄rere ꝺ seipso. ¶ Ꝑ. 2º. Per questionem quid est queritur diffinitio de diffinito. Sed diffinitio ē realr idē cū diffinito: vt supius concessum est: ergo idem vt prius. ¶ Ꝑ. 3º. Si non conuenienter quereretur idem de se ipso per questiones qd est sequeretur ꝙ in substantiis simplicibus non posset formari questio. Sed consequens est falsum. Igitur ⁊c̄. Consequentia patet: quia ibi idem est suppositum ⁊ qd. ditas vt supra probatum est. Falsitas vero consequentis sic patet. Nam de qualibet substantia contenta sub genere generalissimo predicatur substantia in quid de omnibus contentis sub ea directe ⁊ per se: quia genus predicatur in quid de omnibus: vt patet per Porphyrium. Cum ergo substantie simplices contineantur directe sub substantia: sequitur ꝙ de eis posit formari questio quid est. ¶ Sed contra est philosophus in textu ibi. Latet autem marime quod queritur propter quid simpliciter dici: sed non differre quia hoc est hoc. Sed oportet coniungentes querere si autem non ⁊c̄.

autē est de subiecto alterationis perfectiue.

Ad primum igit̄ dicendū q̄ ille terminus
Uno⁹ vt idē est q̄ vlr. Et sic illud qō dicit nō ens sim/
pliciter: est nihil: vt inuit Aug. in prio libro de doctrina
xp̄iana dicens. Quod. n. nō est res oīo: nihil est. Scdo⁹
accipit̄ simplr vt idē est q̄ absolute. Et hoc modo illud
dicit̄ simpliciter ens qō nullo addito dicit̄. Tertio⁹ ac/
cipit̄ simplr: vt idē est q̄ primo ⁊ principaliter. Et sic sub/
stātia dicit̄ ens simplr ⁊ accīs nō ens simplr. Quarto⁹
accipit̄ simplr: vt idē est q̄ actualiter. Et sic mā pria di/
cit̄ nō ens simplr: qꝛ est ens in pura po⁹. Et isto⁹ accipit̄
nō ens simplr in prio de gñone. ¶ Ad 2m. dōm q̄ mo/
tus denoiat suū ſbm moueri. Sed gñatio denoiat suum
terminū cōpletū generari: ⁊ nō suū subiectuꝫ. Cuius ra/
tio est superi⁹ assignata. Quia ſbm gñonis est ens in pu/
ra potētia qō est a nobis minime cognoscibile. Ideo no/
mē gñonis nō fuit impositū ad denoiandū mām: sed ad
denoiandū totū cōposituꝫ: eo q̄ noīa imponimus fm q̄
res cognoscimus. Subiectū autē motus est ens in actu.
Ideo denoiaī moueri p motū. Uñ negāda est ꝓntia ar/
gumēti. ¶ Ad 3m. dōm q̄ illud est ſbm gñonis: in qō
resolui cōposituꝫ tanqꝫ i aliqd vltimū simplr qō. ſ. facta
resolutione cōpositi: nō est vlteri⁹ resolubile aliqua reso/
lutione. Hoc aūt ē mā pria ⁊ nō elīa. Uñ mā prima est
ſbm gñonis ⁊ nō elīa. ¶ Ad 4m. dōm q̄ in toto illo tpe
priori: mā est sub forma abijciēda: que corrūpit in illo i
stanti eodē in quo introducit̄ fōa sequēs. In qua quidē
corruptiōe: fit resolutio vsqꝫ ad māz primā: vt infra pa/
tebit. Hec tñ segtur q̄ due forme sint in eodez: vt supra
expositū est 7o. hui⁹. q. 24. ar. 4. ¶ Ad 5m pz solutio in
solutione prie instātie discipuli in corpore articuli. Uerū
tamē aliqd dicit̄ esse idē nūero dupl̄r. Uno⁹ nūero: nūe
rositate suppositi. Et sic mā nō remanet eadē nūero. Alio
modo nūero: nūerositate essentie. Et sic remanet mā ea/
dē nūero: modo iā exposito. ¶ Ad vltimū dōm q̄ aliud
est loq de alteratione aeris: ⁊ aliud de corruptiōe aeris:
quādo ex eo gñaī ignis. Mā qñ ex aere gñaī ignis: tunc
aer nō est ſbm illi⁹ mutatiōis: sed mā prima vt dictū est:
que manet eadē in corruptione aeris: ⁊ in gñone ignis.
Sed quādo aer alteraī: in toto tpe alteratiōis manet idē
aer fm ſbam q̄ variaī fm eē vt pz p pbm 4o. physicoꝝ. Lec. 14.
¶ Ubi supra in Doc. S. ⁊ philosopho. Nam in omni/
bus oppositis ⁊c.

a **B quintum** sic pcedit. Uideī
q̄ in motu alterationis nō maneat idē ſbm simplr sub vtroqꝫ
termino alteratiōis. Mā qñ ex aqua generaī ignis: pcedit alteratio in mā tanqꝫ dispositio ad formam
ignis. Ista autē alteratio est finita. Alias nūqꝫ introduce/
reī forma ignis. Ergo opz q̄ terminet in aliquo instāti.
Aut ergo terminabit̄ ad instās: in quo ītroducit̄ forma
ignis: aut in aliquo alio instāti ante illud instās. Si detur
primū: habeī ꝓpositū: qꝛ tūc est ignis ⁊ nō aqua q̄ fuit
ſbm alteratiōis in termino a quo. Si vero deꝛm. cū iter
quelibet duo instātia sit tēpus mediū: seq̄t q̄ in illo tpe
intermedio: cū cessāt illa alteratio: nō magis erit dispos
ta mā aque: ad formā ignis q̄z in principio. Quod est incō
ueniēs: qꝛ tūc frustra fuisset illa alteratio. ¶ Sed dicebat
q̄ māet dispō iducta p alterationē: lz alteratio illa cesset.
¶ Cōtra: qꝛ si maneret illa dispositio: sequereī q̄ statim
introducereī forma ignis: cū ibi sit mā vltimo disposita.
Alias frustra poneret̄ illud tēpus intermediū. ¶ Sed
dicebat q̄ illa alteratio terminaī in illo instāti in quo inci
pit esse ignis: ⁊ in eodē instāti desinit esse aqua. Quia nō
est incōueniens in eodē instāti vnā formā corrūpi: ⁊ aliā
introduci. ¶ Cōtra. Quia alterabile in termino alteratio
nis nō desinit esse simplr sed desinit esse tale. Alias mo/
bile in termino ad quē motus nō quiesceret qō est cōtra
pbm 6o. physicoꝝ. Sz q̄ i eodē instāti idē sit simul aqua Lec. 5.
⁊ ignis est ipossibile. Ergo ⁊c. ¶ Ꝺ 2o. ad principale ite
rum arguit. Mā quādo aqua alteraī sit cōtinua depdi/
tio ⁊ resolutio substātie aque ita q̄ maior est depditio in
termino b q̄z in termino a. Ergo nō manet ſbm simplr
idē sub vtroqꝫ termino alterationis. ¶ Sed ꝺ̄ est pbus i
textu dicēs. Mā in oībus oppositis mutationib⁹ est aliqd
idem qō subijcit̄ mutationib⁹ ⁊c. Et paulo post subdit
dicēs. Et fz alterationē qō nūc qdez ē sanū: itez labozat.

Respondeo dicendū q̄ Anto. and. in pri
ma. q. huius octaui pp ratio/
nes adductas ante incōtrariū quas formaliter ponit: vult q̄
est dabilis aliqua alteratio: cuius ſbm nō manet idē fm
ſbam sub vtroqꝫ termino: a quo. ſ. ⁊ ad quē. ¶ Pro cu/
ius declaratione notat ipse: q̄ duplex est alteratio. Que/
dam est pura: cui. ſ. non est admixta gñatio simplr: puta
cum paries mutaī de nigredine in albedinez sine aliqua
corruptione sue substātie. Quedā vero est alteratio non
pura: cui. ſ. annexa est gñatio simplr: vt quādo alteratio
disponit materiā ad introductionē forme substātialis. Et
sic dicimus q̄ generatio ē terminus alteratiōis. In pri/
ma ergo alteratione manet idē ſbm sub vtroqꝫ termino
rū. Et sic logt̄ phus hic: ⁊ i pō de gñone. Sz i 2a alteratiōe
nō manet idē ſbm simplr sub vtroqꝫ terminoꝝ. Sz hoc
accidit alterationi vt alteratio est. Et ideo phus vbiqꝫ lo
quēs simpliciter de alteratione: ⁊ de hijs que p se sibi cō
uenīūt nō curans de hijs que ei accidūt: cōcedit simplici
ter q̄ in alteratione manet idez ſbz sub vtroqꝫ termino:
lz quādoqꝫ nō maneat idē: ratione gñonis annexe. Hoc
ille. Et subiūgit. Unde dico q̄ alteratio que ē calefactio
dum ex aqua fit ignis: nō terminaī ad calorē aque: sz ad

calorem ignis: ita ꝙ terminus a quo illius calefactionis est in aqua et terminus ad quez est in igne generato. hec ille. Et quando arguitur. Uel accidens migrabit de subiecto in subiectum vel gradus forme acquisitus in principio alterationis nō erit idem numero cuz forma terminante alterationem. ¶Respondet ad hoc dicens ꝙ scōa pars distinctionis vera est. Nec reputo inconueniens in tali casu ꝙ gradus precedens nō sit idem numero cuz forma terminante alterationez. Hec omnia ille formaliter. ¶Ex quibus manifeste pz ꝙ predictus opinator vult ꝙ calefactio quando ex aqua fit ignis nō terminatur ad aliquem calorem qui est in aqua: sed ad calorem qui est in igne. Et sic calefactibile nō manet idem fm substantiam. qz pmo. s. in termino a q̄ stabat sub forma aque. Et postea .s. in termino ad quem stat sub forma ignis. ¶Sed hec positio falsa est: et dictis pbōz repugnans. Licet tamē distinctio opinatoris adducta sit vera: sed male applicatur. Non enim est aliqua doctrina adeo falsa: quę nō habeat aliquā veritatē admixtā. Quod autem predicta positio sit falsa sic pz. Nam cuiuslibet motus est dabilis terminus ad quez intrinsecus et imediatus. Uel ergo predicta calefactio terminatur ad calorem ignis imediatius q̄ ad formam substantialez ignis: vel prius terminatur ad formā substantialem ignis q̄ ad ipsum calorem ignis. Si scōm: sequitur ꝙ calor ignis non est terminus imediatus illius calefactionis. Si vero pmū: sequitur ꝙ forma accidentalis. s. calor precedat saltem natura introductionem forme substantialis ignis. Qō est ꝓtra omnes pbos. Non ergo potest terminari imediate ad calorem ignis. ¶Ꝑ 2°. Secūdum pbm vt etiā aduersarius cōcedit in suis rationibus adductis: generatio est terminus alterationis. Ergo generatio ignis est terminus illius predicte calefactionis. Sed generatio ignis terminatur ad formam substantialez ignis: quā sequitur calor ei⁹. Ergo impossibile est dicere ꝙ calor ignis sit imediatus termin⁹ calefactionis aque. ¶Ꝑ 3°. Generatio vel est terminus imediatus ⁊ intrinsecus alterationis: vel mediatus et extrinsecus. Si scōm: seq̄ a fortiori ꝙ calor qui sequitur naturaliter generationem ignis sit terminus mediatus et remot⁹. ¶Si vero det primū: sequitur ꝙ motus imediate terminabitur ad motum ⁊ ꝙ alteratio terminabitur ad formā substantialem tanq̄ ad terminū intrinsecum eius. Quod est ꝓtra pbm quasi vbiqz. ¶Ꝑ 4°. Illa calefactio qua aqua alteratur a quarto gradu vsqz ad decimū gradū qui est terminus ad quem per respectum ad quartū gradū: vel est eadē cuz calefactione qua vlterius alteratur vsqz ad introductionem forme ignis: vel est alia. Si dicatur ꝙ sit eadem: tūc sequitur ꝙ terminus eius. s. calor qui est in igne: sit idem numero cum calore in decimo gradu qui est in aqua: cuz distinctio numeralis terminoz ad quos causet distinctionem numeralem motuū. Sed ꝓsequēs est impossibile. Quia sic accidens migraret de subiecto in subiectum. Si vero dicatur ꝙ nō sit eadem calefactio numero: tūc queritur de termino vltimo illius calefactionis: et ꝓcedetur sicut ratio prima aduersarij procedit. Et sic si aduersari⁹ hanc rationem soluit: eadem solutione soluet etiaz rationem suam. Et per ꝓsequēs ipsemet ostendet ꝙ sua ratio non ꝓcludit: sed ꝙ sophystica est. ¶Ꝑ 5°. Scōm aduersarium in presenti passu alterabile in termino alterationis nō desinit esse: sed esse tale. Als mobile nō quiesceret in termino motus. Quod est ꝓtra pbm. Hec ille. Sed constat ꝙ aqua que alterabilis est per calefactionem dum ex ipsa fit ignis desinit esse quādo est calor ignis geniti. Als simul ⁊ semel idez esset aqua et ignis. Ergo calor qui est in igne genito non pōt esse terminus calefactionis aque. Mirabile enim est dicere ꝙ inter terminuz a quo vnius generationis seu mutationis et terminū ad quem eiusdez mutatiōis mediet altera mutatio specie distincta ab ea. s. generatio. ¶Dicendum est ergo ꝓpter predictas rationes ꝙ alteratio disponens ad introductionem forme substantialis: potest dupliciter cōsiderari. Uno modo potest accipi pro aggregato ex ipsa alteratione et generatione simul. Et isto modo subiectum nō manet idem fm statum sub vtroqz termino alterationis ⁊ generationis simul. Alio modo potest ꝓsiderari illa alteratio fm ꝙ distinguitur ꝓtra generationē cuius est dispositio. Et sic subiectum eius manet idez sub vtroqz terminoz illi⁹ alterationis. Qua cessante: introducitur forma substantialis ignis. Qz illa alteratio in termino ad quem dicitur dispositio vltima que dicitur necessitas.

Ad primum igitur dicendum negando vltimam sequelam: quā nō pbat. Nam in tempore illo intermedio: aqua stat sub dispositione introducta per ignem. Et adueniente forma ignis corrumpit illa dispositio per accidens: vt supra declaratum est cum de inchoatione formaz agereť. li°. 7°. huius .q. 17. ar. 4. et. 5. ¶Ad 2ᵐ dicendū ꝙ alterationē cessare potest intelligi dupliciter. Uno modo q̄ntuz ad alterare. Et sic cessat in illo instanti precedenti instans introductio nis forme ignis. Alio modo q̄ntum ad alteratum esse. Et isto modo non cessat: sed in toto tempore precedente instans forme substantialis introducende est illa alteratio in aqua. Et in illo instanti in quo introducitur substantialis forma ignis corrumpitur per accidens ad corruptionem sui subiecti. Nec tamen frustra est illud tempus intermediū: qz datur ꝓpter hoc ꝙ nō est dabile vltimū instans sed bene vltimū tempus. sicut etiam supra declaratum est. 7°. huius. q. 22. ar. 3. ¶Tertiū argumentū concedimus. ¶Ad q̄rtū dicenduz ꝙ subiectuz alterationis manere idem simplr: potest intelligi dupliciter. Uno° ꝙ maneat idez simplr. i. totaliter et omnibus modis idez. Et isto modo nō manet idem subiectuz alterationis sub vtroqz termino: vt argumentū voluit. Alio modo ꝙ maneat idem simpliciter. i. actu. Et isto modo manet idem vt declaratum est. ¶Patet ergo ꝙ predicte rationes illius opinatoris falsum assumunt et nihil cōcludunt.

¶Ibi in pbo et Doc. S. Et hanc sequitur alie ꝛc.

¶ Dsextum sic ꝓceditur. Uidetur ꝙ materiam subiectaz generationi ⁊ corruptioni nō sequatur alteratio et loci mutatio: sed potius ecōuerso. Nam cuiuslibet corporis finiti virt⁹ est finita: vt pz. 6°. el. 7°. phy sicoz. Sed celum est corpus finitum: vt ꝓbatur pmo de celo. Ergo celum est finite virtutis. Sed nulla virtus finita est infinite durationis: et per cōsequens est corruptibile. Sed tamen celum nō est alterabile: vt probat pbus pº de celo. ratione ⁊ tribus signis. Ergo nō omne generabile ⁊ corruptibile est alterabile. Et sic ad materiā subiectam generationi ⁊ corruptioni: nō sequitur alteratio. ¶Ꝑ 2°. Si materia que subijcitur generationi subijceretur alterationi: sequeretur ꝙ materia esset subiectum alterationis. Sed hoc est falsum: qz subiectum alterationis est ens simpliciter in actu: vt dicitur in pmo de generatione. Materia autem est potestate ens ⁊ non actu: vt dicit pbus in pn° huius octani. Igitur ⁊c. ¶Ꝑ 3°. Arguitur probando ꝙ qcqd est alterabile est corruptibile. ¶Probat enim pbus pmo de celo. ꝙ celum non est alterabile: qz si esset alterabile esset corruptibile. ¶Ꝑ 4°. Quicqd ꝙ qcqd est alterabile est corruptibile. Sed ergo includit matetiam admixtaz privationi: est corruptibile. Sed cum privatio laboret ad maleficium pº physicoz. Sed omne alterabile est huiusmodi: cum per alterationē acquiratur aliqua qualitas. Igitur ⁊c. ¶Sed ꝓtra est pbus in textu dicens. Et hanc. s. generationem ⁊ corruptionē sequūtur alie mutationes. Aliaz vero aut vnam aut duas. hec non sequitur. Non enim interest si quid materiā habeat localem hoc ⁊ generabilem ⁊ corruptibilem hfe.

Respondeo dicendum ꝙ materiam existentem subiectam generationi et corruptioni: sequūtur alie mutationes. Sequitur enim si quid sit generabile ⁊ corruptibile: ꝙ etiaz sit alterabile et fm locum mutabile. Quod sic ꝓbari potest. Nam prius semper sequitur ad posterius: siz non semper econuerso. Sed omnes alie mutationes precedunt generationem

nem ⁊ corruptionem. Ergo ad generationem sequuntur alie mutationes sicut prius ad posterius. ¶Probatio media. Nam alteratio est prior generatione ⁊ augmentatione. Quia forma substantialis nō introducit̄ per generationē: nisi in materia disposita. Sed talis dispositio nō fit nisi per alterationes. Ergo alteratio precedit gnationes. Augmentatio etiaz fit adueniente nutrimēto: qō pr⁹ est dissimile ⁊ contrariz nutrito: vt ꝓbatur. 2°. de anima. et p⁹ de generatione: et postea efficitur ei simile per decoctionem. qō nō potest fieri nisi per alterationes. Et sic alteratio p̄cedit augmentationem. Similiter motus localis est prior generatione: q: est prior alteratione. Nam in omni alteratiōe requiritur alterans qō facit potentia quale actu quale: vt p3 p⁹ de generatione. Sed tale alterans nō semper est in eadem ꝓpinquitate ad id qō alteratur. Alias semp eodē modo alteraret. qō falsum est. Ergo efficitur qñq3 ꝓpinquius ⁊ qñq3 longius. Sed hoc non potest fieri nisi per motum locales. Ergo motus localis est prior alteratiōe: et per ꝯsequēs generatione. ¶Relinquitur ergo ꝙ generationē sequūtur alie mutationes: et nō ecōtra. Et sic ad materiam subiectā generationi ⁊ corruptioni: sequūtur oēs alie mutationes. Sed tamen ipsa materia subiecta generationi nō sequitur ad omnes alias mutationes: et precipue ad illam que est loci mutatio. Non enim sequitur ꝙ ꝙ habeat materiā per quā est in potentia ad vbi: Nam corpora celestia mouent̄ fm locū: nō tamen sunt generabilia ⁊ corruptibilia. In corporibus etiam celestibus est aliqualis alteratio fm illuminationē ⁊ obscuratio nem: non tamen in eis est generatio ⁊ corruptio. Unde pbus hic in textu dicit vnam ꝓpter loci mutationez: vel duas ꝓpter talem alterationē. que tamen nō est vere motus: sed terminus motus. ¶Sed instabat discipulus tripliciter. ¶Primo nam posterius sequitur ad prius: ⁊ non ecōuerso. Si ergo motus localis sit prior ꝙ generatio: sequitur ꝙ generatio sequitur ad motuz localez ⁊ nō ecōuerso. ¶ Ꝺ 2°. Motus ordinant̄ fm ordinem termino ad quos. Sed forma substantialis que est terminus generationis precedit formas accidentales ad quas terminant̄ alie mutationes. Ergo generatio nō est posterior eis: sed prior. ¶ Ꝺ 3°. Generatio includit alterationem. Ergo si alteratio est prior gnātione: sequitur ꝙ id ez quid sequitur ad aliud dupliciter. Uno modo fm esse. Alio modo fm ꝯsequētiaz. ¶Posterius igitur sequit̄ ad prius fm esse. Sed prius sequitur ad posterius fm cōsequentiam sicut posito homine de necessitate ponit̄ aīa fm ꝯsam. Et isto modo intelligitur hic ꝙ ad generationem sequitur loci mutatio. ¶Dicendū scōo ꝙ termini motuū possūt dupliciter ꝯsiderari. Uno modo absolute. Et sic terminus generationis qui est forma substantialis precedit terminum motus localis. Et per ꝯsequēs generatio precedit alios motus fm nobilitatem ⁊ ordinē terminoz ad quos fm quos motus ordinātur. Alio modo ꝯsiderantur fm esse qō habent in mouentibus ⁊ mobilibus quoz sunt motus. Et sic terminus alicuius motus localis. s. celi: est prior termino cuiuslibet generationis ⁊ corruptionis: q: motus celi est causa generationis ⁊ corruptionis istoz inferioz: vt p3. 2°. physicoz. vbi dicit ꝙ sol ⁊ homo generant hominem: et in de celo ⁊ mundo. ¶Dicendū. 3°. ꝙ duplex est generatio. Quedā est generatio simplr: qua. s. introducitur forma substātialis. Alia est generatio fm quid: qua introducitur forma accidentalis. Generatio vero simplr potest dupliciter accipi. Uno modo ꝓprie. vz pro introductione forme substantialis vltima in materia. Et sic vocatur mutatio instantanea ⁊ non motus. Et isto modo non includit alterationē: sed ab ea distinguitur. de qua loquitur hic pbus. Alio⁹ potest accipi cō iter. s. pro dispositionibus previis simul cum ipsa introductione forme substātialis: Et isto modo fit successiue ⁊ nō in instāti. Et isto modo includit alterationem. ¶Querebat insuper idem discipulus. Utrum materia que est subiectum alterationis: aliquo modo generetur. ¶Responsum est ad hoc superius. Nam fm Cōmentatorē aliquid triplr dicitur generari. Uno modo subiective. Et sic materia generatur. Alio modo terminative. Et sic forma generatur. Tertio modo completiue. Et sic totum cōpositum generatur.

Ad primum igitur dicendū ꝙ nulla virtus finita inq̄ntū est finita se extendit ad durationez infinitaz. Sed tamen inq̄ntuz ꝓsupponit sempiternum influxuz a primo agente: cuiusmodi est corpus celeste fm pbos: potest se extendere ad durationem infinitā. Esse enim per se cōsequit̄ formā rei create: suppositō tamen influxu primi et vniuersalis agentis. sicut lumen per se cōsequitur dyaphanitatē aeris: suppositō tamen influxu solis. Inde est ꝙ esse cuiuslibet rei magis dependet ab illo agente qō ab ea pōt subtrahere suum influxum: q̄s a forma vel materia fm theologos ⁊ fidē. Et iz sit infinite durationis: nō tamen sequitur ꝙ sit corruptibile: q: potest annihilari. ¶Ad 2^m^ dicendū ꝙ duplex est subiectum alterationis. Nam qōdam est subiectum primū ⁊ mediatum. Et tale est materia. Quia qualitates active ⁊ passiue inter quas est alteratio: non insunt substātie nisi ratione materie: que est p̄ncipiuz omnis transmutationis si sit admixta priuationi ad formā substantialez. Aliud est subiectum ꝓprium ⁊ īmediatum. s. id qō alteratur. Et tale subiectuz alterationis nō est materia: sed est ens actu ⁊ simplr existens. ¶Ad 3^m^ dicendū ꝙ duplex est alteratio. vz corruptiua sicut calefactio. Alia est perfectiua: que est solum alteratio fm modum. sicut illuminatio dicit solum receptionem luminis ⁊ abiectionez tenebre que nō est forma sed priuatio tm̄. Quicquid ergo est alterabile p̄mo modo: est corruptibile: nō tamen secūdo modo. Celum autem est alterabile scōo modo: non autē p̄mo modo. Unde argumētū nō sequitur. ¶Ad q̄rtum dicendū ꝙ duplex est priuatio. Quedaz est priuatio forme substantialis. Alia est priuatio ipsius vbi. Uerum est ergo ꝙ vbicūq3 est materia admixta ꝓuationi ad formā substantialem: ibi potest esse corruptio ⁊ generatio. Nō autem vbi est materia admixta priuationi ad vbi. In celo autem nō est materia admixta priuationi ad formam substantialem: sed ad vbi tm̄. Unde ratio nō sequitur. ¶Ubi supra in Doctore Sancto.

Ad septimum sic proceditur. Uidetur ꝙ mā nō dicat aliquā entitatem realiter distinctam a forma. Nam si materia diceret aliquā entitatem distinctam realiter a forma: sequeretur ꝙ in fundamēto nature esset aliquid distinctuz. Qō est ꝓtra Cōmētatorez 4° huius. Igitur materia nō dicit entitatem distinctam realiter a forma. ¶ Ꝺ 2°. Si materia distingueret̄ a forma: sequeretur ꝙ materia includeret actum alium a forma. Quia omnis distinctio fit per actum. Sed ꝯsequens est falsum. Quia sic materia posset itelligi sine forma. qō est ꝓtra superius probata. Igitur ⁊c. ¶ Ꝺ 3°. Quicquid dat esse est act⁹. Sed materia dat esse: vt p3 p⁹ physicoz. Ergo materia est actus. Et per cōsequens nō differt realiter per aliquā entitatem a forma. ¶Sed in cōtrarium arguitur per pbm in presenti lectione. Nam materia est ēa. nō quidem ens actu: sed potestate. Forma vero actu ens. Ergo materia dicit entitatem aliam a forma. Lectio.15.

Respondeo dicendum ꝙ materia est ens distinctum a forma realr. Qō sic potest probari elicitiue fm pbm hic ⁊ in alijs locis. Nam id quod subijcitur generationi ⁊ actioni generantis: est ens aliud ab eo qō per generationem acquiritur. Sed materia subijcit̄ generationi: vt hic pbus dicit. et i p̄mo de generatione. Forma vero per generationem introducitur. vt p3. 7°. huius. Igit̄ mā est ens: ⁊ distingui tur realiter a forma. ¶ Ꝺ 2°. Si illud qō subijcit̄ generationi nō sit ens realiter distinctuz a forma: sequeret̄ ꝙ gnātio fiēt ex nihilo: sic̄ ⁊ creatio. Sz ꝓns c̄ fls. igit̄ ⁊c. ¶ Ꝺ 3°. Si materia non esset ens distinctum a forma: Lectio.10. Lectio.7.

sequereť q forma non esset actus ei⁹. Quia aut forma eť actus nō entis: aut esset actus suipsius. Sed ꝓsequēs est falsum. Igitur ꝛc. ¶ 4°. Si materia esset forma: sequereť q materia opponereť ꝓuationi: q forma opponitur ꝓuationi. Sed ꝓsequēs est falsum. Quia ꝓuatio in materia fundatur. ¶ Sed instabat discipulus. Si materia esset ens reale: aut esset substantia aut accidēs. Non accidens: q ꝛ sic nō esset pars essentialis rei ꝓposite. Nec etiam est ſba: q ꝛ ſba aut genus est forma totius. Sed forma totius nō potest predicari in recto de parte eius. Sicut ista est falsa corpus organicum est animal. Ergo etiā hec est falsa. Materia est ſba in recto. ¶ Dicendū q ſba potest dupliciter ꝓsiderari. Uno modo potest accipi pro forma totius que est genus generalissimū. Et sic nō pōt predicari in recto de materia: sed bene in obliquo. Alio⁹ vt dicit ordinem omnium illoꝝ que ponuntur in genere substantie per se vel reductiue. Et sic substātia predicat in recto de materia.

Ad primum igitur dicendum q aliquid dicitur distingui realiter ab alio tripliciter. Uno modo sicut nō ens ab ente. Et isto modo materia nō distinguiť realiter a forma. Alio modo sicut ens actu ab ente actu. Et isto etiam modo non distinguiť materia a forma. Tertio modo sicut ens in potentia ab ente in actu. Et isto modo materia realiter distinguitur a forma. Et quando dicitur q in fundamēto nature nō est distinctio: hoc intelligendum est de distinctione formali ꝛ specifica. ¶ Et per hoc ꝑz solutio ad 2ᵐ. ¶ Ad 3ᵐ dicendum q aliquid dat esse alteri dupliciter. Uno modo extrinsece. Et sic efficiens ꝛ finis dant esse. Alio modo intrinsece. Et sic forma ꝛ materia dant esse largo modo accipiendo dare esse. vꝫ pro omni eo q essentialiter ꝓcurrit ad esse rei. Licet ergo illud qō dat esse formaliť et effectiue sic actu: non tamen illud qō dat. i. ꝓcurrit materialiť ad esse rei est actu sed in potētia. ¶ Uerūtamen ꝓprie loquendo ista nō est cōcedenda q materia dat esse: ꝫ qō materia recipit esse: ꝫ cōcurrat materia ad ꝓductionem esse ipsius compositi: sicut supra in. 7°. hui⁹ disputatū est.

¶ Questio. 2ª. De ꝓncipio formali rex sensibilium.

Estat insup ꝓsiderandus de ꝓncipio formali rex sensibiliuꝫ.

r ¶ Circa qō queruntur tria. ¶ Primo vtruꝫ res sensibiles per suas formas differant ꝛ cōstituantur inesse. ¶ Secundo vtrum vltima differentia que sumitur a forma sit formaliť tota diffinitio rex sensibiliū. ¶ Tertio vtrum diuersaꝝ materiex sint diuerse forme.

¶ Ibi in Doc. S. et ꝓbo. Sed quoniā autē ꝛ que q̄dez. et est lectio. 2ª.

a **¶ Ad primum** sic ꝓceditur. Uideť q substantie sensibiles per suas formas nō differant: neqꝫ constituantur in esse per eas. Unde ꝓbus dicit in presenti lectione. q quedam substantie differunt sensibiliuꝫ passionibus: quedam vero situ: quedam tempore. Sed hec nō sunt forme ꝓstitutiue substantiaꝝ sensibiliū: cū sint accidentia. Nam forma est de intrinseca ꝓstitutione eius cuius est forma. Qō non cōpetit accidenti. Ergo substantie sensibiles nō differūt per suas formas neqꝫ ꝓstituunť in esse. ¶ 2°. Quedā substantie sensibiles differūt sm diuersum modum cōpositionis partium materialium: aut sm mixtionē vel ligationē: vt dicit hic ꝓbus. Sed hꝰ ꝓdicta nō sunt forme substantiaꝝ sensibiliū: cuꝫ sint accidentia ꝓsequēcia eas. Igiť ꝛc. ¶ 3°. Differentia predicatur de eo cuius est: vt ꝑz per porphyrium in libro ꝓdicabiliū. et per ꝓbm. 7°. huius. Sed forme substātiaꝝ sensibilium nō predicanť de eis: cum sint partes earum. Pars enim nō predicatur de toto: vt dicit Doct. S. in presenti lectione. Igitur ꝛc. ¶ 4°. Omnes substantie sensibiles cōueniūt in vna forma sm eandem rationem: cum vnius cauſe in substantia. Ergo nō differunt per formas. q. idē nō potest esse ꝓncipiū queniēcie ꝛ differēie. ¶ 5°. Lōstituens ꝓcedit cōstitutū: sicut causa effectū. Sed forma nō precedit totum compositum: cuꝫ forma nō subsistat nisi ad subsistentiā toti⁹ compositi. Ergo forme nō cōstituunt substantias sensibiles in esse. ¶ Sed cōtra est ꝓbus in textu dicens. Sed quoniā quedā vt ſba et vt materia ſba cōfessa est. Hec autē que potestate reliquuꝫ eam que vt actum substantiā sensibiliū dicere que est ꝛc. Et postea subiūgit. Palam vtiqꝫ est hiis q ſba cauſa essendi vnūqōqꝫ. q. in hiis querendū que est cauſa essendi horum vnūquodqꝫ.

Respondeo dicendum q substantie sensibiles differunt essentialiť per suas formas substantiales: et ꝓstituuntur in esse per eas. Quod sic deducitur. Nam illud quo aliquid est formaliter est ꝓncipiū essendi eius: et per ꝓsequēs distinguēdi: q. eadem sunt ꝓncipia essendi et distinguendi. Sed forma est qua substantia sensibilis est formaliter: cum sit actus: vt patuit. 5°. et. 7°. et in ꝓn° hui⁹ octaui. Ergo forma est ꝓncipiū essendi substantiaꝝ sensibilium et distinguendi. ¶ 2°. Omne illud qō fit ad hoc fit: vt sit. Est. n. fieri seu generari per se loquēdo via in esse. Non est ergo forma terminus generationis nisi q. forma dat esse. Ergo forma substātialis est terminus generationis: q. facit cē. Si. n. forma nō daret esse: illud nō diceretur generari qō acgreret talez formam: ut dicit Doc. S. 3ᵗⁱᵃ gen. ꝑ cap°. 26. Ergo forma substantialis est ꝓncipiū essendi substantiarū sensibiliū: et per ꝓns distinguendi. ¶ 3°. Doct. S. in gen. vbi immediate supra dicit q res ꝓpter hoc differūt q. habēt diuersas formas ꝛ nās quibus acgriē ēt diuersimode. Relinguntur ergo q substātie sensibiles differunt per suas formas ꝛ ꝓstituūtur in ee per eas. ¶ Considerandum est autem sm ꝓbm in presenti passu: vt dicit Doc. S. in hac lectione. q. Democritus ponens ꝓncipia rerum nālium esse corpora indiuisibilia: dicebat omnes res differre aut positione sm sursum vel deorsum aut figura. s. sm rectum vel curuum aut ordine. s. sm prius vel posterius. ¶ Sed hanc opinionē rep̄obat ꝓbus in ꝓtu lectione. Quia multe sunt differentie rerum que ad pāctas nō reducunť. Nam quedam differunt sm diuersimodū cōpositionis partiū mālium. vꝫ per modū mixtionis: sicut mellicratū. Quedā vero per modū alligationis eo q partes ligantur adinuicem: vel vinculo: sicut ligamenta capitis mulieris: vel visco vel adunatione. Quedā vero differunt situ: sicut luminare maius. s. sol: et luminare minus. s. luna. Uel sm alios sicut luminare superius ꝛ inferius. Quedam vero differunt tēpore: sicut cena et prandium. Quedam vero loco: sicut spūs. i. venti: vt aquilo et auster. Quedam autem differunt sensibilium passionibus: vt duricie ꝛ mollicie. Quedam vero differunt per superabundantiam et defectum. Hec omnia Doc. S. in ꝓtu lectione. ¶ Ex quibus eliciuntur. 12. modi differentiarū accidentalium. ¶ Primus est q quedam differunt positione. ¶ Secundus quedaꝫ figura. ¶ Tertius quedaꝫ ordine. ¶ Quartus compositione per modum mixtionis. ¶ Quintus compositione per modum alligationis per viculum. ¶ Sextus compositione per modum gationis per viscum. ¶ Septimus cōpositione per modum alligationis per adunationem. ¶ Octauus quedaꝫ situ per modum maioris ꝛ minoris. ¶ Nonus quedaꝫ tempore. ¶ Decimus quedā differunt loco. ¶ Undecimus quedaꝫ differunt sensibiliū passiombus. ¶ Duodecimus quedā differunt per superabundantiā ꝛ defectū.

Ad primū igitur dicendum q duplex est differentia. Quedaꝫ est essentialis ꝛ maxime propria. Alia est accidentalis que dicitur a porphyrio differentia cōmunis. Pbus autem hec exemplificat de differentijs accidentalibus. Et hoc ideo: q. forme et differentie substantiales sunt nobis incognite: neqꝫ eis sunt nomina imposita. Accidentia autem magnā partem conferunt nobis ad cognoscendum quod quid est ꝛ posteriori

Lectio 1.

posteriori tamē: vt dicitur in ꝓhemio de aīa. Ideo philosophus hic exemplificat de differentiis ꝛ formis accidentalibus: que ꝓportionabiliter se habent ad formas ꝛ differentias substantiales: nā differentie sbe vt dicit hic Doc. S. que p̄dicaī ō genere: aduenit generi ad ꝓstituē dum spēm ꝛ cōparaī ad ipsum vt actus ꝛ forma: ita est ī alis formis ꝛ differētiis accidētalibus: que cōparanī ad sbm sicut actus ad potētiam inquātū huius. Sicut ergo forme accidētales dant eē accidētale ꝛ ꝟz qd ꝛ faciūt differre accidētaliʳ: ita ꝛ forme sbales dant eē simplr. s. esse substātiale ꝛ faciunt differre essentialr ꝛ fm esse quēaq; modū sunt dzie ꝛ forme specifice. Unde reliquit ꝙ sic habeāt diuersas formas ꝛ diffinitōes seu dzias essentiales: ꝙ differāt essentialiter ꝛ fm eē. Totiens. n. dī eē quotiens dzie vt dicit hic pbus. Cuius rationem assignat Doc. S. qz dzie complent diffinitionem. Sed diffinitio significat eē rei. Quod ēt ꝓbat hic pbus inductiue. Ideo ꝟz qre pbus cōueniēter addurit dzias accidētales. ¶Et p hoc patet solutio ad secūdū. ¶Ad tertiū sepius respōsum est. vz. ꝙ duplex est forma sbalis. Quedam est forma partis que. s. est altera pars totius compositi. Et illa non p̄dicaī in recto de toto: sicut aīa nō p̄dicaī in recto ō aiali. Que licet non sit dzia fm rem ꝛ modū simul: facit tamen differre fm rem: licet non īmediate sed mediante forma totius. Homo. n. ꝙ aiam rationalez differt specie ab equo. Alia est forma totius. Et illa est duplex. Quedam. n. est forma totius p modū tamen partis designata ideſt abstractiue sicut humanitas. Et talis ēt non p̄dicaī de toto in recto: predicatum. n. in recto debet habere rationem totius non solum fm rem: sed ēt fm modum significandi: eo ꝙ modus p̄dicandi fundatur sup mō intelligendi mediante modo significandi vt superius sepius dictum est. Et inde est ꝙ hec est falsa p̄dicatio homo est humanitas. Alia est forma totius p modum totius. i. cōcretiue designata: sicut homo respectu sortis. Et talis forma p̄dicaī in recto de eo cuius est. A qua īmediate sumitur dzia: a qua ēt īmediate fluit esse totius compositi. Et licet in genere sbe non sint concreta respectu subiecti: cum substantie non sint accidentia: sunt tamen ibi cōcreta respectu inferioꝝ. Licet ergo forma partis non predicet in recto de suo toto: tñ forma totius p modum totius. i. concretiue designata bene p̄dicatur in recto de suo toto sicut homo de sorte. ¶Ad quartum dicēduz ꝙ licet omnes sbe sensibiles conueniant in vna forma totius ꝛ cōi fm rationem. s. logice loquendo: non tamen conueniunt in vna forma specifica methaphysice loquēdo. ¶Ad vltimum dicendum ꝙ forma ordine nature precedit sicut pars totum compositum. Et licet subsistat ad subsistentiam compositi subiectine: tamen formaliter compositus subsistit p formam vt supra declaratum est.

¶Ibi in Doc. S. Non est. n. intelligendum.

a ¶ Secundū sic ꝓceditur. Videt ꝙ dzia que sumitur a forma sit tota diffinitio formaliter sbaꝝ sensibilium. Et primo arguit cōtra suppositum. Nam illa que idem significant: ab eodem imponuntur ad significandum: qz vt in pluribus idem est illud a quo nomen imponitur: ꝛ ad quod imponit ad significanduz. Sed genus ꝛ dzia idem significāt. Genus aūt nō sumit a forma sed a materia. Ergo ēt dzia non sumit a forma. ¶ 2°. Arguit cōtra ꝓpositum. Nam de ratione diffinitionis vt patuit. 7°. huius: est ꝙ p̄dicetur inquit de diffinito ꝛ conuertibiliter ꝛ ꝙ indicet totum eē diffiniti: ꝛ ista cōueniunt dzie specifice: vt patet ō rationali respectu hominis. Ergo dzia ē tota diffinitio formaliter ipsius rei sensibilis. ¶ 3°. Quod qd est ipsi⁹ rei sensibilis ē simplex ꝛ indiuisibile. Ergo ꝛ diffinitio eius debet eē indiuisibilis nullas habens partes: qz signuz debet correspōdere signato: vt patet. 7. huius. Sed genus nō pōt eē diffinitio rei: cum pluribus speciebus conueniat ꝛ non vni soli. Relinquitur ergo ꝙ dzia sit tota diffinitio rei formaliter. ¶ 4°. Pbus. 7. huiꝰ dic ꝙ quānis in diffinitiōe rei ponaī genus: tñ diffinitio est ratio ex differentiis tm ꝛ vna est dzia que substantiam diffiniti cōprehendit. Uidetur ergo ꝙ vltima dzia sit tota diffinitio non soluz virtualiter: sed ēt formaliter. ¶Sed cōtra est pbus ī textu: q laudat illos q diffiniunt sbas sensibiles p mām ꝛ formam simul. Sed genus sumitur a materia: ꝛ dzia a forma. Ergo tota diffinitio rei constituit ex genere ꝛ dzia: ꝛ non ex dzia solum.

Respondeo dicendum ꝙ dzia non est tota diffinitio rei formaliter ꝛ expressa licet virtualiter ꝛ implicite significet totam substantiam rei: sicut supra in. 7°. huius declaratum est. Unde philosophus in textu recitat ꝙ aliqui diffinientes rez sensibilem: diffinierunt eam p materiam tantum: vt diffinientes domuz per regumētum lateres ꝛ ligna. Sed hij imperfecte diffinierunt: qz tales diffinitiones non indicant diffinitum: nisi in potētia tantum. Alij vō diffinierūt per formaz tm̄: vt diffinientes domuz per cooperturam pecuniarum ꝛ corpoꝝ. Hij ēt imperfecte diffinierūt: cū tales diffinitiones non indicent totum esse diffiniti. Alij aūt diffinierunt p vtrūq; vt dicentes domum eē cooperturam seu coopimentum corpoꝝ compositum ex lignis ꝛ lapidib⁹ ꝛc̄. Quos approbat philosoph⁹ ī textu. Sed cōstat ꝙ hoc non pōt fieri p dzias solum: cum differentia sumatur ab eo quod est formale in re. Relinquitur ergo dicendum ꝙ differētia nō est tota diffinitio rei. ¶ 2°. Diffinitio est ratio indicatiua eē rei a prima potentia usq; ad vltimum actum eius complete ꝛ explicite vt dictuz est. 7°. huius. Sed hoc non potest fieri per terminum simplicem. Ergo vnus terminus simplex vt ēt probatum est supra: non potest esse diffinitio: vt diffinitio sit ratio partes habens vt probatur. 7°. huiꝰ. ¶ 3°. In diffinitione rei vnum comparaī ad aliud sicut actus ad potentiam. Cum ergo dzia comparari non possit ad se ipsam sicut actus ad potentiam. Unum enim ꝛ idem nō potest esse actus ꝛ potentia. Igitur idez vt supra. Et hec ratio tangitur ī textu. ¶ 4°. Sicut diffinitio correspōdet diffinito: ita partes diffinitionis debent correspondere partibus diffiniti. 7°. huius. Sed quelibet substantia sensibilis includit materiam ꝛ formam: vt supra dictum est. Ergo diffinitio substātie sensibilis debet habere partes quarum vna repñtet materiam ꝛ alia formam. Bonus autem sumitur a materia ꝛ differētia a forma. Comparatur enim differentia ad genus sicut actus ad potentiam: vt dicit hic in textu. Igitur differentia non est tota diffinitio formaliter ꝛ expressa ipsi⁹ rei sensibilis. ¶Sz ad sciendum qualiter genus sumatur a potentia ꝛ differētia a forma: ꝓsiderandum est illud qō Doc. S. hic notat dicens. Non enim est intelligendum ꝙ differentia sit forma aūt genus sit materia: cum genus ꝛ differentie predicentur de specie: materia autem ꝛ forma nō predicentur de composito. Sed hoc dicitur: quia genus sumitur ab eo qō est materiale in re: differentia vero ab eo quod est forma in re. sicut genus hominis est animal: qō significat aliqd habens naturam sensitiuam: que quidem materialiter se habet ad naturam intellectiuā a qua sumitur ratiōnale que est differentia hominis. Rōnale vero significat aliquid habens naturam intellectiuā. Et inde est ꝙ genus habet differentias potestate: ꝛ ꝙ genus ꝛ differentia proportionātur materie ꝛ forme: vt porphyri⁹ dicit. Et pp hoc etiam hic dicitur a pbo: ꝙ in substantijs actus. i. differentia predicatur de materia. i. de genere. Hec ille formaliter. De quo superius satis disputatum est. ¶Sed dicebat discipulus. Superius determinatū est ꝙ differētia nō predicatur de genere. Ergo videtur ꝓtradictio in dictis. ¶Dicendum ꝙ differentiā predicari de genere potest intelligi dupliciter. Uno modo per accidēs. Et sic bene predicatur de eo. Alio modo per se. Et hoc dupliciter. Uno modo methaphysice loquendo. Et sic bene differentia predicatur de genere: quia genus nullum est methaphysice loquendo qō nō sit ꝓtractum ad speciem

Lectio. 10.

Lectio. 9.

de quo differentia per se predicatur. Rationale enim predicatur per se de animali contracto ad hominem. Alio⁹ potest hoc intelligi logyce loquendo. Et isto modo differentia non potest per se predicari de genere propter rationes in tertio libro adductas.

Ad primum igitur dicendum q̄ sicut dictū est tam genus q̄z differentia sumuntur a forma totius ſm rez. Tamen illa forma a qua sumitur genus habet modum potentie ⁊ materie: per comparationem ad formam a qua sumitur nomen differentie et speciei. Nec etiam semper verum est q̄ ab eodem sumatur nomen a quo imponitur: ⁊ ad quod imponitur ad significandum sicut supra expositum est. sicut lapis imponitur a lesione pedis: et tamen nō significat lesionem pedis. ¶Ad secundum dicendum q̄ differentia specifica lz totum esse diffiniti significet implicite: ⁊ ſm aliquem modum essendi. ſ. per modum determinantis vel cōtrahentis vel qualificantis: non tamen explicite ⁊ complete: ⁊ ſm omnem modum essendi essentialem. Quod tamen requiritur ad perfectam ⁊ quidditatiuā diffinitionem. Unde ratio non sequitur. ¶Ad tertium dicendum q̄ simplex tripliciter accipitur in proposito. Uno modo vt dicit carentiam cuiuscunq̄z cōpositionis. Et sic solus deus est simplex. Alio modo vt dicit priuationem compositionis ex materia et forma. Et sic substantie separate dicunt simplices. Tertio modo per carentiam compositionis partium q̄ntitatiuaz et partium indiuidualiū. Et isto modo quidditates rerum sensibiliū dicuntur simplices ⁊ non duobus primis modis. Sed componuntur ex materia ⁊ forma cōmuni: vt supra dictum est. Qualiter autem partes diffinitionis debeant correspondere partibus diffiniti: etiam supra expresse declaratum est. ¶Ad quartum dicendum q̄ illud dictum phy et Doct. sancti intelligendū est: q̄ differentia vltima virtualiter ⁊ implicite siue icōplete ē tota diffinitio rei: ⁊ nō exp̄ssa vt dcm ē. ¶Ubi supra ⁊ precipue in pho ibi. ſPalam igitur.

B tertium sic procedit̄r. Uidet̄ q̄ diuersaz materierū nō sint diuerse forme. ſNam phylosophus in penultimo capitulo huius octaui dicit: q̄ vni⁹ sunt plures materie sicut fleugmatis sūt pingue ⁊ dulce. Ergo non semper diuersaz materiez sunt diuersi actus et forme. ¶Ꝑ 2⁰. Omnium formaz generabiliuz ⁊ corruptibiliuz: est vna materia: vt infra dicit phus. Ergo et omnium materiez forma est vna. pz ꝓña: q̄ materia dicitur vna ab vnitate forme: cum ab eodem res habeat q̄ sit ⁊ q̄ sit vna. Si ergo materia est vna: forma etiam erit vna omnium generabiliuz. ¶Ꝑ 3⁰. In homine sunt plures materie distincte. ſPartes enim hominis sunt formaliter distincte. Quod pz ex hoc: q̄ habent diuersas operationes proprias: sicut oculus videt ⁊c. Sed tamen in homine nō sunt diuerse forme cum in vno ⁊ eodez composito non sint ponēde plures forme substantiales: vt supra probatum est. Igit̄ ⁊c. ¶Sed ꝓtra est phus in textu dicens. ſPalam itaq̄z ex hijs: q̄ actus alius alterius materie: ⁊ ratio. Alioz enim compositio alioz mixtio ⁊c.

Respondeo dicendum q̄ diuersaz materiez sunt diuersi act⁹ ⁊ forme. Nam quelibet potentia ex sui ratione ordinatur ad actū: vt probatur. 9⁰. huius. Ens ergo in potentia est diuersuz ab alio ex hoc q̄ ordinatur ad diuersum actuz: sicut dicit Doc. S. in prima parte. q. 66. ar. 2. Uisus enim differt ab auditu: q̄ visus ordinatur ad videre: auditus vero ad audire. Sed materia de se est potestate ens: ⁊ non actu: vt supra dictum est. Ergo diuersitas formalis materierū puenit ex diuersitate actuum. Si igitur sunt diuerse materie. oportet q̄ etiam sint diuerse forme. ¶Ꝑ 2⁰. Idez est p̄ncipium essendi ⁊ distinguendi: vt patuit in p̄cedēti articulo. Sed materia nō habet esse actu nisi a forma: cuz de se sit in pura potētia. Ergo diuersitas materie est a forma. Et sic idem quod prius. ¶Idem probat phus inductiue in textu. ſNam aliorum compositio alioz mixtio alioz vero aliud quid sic dictoz. ergo ⁊c. ¶Consideran dum est autem p̄mo. q̄ duplex est diuersitas. ſNam q̄dam est diuersitas logyca siue ſm rationez. Alia est diuersitas methaphysica que est in rebus secluſa quacūq̄z operatione intellectus. Non autem omnia que cōueniunt logyce cōueniunt methaphysice. ſPropter quod dicit phus. 7⁰. physicoz. q̄ in genere latent multa. i. multe equinocatio nes methaphysice aut physice loquendo. ſPlures enim species diuerse cōueniunt in vno genere logyco: que tamen nō cōueniunt in genere methaphysice loquēdo. Sic ergo lz diuersaz materiez possit esse vna forma logyce loquēdo. ſ. forma corporeytatis: q̄ omnes substantie sensibiles vniuocātur in corpore ſm logycos: nullatenus tamen realiter loquendo conueniunt in aliquo separato ab eis. ¶Considerandus est etiam secūdo. sicut supra dictū est. q̄ materia potest considerari dupliciter. Uno modo ſm suam essentiam. Et sic in ea nulla est diuersitas actualis. Alio modo ſm suum esse quod habet a forma. Et sic nihil prohibet plures et diuersas esse materias. ſNaz forma specifica non potest introduci in materia nisi dispositā et diuersa per quantitatē: sicut supra dictum est. ¶Sed instabat discipulus. Nam materia ⁊ forma ꝓportionaliter dicuntur: q̄ sicut forma potest dare esse: ita et materia potest suscipere esse. Sed vna et eadem materia potest suscipere esse a diuersis formis: cum maneat eadem sub vtroq̄z terminoz mutationis: vt probatuz est supra⁹. Ergo ⁊ vna forma poterit dare esse pluribus materiebus. Et per cōsequens diuersaz materiez non semper sunt diuerse forme. ¶Dicendum ſm Doc. S. in 3⁰. sententia rum. di. 1. q. . ar. p̄⁰. in solutione tertij argumenti. q̄ portio est duplex. Quedam est proportio que est certum do cōmensurationum duaz quantitatū. Et ista solum est duoz finitoz. Alia est proportio ordinis que potest esse inter finitum et infinitum. Et isto modo inter materiam et formam est proportio. Et lz materia prima eadem existens ſm essentiam possit successiue stare sub diuersis formis: non tamen concedendum est q̄ vna materia ſm idem cē. considerata possit stare sub diuersis formis ſm idem cē. Quod autem materia istorum inferiorum ſm essentiaz considerata potest suscipere esse a diuersis formis substātialibus successiue et q̄ vna forma non potest dare esse totaliter ipsi materie: ratio huius est: quia forme generabilium ⁊ corruptibilium sunt particulares in operando. Ideo non possunt saciare totum appetitum materie: sed semper manet materia sub priuatione ad aliam formaz. Secus autem est de materia corporum celestiuz.

Ad primū igit̄ dicendum q̄ phus ibidez dicit. forme vnius sunt plures materie dūmodo vna est materia alterius. Ubi enim vnus ppter alterum: ibi tantum vnum. Sic ergo vnius forme non sunt plures materie penitus diuerse ⁊ non subordinate: licet dicantur plures accidentaliter. ¶Ad secundum dicendum q̄ omnium formarum generabilium ⁊ corruptibilium. materia prima est vna ſm essentiaz considerata. Tamen earūdem sunt diuerse materie proprie et ſm esse considerate: vt dictum est. ¶Ad tertium dicendum q̄ lz partes hominis distinguantur inter se partialiter propter diuersas formas accidentales que ordinantur ad diuersas operationes: nō tamen distinguunt essentialiter ⁊ specifice: cuz informentur vna forma substantiali specifica ſm virtutes plures eiusdem forme. Non enim est incōueniens q̄ ab eadem forma que est vna ſm essentiam. plures tamen ſm virtutem: procedant plures diuerse potētie ⁊ opatiōes: vt supra ad longū ꝺclaratū ē.

Lectio. 5.

¶Q̄. 3ª. De hijs q̄ ꝓsideranda restant circa p̄m⁹ soziale.

Asuper considerandum est de hijs que consideranda restant circa p̄ncipium materiale ⁊ formale substantiaruz sensibilium. ¶Circa q̄ duo ꝓsideranda sunt. ¶Primo⁹ de hijs

bijs que restant ꝓsideranda circa principiū formale rerū sensibilium. ¶Secūdo de bijs que considerāda restāt circa principium māle ipax. ¶Circa primū duplex occurrit ꝓsideratio. ¶Prima est ō formis ꝙ comparatio nem ad ydeas ītroductas a ꝫPlatone. ¶Secūda erit de ꝗrunt. 4. ¶Primo vtrum noīa spēx significātia formā cum materia. ¶Scōo vtrum oīa nomina significent substantiam cum q̄litate. ¶Tertio vtrū forma sit aliquid p̄ ter partes materie. ¶Quarto vtr forme sint separate a sensibilibus ſm rōnem t nō ſm rem.

¶Sequit in pbo t Doc. S. ibi. Oportet aūt nō ignoto t est Lec. 3ª.

a **D primū** sic ꝓceditur. Uidetur ꝙ noīa spēx non significent formā cuz mā. Mā q̄libz forma recepta ī mā est incōicabilis cuz materia sit p̄ncipiū idiuiduatiōis: vt dicit pbus. 7°. hui° t Doc. S. ī pīti lectiōe Si ergo nomen spēi significaret formā cum mā: sequeretur ꝙ spēs nō esset cōicabilis: qō est ꝺra rōnem spēi cū sit qōdaz p̄dicabile de multis: igit noīa spēx nō significāt materiam t formā. ¶Ꝑ 2°. Illud qō significat mām t nere substātie significat hoc aliqd: ergo si spēs significaret māz t formā significaret hoc aliqd t non quale quid qō est ꝺra pbm in p̄ntis. Igit t̄c. ¶Ꝑ 3°. Aīa rōnalis est spēs dtuidens aīam: vt patet in 2° de aīa: t tamen non significat māz cum nō cōponat ex mā sed sit actus purus igit t̄c. ¶Sed cōtra est pbus in lra dicēs: ꝙ animal significat vtrūqz. s. actū in materia. Sed act° dicit forma ergo noīa spēx significant formā cum materia.

Respondeo dicēdum ꝙ ꝫPlato ponēs species rex sensibiliū eē separatas ſm rem a materia coactus est ponere ꝙ noīa spērum illi ꝙ dicūt formaz totius t formā partis nō differre realiter sed solum ſm rōnez: sicut Albertus t sui sequaces. Sed quia hoc est cōtra mentem pbi in p̄senti passu volē tis destruere positionem p̄dictam ꝫPlatonis. Et ēt est cōtra Cōmentatorē expresse in p̄senti. 8°. lib°. cōmento. 9. Igit dicēdū est ꝙ noīa spēx sbax sensibiliū significāt formam cum materia. Quod pbat Doc. S. duabus rationibus q̄ eliciunt hic a pbo. Nam quod quid erat esse est id qō diffinitio significat. 4°. hui°. Sz diffinitio significat naturam spēi: ergo natura speciei t quod quid erat esse idem sunt. Sed quidditas non solum dicit formā sed ēt materiam in substantijs materialibus comprehendit: vt in. 7°. probatum est: ergo nomina spērum significant materiam t formā. ¶Ꝑ 2°. Si nomen spēi significaret formam tantum sequeretur ꝙ ideꝫ esset res sensibilis t ipsum quod quid est eius: sicut idem est anima t anime eē vt dicit pbus in. 8°. huius. Sed consequens est falsum: vt probatum est ēt. 7°. huius. Sed consequens est falsum: ducit Doc. S. Nam si aliqua est res que sit cōposita ex materia t forma oportet ꝙ in illa re etiā sit aliquid p̄ter naturam spēi. Cum enim materia sit indiuidnationis p̄ncipium oportet ꝙ in quolibet cōposito ex materia t forma sint principia indiuiduantia que sunt p̄ter naturam spēi. Unde huiusmodi res tota non est quidditas: sed aliquid habet p̄ter hoc. Si uero res aliqua est que sit forma tantum non habet p̄ncipia indiuiduantia que sint p̄ter naturam speciei cum ipsa forma p se existens per se ipsaz indiuiduetur. Et ideo talis res nihil aliud est q̄ qō quid est eius. Sic ergo patet quod si nomē speciei significet formam tantum cuiuslibet rei idem est quod quid erat esse suum t ipsa res sicut homo est quod quid est eē suum t equus t anima t huiusmodi: hec ille. ¶Ꝑ 3°. Ad idem pōt sic argui. Nomen speciei significat ipsam naturam specificam. Aut ergo illa natura est forma partis aut forma totius. Non primū. Tum primo qr sic nō predicaretur de suis inferioribus qr pars nō predicatur de toto. Tum 2° qr sic homo nihil aliud esset q̄ aīa rationalis. Relinquitur ergo ꝙ sit forma totius. Sed forma totius comprehendit materiam t formaz in substantijs sensibilibus: vt ēt supra probatum ē. igitur t̄c. ¶Ꝑ 4°. Quod est p̄ncipiuz intrinsecū essendi pertinet ad essentiam rei cum esse fluat ab essentia: sicut a principio intrinseco essendi rei. Sed materia concurrit ad esse rei materialis intrinsece t per se: vt patet primo physicorum. igit materia pertinet ad essentiam rei: sed nomen speciei significat essentiaz rei sicut dictum est. igitur idem quod pri°. ¶Sed diceret aliquis ꝙ aliqua nomina specierum sensibilium significant formam tantum t aliqua non. Hanc autem caulationem remouet philosophus in lra. Nam si aliqua nomina specierum animalis significarent formā tantum: t aliqua formam cuz materia: sequeretur ꝙ animal non predicaretur vniuoce: sed analogyce ō suis speciebus. Sed consequens est inconueniens: igit t̄c. Ꝓbatur consequentia: qr animal per prius diceretur de illo nomine speciei quod significaret formam tantū t per posterius de nomine quod significaret formam cum materia: quia simpliciora sunt priora. ¶Considerandū est aūt pro declaratione precedentiuz ꝙ omne ens habēs essentiam uel est habens esse omnino per se subsistens t nullo modo receptum in alio: t sic est prima causa: vel habz eē receptum in aliquo. Et hoc dupliciter. Uel habet eē solum in alio: vel habet esse ēt p se. Si scōm sic est accidēs. Si primū hoc est dupliciter: vel illud esse est receptum in essentia tm̄: t non in materia: t sic sunt substantie immateriales. Uel habet esse in materia vera susceptū. Et hoc est dupliciter. Uel habet eē receptū in materia admixta prinationi ad; vbi tm̄: t nō ad formas substantiales sicut sunt substantie māles incorruptibiles sicut sunt corpora celestia. Uel habet esse receptū in materia admixtam priuationi ad formā substantialem. Et sic sunt substantie materiales de quibus potissime est h̄ ad ꝓpositū. ¶Aduertendū est vlterius ꝙ nomina speciex: vt supra sepius dictum est possunt dupliciter designari. Uno° abstractiue: vt humanitas. Et talia significant cum p̄cisione inferiorx. Et inde est ꝙ nō possunt predicari de suis inferioribus. Alio° cōcretiue: t per modū totius vt homo. Et talia lz nō significent sua inferiora determinate. significant tamē naturā specificā cuz habitudine ad inferiora. Et inde est ꝙ p̄dicantur de suis inferioribus.

Reſpōdeo dicendū ꝙ potentia vt patuit. ſ. huius.q.13.ar.3. dicitur de qui buſdam ſimilitudinarie: de quibuſdaz vero dicitur pro prie. ¶Nam quedaz ſunt poſſibilia vel potentia non propē aliquod principium quod in ſeipſis habeāt: ſed propter ſi militudinem quādam: ſicut patet in geometricis ⁊ logi cis. In geometricis enim dicitur ꝙ linea poteſt in ſuū q̄ dratuz: ⁊ ꝙ numerus trinarius poteſt in nouenariuz qui eſt quadratuz eius. ¶Nam ter tria faciunt nouem. Unde radix quadrati habet ſimilitudinez aliquaz cū materia ex qua fit res. Et propter hoc per quādā ſimilitudinē dr̄ po tens in quadratum: ſicut materia dicitur potēs in rez. In logicis aūt dicuntur aliqua poſſibilia eſſe vel impoſſibilia non propter aliquā potētiā: ſed ex eo ꝙ aliquo modo ſūt aut non ſunt. Dicuntur enim poſſibilia quorum oppoſita contingit eſſe vera. Impoſſibilia vero quoꝝ oppoſita nō contingit eſſe vera. Et hec diuerſitas eſt propter ſuam ha bitudinem predicati ad ſubiectuz. qō quandoqz eſt repu gnans ſubiecto: ſicut in impoſſibilib⁹: quandoqz vō non ſicut in poſſibilibus. ¶Potentia ergo de huiuſmodi mo dis de quibus dicitur non propꝛie ſed ſm quādam ſimi litudinez dicīt equiuoce ⁊ nō analogice: vt innuit hic pbs Cuius rō eſt: qz potentia dicitur de illis modis ſm diuer ſas rationes: quarum vna non habet reductionem ad alte ram: vt ex ſe patet. Ergo de eis dicitur potentia equiuo ce ⁊ non analogice: qz vbi eſt analogia: ibi eſt ordo. Que dam vō dicuntur poſſibilia vel potentia propꝛie eo ꝙ ba bent aliquod principium in ſeipſis: ⁊ hoc ſz multos mo dos ſm quos oēs de illis dicitur potentia nō equiuoce: ſed analogice. Quod ſic pz qz potentia dicīt de illis mo dis ſecundū prius ⁊ poſterius ⁊ omnes habēt reductio nē ad vnū p̄m modū poc. ergo poſ dr̄ analogice ō illis mo dis ⁊ non mere equiuoce. Conſequentia pz per locum a deſcriptione. ¶Ꝓo declaratiōe minoris cōſiderandū eſt hic ſm pbm ⁊ Doc. S. ꝙ omnes potentie ꝓprie di cte cōueniunt in hoc ꝙ quelibet earum eſt prin^m quoddā Et reducuntur ad aliquod primū ex quo omnes alie po tentie dicuntur. ¶Nam quedam eſt potentia que eſt prin cipium actiuū: quod eſt principiuz tranſmutatiōis i alio inquātū aliud. Et talis dicitur poſ actiua. Dicitur autez in quantum aliud: qz poſſibile eſt ꝙ principium actiuum ſit ſimul in ipſo paſſo: ſicut cum aliquid mouet ſeipſum. nō tamen ſm idem eſt mouens ⁊ motū agens ⁊ patiēs. Ad iſtud autem principium quod dicitur potentia actiua: re ducuntur alij modi potentie. Secundo enim modo dici tur potentia paſſiua que eſt principium tranſmutationis quo aliquid mouetur ab alio inquantum eſt aliud. Et di citur notanter inquantū eſt aliud: qz ſi idem patiatur a ſe ipſo: non patitur ſm ꝙ aliud. ¶Hec autem potentia redu citur ad primam: qz paſſio ab agente cauſatur. Ideo potē tia paſſiua reducitur ad actiuaz. Alio° dr̄ potentia quidaz habitus impaſſibilitatis eius quod eſt in deterius: hoc eſt in corruptionem ab alio inquantū aliud. ſ. a principio trāſ mutatiuo quod eſt principium actiuum. ¶Manifeſtū eſt enim ꝙ etiam iſte modus potentie dicitur per compara tionem ad aliquod principium efficiens in nobis paſſio nem. Unde ſicut in ſecundo modo dicitur potentia propē principium quo aliquid poteſt pati: ita in iſto dicitur po tentia propter principium quo aliquid nō poteſt pati. vn de cuz paſſio dependeat ab actione: opz ꝙ in diffōne vtri uſqz iſtorum duoꝝ modorum ponatur diffinitio prime potentie. ſ. actiue. Et ita iſte due potentie reducuntur ad primam. ſ. actiuā. Alio° dicuntur potentie non ſolum per ordinem ad facere ⁊ pati: ſed per ordinem ad hoc: quod eſt bene facere ⁊ bene pati. Sicut dicimus aliquem po tentem ambulare non quia poſſit ambulare quoquo mo do: ſed eo ꝙ poſſit ambulare bene ⁊ faciliter. Et eoduer ſo dicimus de claudicante ꝙ nō poteſt ambulare. ¶Manifeſtum eſt autem ꝙ ſicut in bene agere includitur agere: ⁊ in bene pati includitur pati: ita in ratione harum potentiarum. ¶Ex quo patet ꝙ omnes iſti modi potentiaruz reducuntur ad vnum primum. ſ. ad potentiam actiuaz. ⁊ per cōſequens talis multiplicitas potentie non eſt ſm eq uocationem: ſed ſm analogiam. Hec omnia Doc. S. in lectione ſm pbm in preſenti paſſu. ¶Sed inſtabat diſci pulus. ¶Nam quicquid predicatur de aliquo aut predica tur equiuoce vel vniuoce vel denoiatiue: vt pz per pbm in ante predicamentis. Sed potentia de predictis modis non predicatur denoiatiue neqz vniuoce: vt ex predictis pz. Ergo p̄dicaſ equoce. Et per ꝓns talis multiplicitas ē multiplicitas ſm equiuocationē. ¶Dicendū ꝙ predi catio equiuoca poteſt ad preſens ſumi duplr̄: vt in prima parte huius operis declaratū eſt li.4.q.2.ar.4.vꝫ. cōiter ⁊ proprie. Cōmuniter ſumitur ſm ꝙ diſtinguitur cōtra vniuoce predicari ⁊ denominatiue. Et ſic ſe extendit ad analogice predicari. Unde analogum vocatur equinocuz a conſilio: vt patet in predicamentis. Et iſto mō potentia predicatur equiuoce de predictis modis. Sed proprie ſumitur predicatio equiuoca ſm ꝙ diſtinguitur contra p̄ dicationem analogicam: que dicitur ſm Doc. S. predi catio mere equiuoca. Et iſto modo potentia non predi catur equiuoce de illis modis ſed analogice: vt ex addu ctis pz. ¶Ad argumēta igiē pz ſol° ex dictis.

¶Segtur in pbo ⁊ Do. S. ibi palam igiē gdem.

¶ Dquartum sic ꝓceditur. Uꝟ ꝙ potētia actiua ⁊ paſſiua ſint vna ⁊ eadē po^a. ¶Nā aliqs dr̄ hr̄e po tētiā patiēdi eo ꝙ hz potētiā vt aliō patiaſ ab ipſo: vt dr̄ in pñti lectione. Sed ex eo ꝙ aliqs habet potē tiam actiuā habet potentiaz vt aliud patiatur ab ipſo. Er go potentia paſſiua eſt eadez realiter cū potentia actiua: cū potentia patiendi ſit potentia paſſiua. ¶Ꝑ.2°. ¶Pbs dicit in textu. ¶Manifeſtum quidem eſt ꝙ ſunt vna poten tia faciendi ⁊ patiendi. Ergo idē ꝙ prius. ¶Ꝑ.3°. Duo accidentia eiuſdem generis ſpecie diſtincta nō poſſunt eē in eodem ſbo ſimul. Sed potentia actiua ⁊ paſſiua poſſūt eſſe ſimul in eodē: vt pz de medico ſeipſum ſanante. Er go cū potentia actiua ⁊ paſſiua ſint eiuſdem generis. vꝫ. qualitatis: relinquitur ꝙ non differant ſaltē ſpecie. ¶Sz in cōtrarium arguitur. ¶Naz idem nō ordinatur ad ſeipm Sed potentia paſſiua ordinatur ad actiuaz vt ex dictis pa tet. Ergo potentia actiua eſt alia a potentia paſſiua. ¶Ꝑ. 4°. Si eadem eſſet potentia actiua ⁊ paſſiua: ſequēretur ꝙ idem ſm idem ageret ⁊ pateretur: ⁊ ſm idem aliqō eſſet ſimul in actu ⁊ in potentia. Quod eſt inconueniens Igitur ⁊c. ¶In contrarium etiam eſt pbus in textu.

Reſpondeo dicenduz ꝙ aliquid dicitur ha bere potentiaz patiendi dupliciter. ¶Uno modo communiter ex eo. vꝫ. ꝙ habet po tentiam vt aliud patiatur ab ipſo. Et iſto modo potentia

passiua est idem realiter cum potētia actiua: vt probat pri mum argumentum. Ex eo enim q̄ aliquid habet poten tiam actiuam: habet potentiam vt aliquid patiatur ab ipso. Alio modo aliquis potest dici habere potentiā pa tiendi proprie. vt. q. ipsum habet per se potentiaz vt pa tiatur. Et isto modo sunt quodammodo vna ꝛ quodāmo do non. Sunt enim vna potentia vnitate ordinis: cū vna ordinetur ad alteram. Non tamen sunt vna potentia rea liter. Quod probatur per pḡm. Q̄z potētia actiua ꝛ pas siua sunt in diuersis subiectis. Nam potentia passiua est in patiente quia patiens patitur ꝓpter aliquod principiū in ipso existens. Et huiusmodi est mā: que dicitur poten tia passiua. Nihil enim aliud est potentia passiua q̄z prin cipium patiendi ab alio: vt ex dictis patet. Sed potentia actiua est in agente vt calor in calefactiuo ꝛ ars edificato ria ī edificatore. Ergo potentia actiua ꝛ passiua realiē dif ferunt. ¶ Sed instabat discipulus contra aliqua adducta Nam poª passiua vt dicit hic Doc. S. ꝛ Lōmē. fm pḡm est ipsa materia. Sed mā nō est in aliquo subiecto: cū nō sit accīs. Solū enim accidentis est esse in ſbo. Ergo ma le dictum est q̄ potentia actiua ꝛ passiua sunt in diuersis subiectis. ¶ ℣. 2°. ¶ Potentia intellectiua est potētia pas siua. Et tamen non est materia. Ergo male dictum est q̄ potentia passiua est materia. ¶ ℣. 3°. Forma substan tialis: vt patet de anima rationali non est sua potentia: vt probat Doc. S. in prima parte. q. 77. articulo primo ꝛ in pleriſq̄ alijs locis. Ergo a fortiori forma accidenta lis calefactiui non est potentia calefactiui. Ergo male di ctum est q̄ calor est potentia actiua existens in calefacti uo. ¶ ℣. 4°. Ars edificatoria est habitus quidam. Ergo non est potentia cum potentia ꝛ habitus distinguantur. Insufficienter ergo de hoc dicitur q̄ ars edificatoria est potentia actiua existens in edificatore. ¶ Dicendum est ad primum q̄ subiectum quantum ad presens potest ac ipi dupliciter. Uno modo pro subiecto accidēt̄s: in quo accidens ꝛ subiective. Alio modo accipitur pro suppoſi to siue composito. In proposito autem sumitur subiectū secundo modo ꝛ non primo modo. ¶ Dicendum ad se cundum q̄ duplex est potentia passiua. Quedam est que est principium patiendi ab alio passione corruptiua. Et talis potentia dicitur materia. Alia est potentia passiua: que est principium patiendi ab alio passione perfectiua sicut potentia intellectiua. Et talis potentia non semper est materia nisi forsan materia in qua. ¶ Dicendum ad tertium negando consequentiam. Nam vt dicit Doctor S. in prima parte. q. 77. ar. primo. ad tertium actio est ipsi⁹ compoſiti sicut ꝛ ipsum esse. Existentis enim est age re. Compoſitum autem per formam substantialem ha bet esse substantialiter. ¶ Per virtutem autem que conse quitur formam substantialem operatur. Unde sicut se ha bet forma accidentalis actiua ad formam substantialez ip sius agentis vt calor ad formam ignis: sic se habet poten tia anime ad ipsam animam. Hec ille formaliter. Licet igitur forma substantialis sit simplicior q̄am forma acci dentalis ꝛ non intendatur neq̄z remittatur: tamen nō po test esse immediatum principium operationis: cum ope ratio sit de genere accidentis sicut ꝛ principium eius: ꝛ non forma substantialis. ¶ Principium autem immedia tum alicuius operationis ꝛ ipsa operatio debent eē eius dem generis entis. hoc est si vnum sit substantia: ita ꝛ al terū. Et si vnum sit accidens: ita ꝛ reliquum: vt patet p Doc. S. in de anima. q. vnica ar. 13. vbi sic ait. De poten tia vero passiua manifestum est q̄ potentia passiua que est ad actum substantialem: est in genere substantie: ꝛ q̄ est ad actum accidentalez est in genere accidentis per re ductionem sicut principium: ꝛ non sicut species comple ta quia vnumquodq̄z genus diuiditur per potentiam ꝛ actum. Unde potentia homo est in genere substantie: ꝛ potentia album est in genere qualitatis. Hec ille. Et sub dit ibidē ad. 11. dicens q̄ ipsa anima est in potentia ad for mas intelligibiles. Sed ista potentia non est essentia ani me: sicut nec potentia ad statuam que est in ere est essen tia eris. Esse enim actu ꝛ potentia non sunt de essentia rei quando actus non est essentialis. Materia vero prima ē in potentia ad actum substantialez qui est forma. Et ideo ipsa potentia materie est ipsa essentia eius. Hec ille for maliter. Ex quibus patet q̄ duplex est potentia passiua. Quedam est que est ad actum substantialem. Et talis est in genere substantie ꝛ non differt ab essentia: sed est sua essentia. Alia est que est ad actum accidentalem. Et talis est in genere accidentis: ꝛ differt ab essentia. Et ly anima sit in potentia etiam ad suas potentias: non tamen est in potentia ad illas per potentiam distinctam ab essentia eius. ¶ Unde anima est principium mediatum opera tionis. Forma vero accidentalis potest esse principium immediatum ipsius operationis. Unde non est simile. De hijs etiam supra dictum est in prima parte huius ris. lib. 5. q. 13. ar. primo ꝛ. q. 15. ar. 2. ¶ Dicendum ad quartum q̄ non accipitur hic potentia stricte vt distingui tur contra habitum: sed communiter pro omni illo quod potest esse aliquod principium alicuius operationis vel passionis.

Ad primum igitur ꝛ secundum patet solu tio ex dictis. ¶ Ad tertium di cendum negando suppoſitum: quia potentia passiua que dicitur materia non est accidens: neq̄z de genere qualita tis. ¶ Neq̄z etiam potentia actiua ꝛ passiua sunt in eodē per se ꝛ fm idem sed per accidens.

¶ Sequit in Doc. S ibi. Et q: poª actiua ꝛ passiua.

a **B quintum** q̄ aliquid possit pa ti a se. Nam aliquid mouetur a seipso: vt pa tet de animali quod mouet. Ergo aliquid po test pati a seipso: cum moueri sit quoddam pati. ¶ ℣. 2°. Medicus sanat seipsum. Ergo patitur a seipso. ꝛ sic idem quod prius. ¶ Sed dicebat q̄ medicus non sanat seipsum per se sed per accidens: quia per se loquendo cui ineſt principium agendi: ei non ineſt principium patien di: licet ei insit per accidens. ¶ Contra. Dicit enim pḡs in prohemio primi libri huius diuine pḡie q̄ medicus per se sanat ꝛ non per alios. Illud enim quod conuenit medico fm artem medicine: per se ei conuenit. Ergo cū do sanat seipsum fm artem medicine: per se sanat ꝛ non per accidens. ¶ ℣. 2°. Natura est principium mouendi eius in quo est per se ꝛ non fm accidens: vt patet secūdo pḡie. Ergo illud quod mouetur a se: mouet etiā per se. Et per cōsequens aliquid patitur a se ꝛ etiam p se. ¶ ℣. 3°. Aqua calefacta frigefacit seipsam. Ergo patitur a seip sa. ¶ ℣. 4°. Semen seipsum alterat effectiue: vt dicit Io tus ꝛ Antonius Andree. Ergo aliquid potest pati a seip so. ¶ ℣. 5°. Subiectum cansat in se passionem effectiue ergo patitur a seipso. ¶ ℣. 6°. Hzane mouetur deo fm generante corrupto. ergo non mouetur a generante: cum generans non sit. ergo mouetur a seipso. ꝛ sic idem quod prius. ¶ ℣. 7°. Si nihil posset agere in seipsum aut pa ti a seipso: hoc esset quia requiritur distantia situs inē mo torem ꝛ motum siue inter agens ꝛ patiens. Sed hoc est falsum: vt patet de angelo mouente celum ꝛ de igne cō burente ligna. Ergo videtur q̄ aliquid possit pati a seipso. ¶ Sed contra est pḡus in tertu dicens q̄ nihil patitur idem a seipso. ¶ In contrarium etiam est pḡs in. 7. phy sicorum. ¶ Similiter Doctor Sanctus ꝛ Albertus ma ginus ꝛ cōmentator in presenti passu.

Respondeo dicendu⁹ vt deducit hic Do. S. fm physosophum q̄ quia potentia actiua ꝛ passiua sunt in diuersis, manifestuz ē q̄ per se nihil patitur a seipso: inquantum aliquid aptuz na tum est agere aut pati. ¶ Per accidens autem contingit ali quid pati a seipso: sicut medicus sanat seipsum non vt me dicū: sed vt infirmū. Ideo ät non patitur aliqd a seipso q̄ se: q: per se loquēdo cui ineſt pn̄m agēdi ñ iest ei principiū patiendi: nisi fm accidens vt dictum est. Hec ille. ¶ Cō fiderandum est autez primo secundum Doctoz ē sanctuz i principio septimi physicorum: ubi hec materia diffusius

pertractat

pertractatur secundum Doctores naturales: ꝙ per se po
test accipi dupliciter. Uno modo cõmuniter ſm ꝙ oppo
nitur ei tantum ꝙ est per accidens. Et isto modo illõ qõ
monetur ſm partem dicitur moueri per se. Alio modo
proprie sumitur ſm ꝙ opponit ei quod est per accidens
et eiqõ est ſm partem. Et hoc dī p se primo. Licet ergo
aliquid moueat aut patiat a se p se pmo modo. i. per alte
rum: nihil tñ monetur aut patitur a se p se. Scõo modo
hoc est p se prio: vt patet phus .7°. phyſicorum. Quia il
lud quod quiescit ad quietem alterius: non põt mouere
seipsum per se pmo. Sed omne mouens seipsum gescit
scente: vt deducit philosophus. 7. phyſicoꝝ. Ergo nihil
mouet a se p se p°. ¶ Considerãdum est vlterius 2° ꝙ p
accidens põt accipi dupliciter. Uno modo cõiter ſm ꝙ
opponit tm ei qõ est per se p°. Et isto modo qõ mouet
a seipso ſm partem: dicit moueri p accidens et non p se:
vt vult hic philosophus et Doc. S. Alio modo accipit
proprie ſm ꝙ distinguit ꝓtra id qõ est per se pmo et ꝓtra
id qõ est p se 2°. i. per alterum. Et isto modo qõ patitur
aut mouet a seipso non p° sed p partem: dicit p se mo
ueri: et non semp mere p accidens. ¶ Considerandum ē
hui ſm sniam Scoti cõcludit: ꝙ aliquid põt mouere se
ipsum per se p°. Et ad auctoritatem phi. 7. phyſicorum
vbi concludit ꝙ nihil potest mouere seipsuꝫ. primo dicit
ꝙ equinocat de primo. Nam primo vt ipse dicit duplici
ter sumitur. Uno modo vt diuiditur contra per partem
Et quod sic ineſt primo: remouetur ab eo cui ineſt si re
mouetur ab eo quod est aliquid eius. Et ideo nihil sic p°
mouetur: si aliqua eius pars quiescat. Alio modo sumit
primo vt dicit precisionem et adequationeꝫ cause: eo mo
do quo triangulus habet tres primo. Quod autẽ sic ineſt
alicui primo: nõ remouetur ab eo si remouetur ab eo qõ
est aliquid eius. Naꝫ triangulus nihilominus habet tres
licet pars trianguli puta vnus angulus non habeat tres.
Est ergo intentio philosophi ibi ꝙ nihil mouet seipsum
primo vtraqꝫ primitate: quia sequeretur contradictio. ſ.
ꝙ quiesceret ad quietem partis et non quiesceret. Nam
quiescente parte non posset moueri primo primitate pri
ma. Et tamen non repugnaret sibi moueri primo secun
da primitate: vt patet ex predictis. Sed ex hoc nihil mali
sequitur contra nos: quia poterit aliquid moueri a seipso
secunda primitate tantum: vtputa quia habet in se virtu
tem qua potest se mouere effectiue et equinoce. Qõ eniꝫ
sic monetur a se primo non oportet ꝙ quiescat ad quietez
partis que est aliquid eius. Hec ille formaliter. ¶ Sed
contra hanc opinionem sic arguitur. Nam quando aliqd
mouetur a se primo: aut accipitur primo vt idem est qõ
adequate: secundum ꝙ distinguitur contra per alterum
vt accipit phus primo posterioꝝ. vel accipitur pri
mo abusiue. vꝫ. ſm ꝙ se extendit ad per alterum: ita ꝙ il
lud quod conuenit alicui per alterum dicatur sibi conue
nire primo. Sed hoc est abuti termino. Si autem acci
piatur secundo modo: sic aliquid potest moueri a se pri
mo: primo ideſt per alterum: gloſa oꝛlianensis optimus
latro. i. peſſimus: niſi forte trãſumptiue dicitur ẽt
S. supra in quinto huius: bonum trãſumptiue dicitur ẽt
in malis: sicut dicitur bonus latro. Hec ille. ¶ Hec di
ſtinctio huius opinatoꝛis de primo diſcrepat niſi in voce
a distinctione Doc. S. õ p se: vt dicit hic Antonellus ar
chiepiſcopus. Si vero accipiatur primo modo ly primo
sic impossibile est ꝙ aliquid possit a se moueri per se pri
mo. Quod sic patet. Nam quando aliquid monetur a se
ipso: aut patitur a seipso: idem erit mouens et motum.
Uel ergo illud idem secundum se totum erit mouens et
motum: aut secundum vnam partem erit mouens et se
cundum alteram motum. Non potest dici primum: qa
sic idem secundum idem esset in actu et in potentia: quia
vnumquodqꝫ mouet seu agit secundum quod est in actu
et secundum ꝙ monetur seu patitur est in potentia: quod
ē inꝯueniens maximum secũdum philosophum in pre
senti libro. Si vero dicatur secundum: sequitur de neceſ
sitate ꝙ non mouet se: neqꝫ monetur a se primo: sed per
alterum. i. per partem. ¶ Sed ad hanc rationem respon
det predictus opinator dicens: ꝙ quando dicitur idem se
cundum idem est impossibile simul esse in actu et in po
tentia: concedo istam accipiendo potentiam et actum vni
formiter si formaliter formaliter. si virtualiter virtuali
ter. Tunc falsum est quod subsumitur in proposito. Nã
quando aliquid mouet se cuꝫ sit actio equinoca et nõ vni
noca: non potest dici ꝙ sit in actu formali. Sed est in actu
virtuali et in potentia formali. Et ista non repugnant.
Unde reputo impossibile idem esse in actu et in poten
tia vniformiter acceptis. Hec ille. ¶ Sed contra vnum
quodqꝫ agens agit per suam formam. Sed per formam
vnumquodqꝫ est actu formaliter. Ergo vnumquodque
agens siue equinocum siue vninocum agit secundum ꝙ
est in actu formaliter. ¶ Licet autem agens equinocuꝫ
non sit actu tale: qualis est effectus suus formaliter. Sed
virtualiter solum vt sol non dicitur calidus formaliter si
cut aer calefactus per solem sed virtualiter solum: tamen
producit effectum suum quemcunqꝫ inquantum est for
maliter in actu per suam formã. Et sic euaſio nulla. ¶ P
2°. Confirmatur propositum alia ratione. Nam due rea
les relationes oppoſite realiter non possunt simul esse in
eodem secundum idem virtute illius maxime. videlicet
quod oppoſita non possunt simul esse in eodem secunduꝫ
idem. cum vnum deſtruat reliquum. Sed ipsius moti
ni ad id quod monetur et conuerſo sunt due reales rela
tiones realiter oppoſite. Ergo non possunt esse in eodem
secundum idem. Quod tñ sequeretur si idem moueretur
a seipso vel a seipso pateretur per se primo. Ergo hoc eē est
impossibile. videlicet ꝙ aliquid moueatur per se primo
accipiendo primo vt philoſophus accipit sicut deductuꝫ
est. ¶ Sed hanc rationem soluere nitutur prefatus opi
nator dicens: ꝙ non est inconueniens relatiões reales op
positas fundari in eodem fundamento non simpliciter sed
aliqualiter illimitato. Ubi nota ꝙ quedam sunt relatiões
oppoſite reales que sunt incompossibiles in eadem natu
ra et ſuppoſito: vt sunt relationes cause et causati. Huius
ratio est: quia causatum realiter dependet a causa. Idem
autem non potest a seipso realiter dependere. Quedam
vero sunt relationes oppoſite reales que sunt iõpossibi
les in eodem suppoſito. non tamen in eadem natura illi
mitata: vt sunt relationes producentis et producti in diui
nis. Ratio huius incompossibilitatis est quia producens
est prius origine producto. Idem autem suppoſitum nõ
potest esse prius origine seipso. Quedam vero sunt rela
tiones oppoſite que neutro modo sũt incompossibiles. sic̃
relationes mouentis et mobilis. Cuius ratio est. Qz om
nis inꝯpossibilitas talis relationum realium reducenda
est ad aliquam priorez. Et vbi illa prio: non inuenit: ibi
nec ista posterior includitur. Nunc autem inꝯpossibili
tas in primis duobus membris reducitur ad oꝛdinẽ seu
dependentiaꝫ essentialem vel originis. Sed in isto tertio
membro reducitur dependentia taliuꝫ relationuꝫ ad de
pendentiaꝫ accidentaleꝫ. Non est autez inconueniens idẽ
suppoſitũ dependere a se accidentaliter. ¶ Ad formam
dicenduꝫ ꝙ fundamentuꝫ relationuꝫ mouentis et mobi
lis quando aliquid mouet se iꝫ non sit simpliciter illimita
tum. est tamen secundũ quid aliqualiter illimitatuꝫ. quia
idem se habet in ratione mouentis et mobilis: licet aliter
et aliter. Hec ille formaliter. ¶ Sed hec respõsio nõ eua
cuat argumentuꝫ. quia duo realiter oppoſita secundum
idem esse in eodem est omnino impossibile secundũ phy
loſophum. Ad quam auctoritatem non est responſum.
Unde siue sit oꝛdo accidentalis siue essentialis: ista aucto
ritas habet veritatem. Ergo ipossibile est dicere ꝙ due
relationes reales oppoſite fundentur in eodem suppoſi
to super eodem fundamento proximo. cuꝫ diuersitas rea
lis ipsarum relationum requirat diuersitatem fundamen
torum. ¶ Si autem dicatur ꝙ aliter et aliter sunt cõpoſſi
biles in eodem suppoſito quia secunduꝫ aliud est mouẽs

ꝛ secundum aliud est motum: habetur intentuꝫ. vꝫ. ꝙ nō per se primo idem mouet seipsum sed per alterum vt declaratum est. ¶Considerandum etiam est quarto ꝙ in p̄dicta solutione opinatoris ponuntur aliqua ex quibus sequitur contradictio in dictis suis in questione prima huius libri. Nam hic dicit ꝙ relationes cause ꝛ causati sunt incompossibiles in eodem supposito ꝛ natura: qꝫ nihil realiter potest dependere a seipso. Causatum autem realiter dependet a causa vt dicit: ꝑm ꝙ ex adductis pꝫ. Superi? vero in eadem questione dicit ꝙ subiectum causat in se ꝙ priam passionem quia omnis potentia pure passiua est ī potentia contradictionis: vt dicitur in hoc nono infra. Sꝫ subiectum non est in potentia contradictionis ad passionē aliter inesset sibi contingenter: ꝛ per consequens non essꝫ scibile per demonstrationem. Ergo ꝛc̄. ¶Habet ergo subiectum aliquam potentiam actiuam respectu passionis. ¶Hec ille formaliter. Ex quo habetur ꝙ subiectum causat actiue ꝛ effectiue suam passionem in eodem supposito. Quo presupposito sic arguitur. Idem non potest esse causa sui ipsius vt hic dicit: cum nihil realiter dependeat a seipso. Sed subiectum ꝛ propria passio secundum scolam scoti ꝛ predicti opinatoris sunt idem realiter. Ergo subiectum non est causa actiua sue passionis. Et per consequens subiectum non habet virtutem actiuam respectu passionis: cuius oppositum dicit: vt ex predictis patet. ¶Considerandum est vlterius quinto ꝙ predictus opinator concludit vbi supra ꝙ grauia ꝛ leuia mouēt se ad vbi effectiue. ¶Sed istud stare non potest. quia si grauia ꝛ leuia mouerent se: aut vna pars integralis moueret aliam: vel forma moueret materiam. ¶Non primum quia sunt corpora homogenea. ¶Neqꝫ secundum quia tali forme non competit agere sine corpore: cuꝫ actiones sint suppositorum secundum phylosophum in prohemio huius methaphyfice. Non ergo mouentur a seipsis sed a generante: quod cum dat formam dat ꝛ per se cōsequentia ad formam. ¶P̄. 3°. Accipiatur minimum illius grauis. Arguitur sic. ¶Hoc mouet se: ꝛ mouetur a se. Ergo idem secundum idem erit mouens ꝛ motum: ꝛ per cōsequēs in actu simul ꝛ in potentia ꝑm idem. Quod est inconueniens. ¶Si autem dicatur ꝙ forma mouet ꝛ materia mouetur: vnde nō sequitur ꝙ secundum idem aliquid sit mouens ꝛ motum. ¶Cōtra. Si forma moueret: sequeretur ꝙ haberet per se operationem: ꝛ per cōsequens haberet esse per se subsistens: cum actiones sint subsistentiū. Et sic forma lapidis esset per se subsistens. Quod est contra phylosophum septimo huius. Non ergo grauia habent in se principium actuū ideſt effectiuum: licet habeant in se principium actiuum ideſt formale. vt in secūdo physicorum disputatum est.

Lectio. 7.

Ad primum igitur dicendum ꝙ animalia ꝛ moueant se per se quia non mere per accidens: non tamen mouent se per se primo: sed per alterum: cum omne mouens seipsum secundum phylosophum diuidatur in partem per se mouentem ꝛ partem per se motam. ¶Ad secundum responsum est in obiciendo. ¶Ad tertium dicendum ꝙ licet medicus p se sanet infirmum: non tamen per se sanat medicuꝫ. Vnde ratio non sequitur. ¶Ad quartum dicendum ꝙ licet entia naturalia moueantur per se: non tamen mouentur a se vt declaratum est. ¶Ad quintum dicendum ꝙ aqua calefacta non frigefacit se per se: sed per accidens. ¶Ad sextum dicendū ꝙ semē non alterat se per se p̄o sed per alterum. ¶Ad septimum dicendum ꝙ subiectum per formam effectiue producit suam passionem non per realem transmutationez: sed per naturalem cōcomitantiā. Vnde quia subiectum effectiue producit in se passionem vt Antonius Andree hic probat: necessario sequitur ꝙ subiectū non sit idem realiter cuꝫ ipsa passione vt dictū est. ¶Ad octauum dicendum ꝙ licet grauia moueantur generante substantialiter corrupto: remanet tamen in eis virtus indita a generante: ratione cuius dicuntur moueri a generāte. ¶Ad vltimum dicendum ꝙ aliquid non posse agere in seipsum: nō patitur propter indistantiaꝫ situalem: ꝛ quia idem non potest esse in actu ꝛ in potentia secundus idem: vt dictum est.

¶Sequitur in phylosopho ꝛ Doc. S. ibi. Et in potentia. Et cōmentator cōmento. 3°. Priuatio autem dicitur multipliciter.

a **B sextum** sic proceditur. videt ꝙ in potentia nō priuatiue opponatur potentie. Nam pbus dicit in textu ꝙ impotentia potentie cōtraria est. Ergo non opponitur ei priuatiue. ¶P̄. 2°. Priuatiue opposita habent fieri circa idem: vt patet in post predicamentis. Ergo si impotentia ꝛ potentia priuatiue opponantur: cuꝫ qꝫ conuenit potentia ei potest conuenire impotentia. Sꝫ consequens est falsum. Nam potentia attribuitur deo ꝛ nullo modo impotentia. Igitur ꝛc̄. ¶P̄. 3°. Impossibile est hominem esse asinum propter aliquam impotentiam. Et tamen talis impotentia nulli potentie opponitur priuatiue: cum non sit dabilis aliqua potentia secundum quam possibile sit hominem esse asinum. Ergo impotentia non opponitur priuatiue. ¶Sed contra est phylosophus in textu dicens. Et impotentia ꝛ impossibile huiusmodi potentie contraria priuatio est. Quare eiusdēz ꝛ ꝑm idem oīs potentia ꝛ impotentia est. ¶Priuatio autē dicitur multipliciter ꝛc̄.

Respondeo dicendum ꝑm Doc. S. in presenti lectiōe ꝙ hic philosophus determinat de impotentia dicens ꝙ impotentia que est cōtraria dicte potentie ꝛ impossibile qō dicitur secundus huiusmodi potentiam est priuatio potentie. Hoc autem dicit ad differentiaꝫ impossibilis quod significat aliquem modum falsitatis: quod nō dicitur secundum aliquas impotentiam: sicut nec possibile ꝑm aliquam potentiam. Et quia priuatio ꝛ habitus sunt eiusdem ꝛ secundū idē necesse est ꝙ potentia ꝛ impotentia sint eiusdem ꝛ secundū idem. Et ideo quot modis dicitur potentia tot modis dicitur priuatio ei opposita. ¶Considerandum est autem primo ꝙ priuatio multipliciter dicitur. Uno enim modo quicquid nō habet aliquid siue sit aptum natum habere illud siue non potest dici priuatum. Sicut si dicam lapidem priuatum visu: eo ꝙ nō habet visū. Alio° dicitur priuatū solū qō est aptum natuꝫ habere aliquid ꝛ nō hꝫ. Et hoc dupliciter. Uno° vniuersaliter quādocūqꝫ nō habet visū. Et hoc dupliciter. Uno° vniuersaliter quādocūqꝫ nō habet visū. Sicut si dicatur canis priuatus visu quandocūqꝫ nō habet visū. Alio° si nō habet quando aptus natus est habere. Et hoc iteruꝫ diuersificatur. Nam vno° aliquis dicitur priuatus eo ꝙ nō habet aliquid aliquo determinato mō scilicet perfecte ꝛ bene. Sicut cum vocamus cecuꝫ eum qui nō videt bene. Alio° quādo nō habet oīno. Sicut dicimus priuatum natum visu eum qui oīno visum nō habet. Quandoqꝫ vero in ratione priuationis includitur violentia. Unde ꝙdam dicūtur priuari: quando per violentiam amittit ea que nata sunt habere. ¶Hec omnia Doc. S. formaliter in presenti lectiōe circa finem ꝛ pbus sententialiter in textu. ¶Cōsiderandum vlterius est scdo ꝙ illud qō dicitur aptum natum habere aliquid: est in duplici differentia. Nam qōdam est qō aptū natū est habere nō scdz spēm sed ꝑm genus trīn. Sicut talpa quia est aīal: apta nata est habere visum. nō autem inquātū talpa. Aliud est qō ē aptum natum habere aliquid ꝑm propriam speciem. Sicut canis dicitur aptus natus habere visum nō semper sed in tempore determinato a natura vt dictuꝫ est. ¶Patet ꝙ ex predictis ꝙ impotentia est priuatio potentie potissime illius potentie que dicitur potentia actiua a forma principium habens: vt hic dicit albertus magn? capitulo tertio. Hec autem oīa vt idez dicit ibidez planissime ostensa sunt in quinto libro huius sapientie vbi de natura ꝛ distinctiōe priuationis dictuꝫ est.

Ad primū ergo dicendū ꝙ contrariuꝫ accipitur dupliciter. Uno° proprie. vt distinguitur contra priuationez. Alio° cōiter. vꝫ. pro quocūqꝫ opposito

cūqz oppositō. Contrariū autez accipitur hic in textu scdo modo ꝛ non primo modo. vnde cōsequentia non valet: ¶Ad secundum dicendum ꝑm Doc. S. in de potentia. q. ꝓma ar. ꝓmo ad. 17. ꝙ potentie dicitur esse cōtraria pri natio. i. impotentia. Non tamen de cōtrarietate facienda est circa deum mentio: qz nihil quod est in deo habet con trarium: cum non sit in genere. Hec ille. ¶Ad tertiuz pz solutio ex dictis: quia argumentum procedit de impossi bili quod non dicitur ꝑm aliquam impotentiam: sed scdz discoherentiam terminoꝝ. Unde maior est falsa ꝛ ar gumentum non concludit.

¶Questio scda. De comparatione potentiaꝝ adinuicem secundum differentiam earum. Que cozrespondet secun de lectioni Doc. S. Et cōmē. cōmen. 4. ibi ꝛ scientia est potentia.

a **Deinde** considerandū est compara tiue de potentia: post absolutam eius considerationez comparando vz. potentias adinuicem. ¶Circa quod dupler occurit consideratio. Uaz primo considerandum est de differentia potentiarum adinuicem: ꝑm differentiam eoꝝ in quib⁹ sūt. ¶Secundo considerandum est quomodo potētia ꝛ act⁹ sunt simul vel non sunt simul in subiecto: ibi. Sunt autem quidam ꝛc̄. ¶Circa primum queruntur tria. ¶Primo vtrum diuisio potentie hic posita a philosopho sit sufficiens. vz. potentiarum quedam est rationalis ꝛ quedam irrationalis. ¶Secundo vtrum potentie rationales eedez se habeant ad opposita. ¶Tertio vtrum potentie irrōnales possint se habere ad opposita.

¶Sequitur in pbo ꝛ Doc. S. ibi. Quoniaz autem hec quidem in inanimatis ꝛc̄. ꝛ est lec. 2ª.

a **Et primum** sic proceditur. Uidet diuiditur per potentiam rōnalem ꝛ irrationalem posita hic a philosopho non sit sufficiens ꝙ diuisio potētie quia tam potentia rationalis quā irrationalis est principium transmutandi in aliud inquantuz est aliud vt expz se dicit hic pbus in textu. Sed non omnis potentia est huiusmodi quia potentia materie ad formaz nō est principiū transmutandi in aliud ꝑm ꝙ aliud est. Et tamen est potentia. Ergo talis diuisio potentie est insufficiens: quia diuisum excedit membra diuidentia. Quod est contra pbum in scdo posteriozum ꝛ contra Boetium in libro diuisionum. ¶Ꝑ 2º. Omnis potentia est irrōnalis. Ergo nulla potentia est rationalis: consequentia patet per locuz ab oppositis. Antecedens probatur: qz potentia irrationalis dicitur potentia naturalis. Sed quelibet potentia est nālis. Ergo quelibet potentia est irrationalis. Probatio medie. Nam omnis ratio natura quedam est: cuz non sit aliquid cōtra naturam ipsius ratiocinantis. Ergo potentia rationalis dicitur potentia naturalis. quod fuit probandū. ¶Ꝑ 3º. Aliqua est potētia etiam actiua que reperitur in aliquo quod nec est rationale nec irrationale: vt patet de deo de angelis ꝛ de celo proprie loquendo. Ergo illa diuisio nō vacuat totam naturam diuisi ꝛ per consequens nō est bona. ¶Sed cōtra est pbus in textu ibi. Quoniam autem alie inanimatis insunt ꝛ alie animatis ꝛc̄. Et paulo post subiungit. Manifestum est aūt quoniam ꝛ potentiaꝝ alie quidem erunt irrationabiles: alie vo cum ratione ꝛc̄.

Respondeo dicendum ꝙ potentiarū quedam est actiua: quedam vero passiua. vt ex dictis patet. Potentia autem actiua que est principium transmutationis in aliud inquantum est aliud cōuenienter diuiditur per potentiam rationalem ꝛ irrationalem. Quod probatur tali ratione pbi. Nam ois potentia actiua vna ꝛ eadem existēs vel potest se habere ad oppositum: vel est determinata ad vnum effectum. Si primum: sic est potentia rationalis. Si secundū: sic est potentia irrationalis. Ars enim medicine que est potentia actiua: vt patet per diffinitionem potentie actiue se habet ad oppositum. s. ad infirmitatem curandam ꝛ ad sanitatem faciendā. Sed calor qui est potentia irrationalis: solum calefacit per se loquendo: cuius per accidens possit esse causa frigiditatis: inquantum aperiendo poꝛos facit exalare interius calidum vel materiam humoris calidi consumendo ipsum calidum destruit ꝛ per consequens infrigidat. Que autem sint potentie rationales exponit pbus dicens ꝙ omnes artes factiue vt fabriles ꝛ edificatiue ꝛ cetere huiusmodi quarum actiones in materiaz exterioꝛez transeunt ꝛ etiam oēs scientie que. s. non habent operationez in materiam exterioꝛem transeuntem: sicut morales scientie ꝛ logice omnes huiusmodi artes potentie quedaz sunt qz sunt principia transmutationis in aliud inquantū aliud. Quod est diffinitio potentie actiue. ¶Ex quibus patet ꝙ non accipitur hic potentia a philosopho stricte. vz. ꝑm ꝙ potentia distinguitur contra habitum: sed accipitur communiter. vz. vt se extendit ad habitus ꝛ ad omne quod potest esse principium operationis. ¶Considerandum ē autem primo secundum philosophum hic ꝛ secundum Doc. S. ꝙ cum potentie sint principia agendi ꝛ patiendi que quidem principia sunt tam in animatis ꝙ in inanimatis: potentiarum quedam sunt in inanimatis: ꝛ quedā sunt in animatis ꝛ in anima ꝛ anime intentionem siue rōnem habente. Ex quo concludit pbus predictam diuisionem potentie. vz. ꝙ potentiaruz quedam sunt irrationales: alie vero cum ratione. ¶Considerandus vlterius est secundo scdm Doc. S. hic ꝙ quia animata componūtur ex corpore ꝛ anima. Principia autem agendi ꝛ patiendi que sunt in corpore animato nō differunt ab bijs que sūt in inanimatis. Ideo philosophus postꝙ dixit ꝙ quedaz potentie sunt in animatis: addit ꝛ in anima: qz. vz. principia agendi ꝛ patiendi que sunt in anima manifeste differunt ab bijs que sunt in rebus inanimatis. Et iterum partes anime plures sunt: quarum quedam non multum differunt in agendo ꝛ patiēdo a rebus inanimatis que vi nature operantur. Nam partes anime nutritiue ꝛ sensitiue impulsu nature operantur. Sola autem pars rationalis domina est sui actus: in quo differt a rebus alijs animatis ꝛ inanimatis. Et ideo postꝙ philosophus dixit in anima: addit ꝛ anime rationem habente: quia. s. illa principia animatoꝝ a principijs inanimatoꝝ specialiter differunt que sunt in parte anime rationalis. Hec ille.

Ad primum igitur patet solutio ex dictis: quia hic diuiditur potētia actiua. Unde ratio non sequitur. ¶Ad secundum dicendum sicut etiam dictum est supra in primo huius. q. 2. i. 2ᵐ. 3ᵐ ꝙ naturale potest accipi dupliciter. Unoᵐ vt distinguitur contra violentum. Et sic potentia rationalis dicitur potētia naturalis. Et illo modo ratio natura quedam est. ꝛ sic non omnis potentia naturalis est irrationalis. Alio modo accipitur naturale vt distinguitur cōtra rationale. Et illo modo omnis potentia naturalis est irrationalis. Uaz autem primo modo. Unde ratio laborat in equiuoco.

¶Ad tertium dicendum ꝙ potētia que attribuitur deo ꝛ angelis potest dici rationalis. Et licet in eis non sit ratio accipiendo proprie rationem. vz. secundum ꝙ distinguitur contra intellectum: cum proprium ipsius rationis sit discurrere: tamen in eis est ratio secundum ꝙ ratio accipitur pro intellectu: vt patet per Doc. S. i primo sententiarum di. 25. q. prima ar. primo ad quartum: vbi sic ait. Rationale accipitur dupliciter. Quandoqz enim sumitur stricte ꝛ proprie: secundum ꝙ ratio dicit quandam obumbrationem intellectualis nature vt dicit Isaac ꝙ ratio oritur in vmbra intelligentie. Quod patet ex hoc ꝙ statim non offertur sibi veritas: sed per inquisitionem discurrendo inuenit. Et sic rationale est differentia animalis: ꝛ deo non conuenit nec angelis. Quandoqz vero sumitur communiter pro qualibet cognitione virtutis non imprese in materia. Et sic conuenit communiter deo ꝛ angelis ꝛ hominibus. Hec ille. Et in prohemio libri posteriozū sic ait. Duo primi actus sunt ipsius rationis: secundum

q̄ ratio est intellectus quidam. ¶Hec ille. ¶Potentia autem que est in celo si comparetur ad angelum mouentem ipsum potest dici rationalis. Tñ si comparetur ad corp̄ celeste est irrationalis.

¶Sequitur in phylosopho ꝛ Doc. S. ibi. Causa vero quia ratio est scientia ꝛc̄.

a **Secundum** sic p̄cedit. Uī q̄ potentie rōnales non possint se habere ad oppsita. Nam si potentia rationalis se habēt ad oppsita: sequeret q̄ aliquis simul posset agere oppsita. Sed cōsequens ē falsum: vt dicit infra pbus. Ergo ꝛc̄. ¶Patet sequela: q̄ talis potentia nō magis determinatur ad vnū oppositū q̄ ad reliquum. ¶P̄. 2°. Scōz pbm in ethycis qualis vnus quisq; est talis finis videtur ei. Ergo voluntas non potest in oppsita: cum non possit velle nisi bonū. ¶P̄. 3°. ¶Potentie sensibiles dicuntur potentie rationales sm phylosophum primo ethycor. Et tamen ipse non possunt ad oppsita. Ergo non est vniuersaliter verū q̄ potentie rationales possint ad oppsita. ¶P̄. 4°. ¶Potentia rationalis nō pōt simul ad oppsita. Ergo oportet q̄ determinetur. Sz potentia determinata nō videtur esse nisi vnius oppositi. ¶Potentia ergo rōnalis inquantum potentia est vnius oppositi tm̄. ¶P̄. 5°. Deus ꝛ angeli habent potentiam rōnalem vt dictum est. Et tamen non possunt non velle bonum. Ergo idem quod prius. ¶Sed contra est pbus in textu vbi supra. Et cōmentator cōmēto. 4°.

Lect. 20.

Respondeo dicendū q̄ potētia rōnalis potest se habere ad oppsita. Qō sic declarat Doc. S. hic sm pbm. Nam scīa que est potentia rationalis: est quedam ratio rei scite. Sed eadez rō manifestat rem ꝛ eius priuationē: lz nō similiter: q̄ p̄mo manifestat ipsam rem: sed per posterius eius priuationē sicut per rōnem visus per se cognoscitur primo ipsa visiua potentia: ꝛ ex consequenti cognoscitur cecitas que nihil aliud est q̄z carentia visionis in subiecto apto nato. Qz igitur scientia est quedam ratio rei scite in aīa: necesse ē q̄ eadem sit scientia p̄riorum: vnius quidez per prius ꝛ sz se: alterius vero per posterius. Sicut medicina per prius est cognitiua ꝛ factiua sanitatis: per posterius autem infirmitatis. De ratione enim rei in anima est q̄ est vnius oppositoꝝ scōm se: ꝛ alterius sm accidens. Et sicut dictuz ē de priuatione: eadem ratio est de cōtrario. Sicut enim ablatio visus manifestat cecitatem: ita per ablationem vni⁹ cōtrariorum manifestatur alterum cōtrarium. Oium enī cōtrariorum vnum est sicut perfectum: ꝛ alteruz sicut imperfectum ꝛ priuatio alterius. ¶Nigrum enim est quasi p̄uatio albi. Et frigidum est quasi priuatio calidi. ¶Patet ergo q̄ eadem scientia se habet ad cōtraria. Et cum scientia sit potentia rationalis: sequitur q̄ potentia rationalis se habet ad contraria. ¶Hec omnia Doc. S. in lectione secūdū sententiaz pbi. ¶Hoc idem adducit. Doc. S. super primo libro de aīa lectiōe antepenultima sm sententiam pbi in fine vbi sic ait. Qō cognitio habeatur per paucioza patet: q̄z cuz compositum cōstet ex aliquo perfecto ꝛ imperfecto: rō cognoscendi imperfectum est perfectum. Et cum cōtraria reducantur in priuationem ꝛ habitum: sufficiens est altera pars. s. illa que se habet per modum habitus ꝛ perfecti ad cognoscendum seipsam ꝛ alteram partez q̄ est per modum priuationis ꝛ imperfecti. ¶Nam per rectum diiudicamus ꝛ cognoscimus ipsum rectum ꝛ etiam obliquum. Cautio enim idest regula est illud per quod habetur indicium de vtroq;. ¶Per obliquum vero nec ipsum cognoscimus nec rectum. Non ergo fuit necesse animam facere. i. eam componere ex omnibus elementis: sz ex duobus. s. ex igne et terra: ꝛ per hec cognosceret ꝛ seipsam ꝛ contraria: sicut per ignem cognosceret calida ꝛ frigida ꝛ per terram sicca ꝛ humida. ¶Hec ille. ¶Hoc idez adducit in. 12. q. 100. ar. 6. ad secundum. ¶Sed instabat discipulus. Nam si potentia rationalis libere se habeat ad oppsita: aut talis libertas esset ab intellectu: vel a voluntate. ¶Non primum: quia sic sequeretur q̄ intellectus esset liberior voluntate. Quod est falsum. ¶Neq; secundum: quia ratio rei scite nō est in anima rationem voluntatis: sed ratione intellectus. ¶Dicendum secundum eos diū quolibeto quarto questione vltima articulo vlt⁹ q̄ voluntas comparata ad essentiam ꝛ naturam anime rationalis habet q̄ sit libera radicaliter ꝛ primordialiter. Comparata vero ad intellectum habet q̄ sit libera ex proximo Sed ipsa comparata ad seipsam habet q̄ sit libera formaliter. ¶Pro cuius declaratiōe considerandum est primo secundum eundem ibidem: q̄ radicaliter libertas agendi competit rebus ex immaterialitate sue essentie vel nature. quia talia possunt se conuertere: ꝛ possunt se ipsa in aliquid ordinare vel non ordinare: ꝛ per cōsequēs possunt libere agere vel non agere. Sed ex forma apprehensa per intellectum: habet voluntas huiusmodi libertatem ex proximo. Nam intellectus conuertēs se supra speciem albi intelligit album ꝛ oppositum albi. ¶Ratio ergo quare potentie rationales se habent ad oppsita ꝛ quare habentes rationem sunt liberi in agendo: est quia per eandem speciem intelligibilem intelligunt hoc ꝛ oppositum. Et ideo nos sumus liberi ad agendum hoc ꝛ oppositum vel non agendum hoc ꝛ oppositum. ¶Sed querebat discipulus rationem: quare per eandem speciem intelligibilem intelligimus hoc ꝛ oppositum eius: cum oppositoꝝ diuerse sint forme. ¶Ad quod respondet egidius vbi supra dicens: q̄ ratio huiⁿ est: quia talis forma siue species recipitur in re immateriali potēte se conuertere supra se ipsam. Ex qua conuersione format sibi diffinitionem ꝛ conceptum quo intelligit hoc ꝛ oppositum: quia qui bene diffinit: contraria cōsignat: vt dicitur in. 6. topicoꝝ. Dominium igitur actus vt possimus hoc ꝛ oppositum reducitur in formam apprehensam representantem hoc ꝛ oppositum. Sed forma apprehensa q̄ possit propie representare hoc ꝛ oppositum reducitur in imaterialitatē essentie vel nature: per quam possumus nos conuertere in huiusmodi formam: vt possimus intelligere hoc ꝛ oppositum. Quare libertas actionis ex proximo: est ex forma apprehensa per intellectum per quam possimus intelligere hoc ꝛ oppositum. Sed radicaliter ꝛ primordialiter talis libertas prouenit ex immaterialitate nature seu essentie: per quam potentia est conuersiua supra formaz apprehensam: vt possimus per eam intelligere hoc ꝛ oppositum. ¶Et si arguatur. Ipse intellectus de se est immaterialis. Ergo totam libertatem habet voluntas ab intellectu. ¶Dicendum q̄ immaterialitas potentie reducitur in immaterialitem essentie. Naz potentia ideo dicitur immaterialis. quia recipitur in subiecto immateriali. Intellectus enim quia non est virtus organica neq; virtus in corpore existens tanquam in subiecto: sed est in ipsa essentia anime que caret materia: dicitur immaterialis. ¶Considerandum vlterius est secundo secundum eosdem ibidem quod postquam intelligimus naturam immaterialem ꝛ potentiam cognitiuam supra seipsam conuersiuam apprehendentem formam per quam potest cognoscere hoc ꝛ oppositum: si non plus p̄cedimus talis natura sic existens erit indeterminata ad agendum. Ne igitur ponamus in natura aliquid ociosuz oportet nos dare preter duo predicta. videlicet. preter naturam animē ꝛ intellectum aliquam potentiam per quam natura talis possit se determinare vt agat hoc vel oppositum. Huiusmodi autem potentia est voluntas. Unde ipsi voluntati ineſt libertas ex immaterialitate nature in qua fundat radicaliter ꝛ primordialiter: sed ex forma apprehensa ex proximo: ꝛ ex se ipsa formaliter. ¶Ex quo patet solutio ad instantiam discipuli: quia non sequitur q̄ intellectus sit liberior quam voluntas. sed q̄ est indeterminatior. Non enim ineſt libertas voluntati ex intellectu vel ex forma apprehensa secundum omnem modum: vt ex dictis patet. ¶Considerandum est vlterius tertio secundum Antonium Andree quod voluntas alicuius respectu obiecti potest necessitari. Quia capiendo rationem formalem obiecti non potest ipsuz non velle. Dicit enim

Franciscus in primo sententiarum q̄ si ipsa voluntas capiatur vt passiua ⁊ receptiua: sic potest necessitari. Sed si accipiatur vt actiua ⁊ productiua: sic non potest necessitari: sed libere se habet ad opposita. ¶Utrum autem libertas que ponitur in potentia rationali sit in suscipiendo actū vel eliciendo tantum. De quo etiam agit ad longuz Herueus in primo magno quolibeto questione prima articulo primo. ¶Considerandum vlterius est quarto secundum Egidium dominum Antonellum ⁊ Antoniū Andree q̄ hec distinctio de potentia rationali ⁊ irrationali reducitur ad illam distinctionem que est inter naturam ⁊ voluntatem: quia intellectus ⁊ voluntas possunt comparari ad actus proprios: vel ad actus aliarum potentiarum inferiorum. Comparando ergo ad actus aliarum potentiarum intellectus dicitur rationalis. Comparando autem ad actus proprios: intellectus cadit sub natura: ⁊ non habet in potestate sua intelligere ⁊ non intelligere. Voluntas vero opposito modo se habet ad actuz proprium eliciendum. Unde productio in diuinis q̄ est per modum nature est illa cuius principium est intellectus. ¶Considerandum vlterius est quinto secundum Alexandrum quod potentie rationales se habent ad multa: ⁊ non sunt determinate ad vnum. Quod patet. primo quia ipsius intellectus qui est potens omnia facere ⁊ fieri vt patet tertio de anima. Secundo ex natura diffinitionis: quia qui bene diffinit: contraria assignat: vt patet in sexto topicorum. Ratio enim agit per conceptum. Et vnus conceptus dat intelligere rem ⁊ suum oppositum. Tertio patet ex natura contrarietatis: quia licet duo contraria non possint simul esse in eodem effectu: possunt tamen simul esse in eodem conceptu. Et ideo agēs per cōceptum potest simul plura agere secunduz q̄ ly simul determinat hoc verbum agere. ¶Considerandum vlterius est sexto q̄ aliqua potentia dicitur rationalis dupliciter: vt patet in primo ethycorum. Uno modo per essentiam. Alio modo per participationem. Per essentiam autem dicitur aliqua potentia rationalis dupliciter. Uno modo proprie. Et sic solus intellectus est potētia rationalis per essentiam: ⁊ voluntas est potentia rationalis per participationem. Aliter voluntas esset idem quod intellectus essentialiter. Quod est falsum: vt patet per Doctorem Sanctum in prima secunde questione quinquagesima sexta articulo sexto ad secundum. Et questione quinquagesimanona articulo quarto secundum: vbi dicit: q̄ voluntas est rationale per participationem. Et. q. 60. in corpore in fine Et. q. 61. ar. 2. in corpore in fine. Et ad secundū vbi dicit q̄ rationale per participationez diuiditur i. f. in voluntatem inconcupiscibilem: ⁊ in irascibilez. Dicitur enim voluntas potentia rationalis per participationem quo ad similitudinez actus cum concupiscibili ⁊ irascibili: qz. f. in actu suo fertur ad extra: ⁊ dirigitur a ratione. Alioq̄ dz aliqua potentia rōnalis per essentiā accidētia in parte intellectiua: vt distinguitur a parte sensitiua. Et sic potentia rationalis per essentiam est voluntas ⁊ intellectus ⁊ potentia rationalis per participationez est appetitus sensitiuus: qui regitur a potentia rationali per essentiam. f. ab intellectu ⁊ voluntate: que sunt in parte rationali: sicut potentia irascibilis ⁊ cōcupiscibilis: que sunt natē obedire rationi: dicūtur potentie rationales per participationem. Quando ergo dicitur q̄ potentia rationalis se habet ad oppositа: intelligendum est de potentiis que communiter dicuntur rationales per essentiam. f. de bijs que sunt in parte rationali videlicet de intellectu ⁊ voluntate: ⁊ non de bijs que sunt in parte sensitiua: que dicuntur rationales per participationem tantum.

Ad primū igitur ⁊ ad omnia alia argumenta patet solutio ex dictis.

¶Sequitur in philosopho ⁊ Doc. S. ¶Quoniam vero contraria.

a **D tertium** sic proceditur. Uidet q̄ potentia irrationalis possit se habere ad opposita. Nam appetitus bruti est potentiar irrationalis: siue naturalis. Et tamen ratione ipsius irascibilis ⁊ concupiscibilis: ita potest appetere sicut non appetere. Ergo potentia irrationalis se habet ad opposita. ¶ꝑ 2°. Potentia solis est potentia irrationalis. Et tamen potest in oppositа: qz per vnum ⁊ eundem calorem dissoluit glaciem: ⁊ constringit lutum. Ergo idem quod prius. ¶ꝑ 3°. Potentia frigefactiua non solum per se frigefacit: sed potest esse causa caloris. ¶ꝑ 4°. In rebus etiam naturalibus datur contingens ad vtrumlibet. Ergo potentia irrationalis potest se habere ad opposita. ¶Sed contra est philosophus in textu: potissime ibi. Quoniam vero contraria ⁊c.

Respondeo dicenduz q̄ duplex est potentia irrationalis. Quedam est passiua: vt materia. Et talis habet potentiā simul ad plures formas: de qua potentia non est hic ad propositum: vt dictuz est in primo articulo presentis questionis. Alia est potentia irrationalis activa. Et talis vt dicit hic philosophus: est ad vnum tantum determinata. Manifestū est enim vt deducit hic Doc. S. q̄ res naturales operantur per formas sibi inherentes. Non autem possunt eidem inesse forme contrarie. Unde impossibile est q̄ eadem res naturalis faciat contraria: per potentiam naturalem que hic irrationalis dicitur. Res ergo naturales faciunt vnum tantum: sicut salubre facit solum sanitatem: ⁊ calefactiuum facit solum caliditatem: ⁊ infrigidatiuum facit solum frigiditatem per se loquendo: vt supra dictuz est. Ex quo patet q̄ potentie rationales oppositum faciunt potentiis irrationabilibus: qz potentia rationalis facit oppositа: qz principia oppositorum continentur in ratione scientiali. Sed potentia irrationalis non facit oppositа: sed vnum tantum. ¶Considerandum autem est hic primo secundum Doc. S. q̄ sicut actio naturalis procedit ad effectum quasi copulata ad formam que est principium actionis cuius similitudo relinquitur in effectu: ita anima mouet per suam operationem ad ambo oppositа ab eodem principio idest a ratione: que est vna duorum oppositorum: inquantum similitudo illius principij in vtroq̄ oppositorum in esse productorū saluatur. ¶Considerandum vlterius est hic secundo secundum philosophum vt dicit hic Doc. S. q̄ aliquid dicitur habere potentiam actiuam vel passiuam quandoq̄ quidem ex hoc solum q̄ potest agere vel pati. Quandoq̄ vero ex hoc q̄ potest bene agere vel pati. Ad potentiam autem bene faciendi vel patiendi sequitur potentia faciendi vel patiendi. Sed non econuerso. Sequitur enim q̄ si aliquis benefaciat: q̄ faciat. Sed non econuerso. ¶Considerandum vlterius est tertio q̄ potentiam irrationalem non posse se habere ad oppositа: potest intelligi dupliciter. Uno modo obiectiue: ita q̄ non possit in oppositа obiecta. Alio modo effectiue: ita q̄ non possit in oppositas actiones. Primo modo potest intelligi dupliciter. Uno modo q̄ nō possit se habere ad oppositа obiecta adequata absolute. Et sic potentia irrationalis non potest se habere ad oppositа: vt visus cuius obiectum est color non potest per se loquendo in oppositum eius. Alio modo potest intelligi q̄ non potest se habere ad oppositа contenta sub obiecto adequato. Et sic potentia talis potest se habere ad oppositа: vt visus potest in album ⁊ nigrum: ⁊ per consequens in album ⁊ non album. Si autem secundo modo intelligatur videlicet q̄ non possit in oppositas actiones: hoc potest intelligi dupliciter. Uno modo per accidens. Et sic potest in oppositas actiones: vt volunt tertium argumentum. Alio modo per se. Et hoc dupliciter. Uno modo potest intelligi q̄ possit in oppositas actiones oppositione disperata. Et sic potentia irra

tionalis potest se habere ad ꝙ̃ opposita: vt voluit secundum argumentum. Alio modo potest intelligi ꝙ possit se habere ad actiones oppositas oppositione affirmatiõis ⁊ negationis. Et isto modo potentia irrationalis non potest se habere ad opposita. Sed hoc proprium est potentia rationali: vt patet per Doc. S. in de veritate questione. 26. articulo tertio. ¶Considerandum vlterius est quarto secũdum Doctorem Sanctum in. 1ª 2ᵉ. questione secunda articulo primo ad secundum: ꝙ potentia rationalis nõ se habet ad quelibet opposita prosequenda: sed ad ea que sub suo conuenienti obiecto continentur. Nam nulla potentia prosequitur nisi suum conueniens obiectum. Obiectũ autem voluntatis est bonum. Unde ad illa opposita prosequenda se habet voluntas: que sub bono comprehenduntur: sicut ad moueri ⁊ quiescere: loqui ⁊ tacere ⁊ ad alia huiusmodi. In vtrunq; enim horum fertur voluntas sb ratione boni. Hec ille formaliter. ¶Et dicit ibidem in solutione ad primum ꝙ eadem potentia est oppositorum. sed non eodem modo se habet ad vtrũq;. Voluntas enim se habet ⁊ ad bonum ⁊ ad malum: sed ad bonum appetendo ipsum: ad malum vero fugiendo illud. Hec ille. ¶Et subdit ibidem in solutione ad tertium quod illud quod non est ens in rerum natura: accipitur vt ens in ratione. Unde negationes ⁊ priuationes dicunt entia. Per quem etiam modum futura prout apprehenduntur sunt entia. Inquantum igitur huiusmodi sunt entia: apprehenduntur sub ratione boni. Et sic voluntas in ea tendit. Unde philosophus dicit in quinto ethycorũ quod carere malo habet rationem boni. Hec ille. ¶Considerandum vlterius est quinto secundum Doctorem Sanctum in de veritate questione. 26. articulo tertio ad septimum ꝙ potentia rationalis se habet ad contraria aliquo modo sibi proprio: ⁊ aliquo modo sibi communi ⁊ omnibus alijs. Quod enim potentia rationalis sit subiectum accidentium contrariorum: hoc sibi ⁊ alijs commune est: quia omnium contrariorum idem est subiectum. Sed ꝙ se habeat ad contrarias actiones: istud est sibi proprium. Naturales enim potentie sunt determinate ad vnum. Et sic loquitur philosophus nono methaphysice cum dicit ꝙ rationales potẽtie sunt ad opposita. Hec ille formaliter ⁊ q̃ gloriose. ¶Considerandum vlterius est sexto secundum Doctorem Sanctum in secundo contra gentiles capitulo. 22. quartum ꝙ omni potentie passiue respondet potentia actiua. Potentia enim propter actum est sicut materia propter formam. Non potest autem ens in potentia consequi ꝙ fit actu: nisi per virtutem alicuius existentis in actu. ociosa igitur esset potentia nisi esset virtus agentis que eam in actum reducere posset: cum tamen nihil ociosum fit in rebus nature. Hec ille. Et in de veritate questione. 18. articulo secundo in corpore: quod in nullo genere potentia passiua extendit se nisi ad illa ad que se extẽdit potentia actiua. Et ideo dicit commentator nono methaphysice ꝙ non est aliqua potentia passiua in natura: cui non respondet potentia actiua. Hec ille. ¶Considerandum vlterius est septimo ꝙ quando commentator dicit in ꝓmo de celo ⁊ mundo ꝙ frustra est potentia que non reducitur ad actum: hoc quadrupliciter exponitur secundum Doctorem Sanctum. Primo ꝙ illa potentia naturalis que non reducitur ad actum est imperfecta: non autem potentia obedientialis. Unde Doctor Sanctus in de veritate. questione. 8. articulo quarto ad. 13. sic ait. Aliquid ẽ in potentia ad alterum dupliciter. Uno modo in potentia naturali. Et sic intellectus creatus est in potentia ad omnia illa cognoscenda que suo lumine naturali manifestari possunt. Quedam vero potentia est obedientie tantum: sicut dicitur aliquis esse in potentia ad illa que deus in eo potest facere. Et si talis potentia non reducatur ad actum: non ẽ potẽtia imperfecta. Et ideo intellectus angeli beati non est imperfectus: si non cognoscat omnia que deus ei

Lec. 6.

potest reuelare. Hec ille. Idem innuit in de anima questione vnica articulo. 16. ad. sextum vbi sic ait. Intelligibilia non sunt propter intellectus intelligentes ipsa: sed magis intelligibilia sunt fines ⁊ perfectiones intellectum. Unde non sequitur. Si esset aliqua substantia intellectualis nõ intellecta ab aliq̃ intellectu alio: qõ ꝓp hoc esset frustra. Nã frustra dꝫ de eo qõ est ad finẽ: quem nõ pertingit. Hec ille. Secũdo sic exponitur quod illa potentia passiua cui non correspondet aliqua potentia actiua que illam possit reducere ad actum: est frustra: vt patet per Doctorem Sanctum in de veritate questione. 18. articulo secundo in corpore: vt in precedenti notabili adductum est. Tertio sic exponitur: quia illa potentia que non reducitur saltem ad actum primum est frustra. Sed non si non reducatur ad actum secundum. Unde Doctor Sanctus in ꝛ̃to sententiarum di. 44. questione prima articulo secundo questione prima ad primum sic ait. Membra possunt dupliciter considerari in comparatione ad animam. Uel secundum habitudinem materie ad formam. Uel secundum habitudinem instrumenti ad agentem. Sadeꝫ enim est comparatio totius corporis ad totam animam. ⁊ partium ad partes vt dicitur in secundo de anima. Si ergo membrum accipiatur secundum comparationem primi finis eius non est operatio sed magis perfectum esse speciei: quod post resurrectionem requiretur. Si autem accipiatur secundum comparationem secundi: sic finis eius est operatio. Nec tamen sequitur quod quando deficit operatio: frustra sit instrumentum: quia instrumentum nõ solum seruit ad exequendum operationem agentis: sed ad ostendendam virtutem ipsius scilicet sapientiam eius. Unde oportebit vt virtus potentiarum anime instrumentis corporeis demonstretur ⁊ si nunquam in actum prodeant ⁊ ex hoc commendetur dei sapientia. Hec ille. Ex quibus patet quod licet in resurrectione non fit potentia actum secundum qui est comedere ⁊c̃. Est tamen ibi potentia ad actum primum qui est perficere naturam hominis: ⁊ ad commendationem sapientie diuini artificis. idẽ dicit in tertio sententiarum di. 12. questione tertia articulo primo questione prima. o. Si etiam potentia non reducatur ad actum primum accidentalem: non est frustra. Unde Doctor Sanctus in de veritate questione octaua articulo quarto ad. 13ᵐ. sic ait. Si aliqua potẽtia ad duas perfectiones ordinatur quarum prima sit propter secundam: non erit imperfecta potentia si habeat secundam sine prima: sicut si habeat sanitatem sine adminiculis medicine q̃ sanitatem faciunt. Hec ille. Sicut etiam intellectus agẽs potest esse in beatis sine abstractione: nec tamen est frustra. vt patet de intellectu completo per omnes species sicut nunc est intellectus christi: quia intellectus agens habet alias operationes scilicet causare noticiã primorum principiorum ⁊ fortificare seu corroborare operationem intellectus possibilis assistendo ei vt educat in actum ea que virtualiter continentur in primis principijs: vt presupponit Doctor Sanctus in tertio sententiarum di. 14. articulo tertio questione quinta tertium quando dicit quod in christo non fuit scientia acquisita per species acquisitas per operationem intellectus agentis eius. Et ideo intellectus agens concurrit in omni intellectione cooperando intellectui possibili: vt dicit Doctor Sanctus in de veritate questione decima articulo octauo fi. Et secundo sententiarum distinctiuone. 24. questione secunda ar. 2. ad primum. Ex quibus patet ꝙ potentia non est imperfecta si non reducatur ad actum primum qui est propter actum secundum quem aliquis habet. Quarto sic exponitur ꝙ sufficit ꝙ ad hoc ꝙ potentia naturalis vel ad hoc ꝙ aliqua potentia passiua non sit frustra ꝙ reducatur ſm genus vel ſm speciem ad actum ſm aliquod individuum eius: licet non reducatur ſm quodlibet individuum illius speciei: quia.

quia prima capacitas. scilicet potentie naturalis semper impletur fm genus: et non fm individuum. Secunda vero scilicet potentie obedientialis neutro modo: vt patet per Doctorem Sanctum. secūdo distinctione prima questione prima. 3. secundum. Et. 3°. distinctione prima questione prima. 3. quartum. Et in tertia parte questione prima. 3. tertium. Et vi. questione vigesimanona. 3. tertium. Idem innuit in de anima questione vnica. articulo decimosexto ad sextum. vbi sic ait. Et si substantie separate non intelligantur ab intellectu nostro secundum q̄ est corpori vnitus: intelliguntur tamen a substantijs separatis. Hec ille. vt patet a simili etiam per Doctorem Sanctum primo distinctione quadragesimasexta. 1.o. et prima questione decimanona sexto primum. Et questione vigesimatertia quarto tertium. et tertio distinctione decimaseptima. articulo secundo questione prima. 2m. Et distinctione trigesimasecunda. 2. c. et ad quartum. et vi. questione vigesimatertia. 2. o. ¶ Similiter exponitur illud philosophi in secundo physicoꝝ. Frustra dicitur quod est ad finem: quem non inducit: vt patet per Doctorem Sanctum. in primo sententiarum. distinctione q̄dragesimatertia questione p̄ma articulo primo ad. 3m. Et in quarto sententiarum. distinctione q̄dragesimaq̄rta questione prima articulo secundo questione p̄ma ad p̄m. sicut supra in isto notabili adductum est. Et in prima parte questione vigesimaquinta. articulo secundo ad secūdū. Et in tertia parte questione vndecima. articulo quinto ad secundum. Et in secundo methaphysice. cōmē. 4. Et in secundo physicoꝝ. cōmē. 2. Et in de anima. questione vni ca. articulo decimosexto. ad sextum. ¶ Considerandum vlterius est octauo fm Doctorem Sanctum in de potētia questione prima articulo primo ad decimūtertiuz. q̄ quando philosophus dicit q̄ omnis potentia siue potestas est propter aliud eligendum. videlicet propter suos effectus: intelligit hoc de potentijs actiuis que sunt in rebus artificialibus et in rebus humanis. In rebus enim naturalibus non est verum q̄ potentia actiua sit semper propter suos effectus. Ridiculosum enim est dicere q̄ potentia solis sit propter vermes qui virtute eius generantur. Multo minus virtus diuina est propter suos effectus. Hec ille. Et in prima parte questione vigesima quinta. articulo secundo ad secundum sic ait. Etiaz si nullum effectum produceret non esset dei potentia frustra: quia frustra est quod ordinatur ad finem quem non attingit. ¶Potentia autem dei non ordinatur ad effectum sicut ad finem: sed magis ipsa est finis sui effectus. Hec ille. ¶Considerandum vlterius est nono q̄ potentia passiua non est etiam imperfecta si non reducatur ad actum: nisi res per eum habeat suum complementum. Unde Doctor Sanctus in de potentia questione quinta articulo. 5. ad septimum sic ait. Res nō dicitur esse imperfecta quacunqz potentia in ipsa non reducta ad actum: sed solum quando per reductionem in actum res suum consequitur complementum. Non enim homo qui est in potentia vt sit in india: imperfectus erit si ibi non fuerit. Sed imperfectus dicitur si scientia vel virtute careat qua natus est perfici. Hec ille.

Ad primum igitur et ad omnia alia argumenta patet solutio ex dictis si debite considerentur et applicentur.

¶Questio tertia. De falsitate opinionis illorum qui dicebant q̄ nihil habet potentiam ad agendum: nisi quando actu agit.

c **Consequenter** considerā dum est: qualiter potentia et actus se habent in eodem subiecto: postquā visum est de cōparatione potētiarū adinicē. ¶Circa qō duplex occurrit cōsideratio. Una p° cōsiderandū est de quibusdā opinionib⁹ falsis quas philosophus excludit. ¶Secundo considerandum est de veritate que est contraria illis opinionibus. ibi. Omnibus autem potentijs 7c̄. ¶Circa primum duo sunt consideranda scēm q̄ philosophus duas hic excludit falsas opiniones. ¶Primo enim considerandū est de falsitate opinionis illorum qui dicebant q̄ nihil est possibile nisi quod est actu. Et hoc in presenti lectiōe. ¶Secundo considerandum est de falsitate opinionis illorum qui dicebant contrarium. videlicet q̄ omnia sunt possibilia. ibi. Si autem est quod dictum est 7c̄. ¶Circa primum queruntur duo. ¶Primo vtrum nihil sit possibile: nisi quando est actu. ¶Secundo vtrum possibile diffiniatur cum dicitur. ¶Possibile est illud quo posito in esse: nullum sequitur impossibile.

¶Segtur in philosopho et Doctore Sancto. ibi. Sūt autem quidam. et est Lec. 3.

a **Dprimum** sic proceditur. Uidetur q̄ nihil sit possibile: nisi quando est actu. Nam omnia ex necessitate eueniunt. Ergo ea que non eueniunt non possibile est ea esse. Antecedens patet. Nam omnia subduntur diuine prouidentie: secundū omnes theologos. Sed secundum eos et fidem diuina prouidentia est infallibilis et certa. Ergo omnia que eueniunt: necessario eueniunt. Quod fuit probandum. ¶Ꝑ 2°. Scientia est necessariorum: vt patet primo posteriorum. Sed de oī ente potest esse scientia: cum hec scientia consideret omnia entia: vt ex supradictis patet. Ergo omnia entia sunt necessaria. Necessarium autem semper est: cum impossibile sit ipsum non esse: vt supra patuit in quinto huius. Ergo omnia entia sunt actu. Et sic idem quod prius. Lectio. 9.
¶Ꝑ 3°. Impossibile dicitur illud quod necesse est ipm non esse. Sed possibile et impossibile contradicunt: vt patet secundo peryermenias. Ergo quicquid est possibile: est necesse ipsum esse. Et per consequens nihil est possibile nisi quod est ens actu. Lectio. 6.
¶Ꝑ 4°. Omne quod est quando est necesse est esse. Ergo omne quod est necesse est esse. ¶Patet consequentia per locum a parte in modo.
¶Ꝑ 5°. Unusquisqz prouisor confirmat et stabilit suuz opus inquantum potest. Sed potentia dei est infinita: vt patet duodecimo huius. Ergo omnia entia sunt firmiter stabilita: cum omnia sub prouisione dei cadant. Et sic nulla sunt contingentia: sed omnia sunt necessaria. Et per cōsequens nulla sunt entia possibilia: nisi sint necessaria: et que sint actu. Lectio. 6.
¶Sed contra est philosophus in presenti lectione: vbi dicit. Sunt autem quidam qui dicunt quādo operatur soluz posse: 7 quando non operatur nō posse: vt non edificantem non posse edificare.

Respondeo dicendū q̄ vt refert hic philosophus: quidam dixerūt q̄ tunc solum est aliquid in potentia: quando est in actu: vt puta q̄ ille qui non edificat actu: non potest edificare. Sz tunc solum potest: quando actu edificat. Et similiter dicunt de alijs. Et ratio huius positionis esse videtur: vt dicit hic Doctor Sanctus. Opinabantur eniz q̄ omnia ex necessitate cōtingerent secundum aliquam cōnexionem causarum. Et sic si omnia ex necessitate eueniunt: sequitur q̄ ea que non eueniunt non possibile est esse. De quo superius ad longum in sexto huius. questione vndecima et duodecima disputatum est: cum de fato 7 contingentibus ageretur. ¶Sed contra hanc opinionez innuit philosophus vnam conclusionem responsiuam ad quesituz.

videlicet. ꝙ aliquid nō esse possibile nisi qñ ē actū: est falsum. Quam probat phylosophus quattuor rationibus ducentibus ad inconuenientia. Quarum prima talis est. Si nullus est potens facere nisi quando actu facit: nō erit aliquis edificator: nisi quando actu edificat: quia edificatorem esse est esse potentem edificare. Et similiter erit ō alijs artibus. Nam omnes artes sunt quedam potentie: vt ex supradictis patet. Sequitur ergo ꝙ nullus habeat artem aliquam: nisi quando ſm eaz actu operatur. Sed hoc est manifestum inconueniens. Quod patet duo presupponendo. Quorum primū est ꝙ ille qui prius nō habuit aliquam artem: impossibile est ꝙ iam habeat postmodum: nisi adiscat eam: vel aliquo modo accipiat eam per inuentionem. videlicet. aut alio modo. Secundū est si aliquis habuit aliquam artem: impossibile est eaz post modum non habere artem eandem nisi eam aliquo modo abijciat: videlicet per oblitionem vel per aliquam infirmitatem aut per longitudinem temporis in quo aligs sua arte non vtitur. Hec eniz sunt cause oblitionis. Quibus suppositis sic arguit phylosophus. Si aliquis nō habet artem nisi quando ea vtitur: tunc quando ea incipit vti de nouo habet artem. Oportet ergo ꝙ adiscat eaz vl qualitercunqz acquirat eam: vt patet per primuz suppositum. Similiter quando desinit vti arte: sequitur ꝙ arte careat. Et ita amittet artem quam prius habebat vel per oblitionem aut passione aut longitudine temporis: vt patet per secundum presuppositum. Sed vtrumqz horuz patet ad sensum manifeste esse falsum. Non igitur verum est ꝙ tunc solum aliquis habet potentiam quando actu operatur. Sed si dicatur ꝙ contingit aliquando ꝙ vera cognitio amittitur ipsa re mutata: vt cum quis opinatur vere sortem sedere: eo surgente perit eius vera opinio. Videtur ergo ꝙ ars non amittatur solum tribus predictis modis. ¶ Ad hoc respondet phylosophus in textu dicens ꝙ hoc non potest dici circa artem. Nam ars non est cognitio eius quod est: sed eius quod fiendum est. Et ita quādiu durat materia ex qua ars potest aliquid facere: semper res artis est. Unde non potest ars amitti: re corrupta. Hec omnia Doctor Sāctus in lectiōe. ¶ Secūda ratio procedit in potentijs irrationalibus: que sunt in rebus inanimatis scilicet caliduz frigidū dulce ⁊ amarum ⁊ alia huiusmodi: q̄ sunt principia actiua imutatiua sensuz: ⁊ ita sunt quedam potentie. Que quidem ratio potest sic formari. Si potentia non inest alicui nisi quādo actu agit: sentitur immutans sensum. Hoc autem est manifeste falsum. Aliter opinio Pithagore eē vera que dicebat omnes proprietates ⁊ naturas rerum consistere solum in sentiri ⁊ opinari. Ex quo vt in quarto huiꝰ patuit cum diuersi circa idem contradictoria opinentur: sequebatur duo contradictoria simul esse vera. Quod est maximum inconueniens. Falsum igitur est ꝙ potentia non est sine actu. Hec ratio tangitur ibi. Et inanimata similiter. ¶ Tertia ratio que tangitur ibi. At vero neqz sensuz sic potest formari. Nam si potentia non potest esse absqz actu: sequitur ꝙ aliquis non habet sensum nisi quando actu sentit: cum sensus sit potentia quedam. Sic ergo ille non habet visum: nisi qui actu videt: neqz auditus nisi qui actu audit. Sed ille qui non habet visum cum sit natus habere est cecus: ⁊ qui non habet auditus cum sit natus habere est surdus. Sic igitur hijdem erunt sepe cecii in die ⁊ surdi. Quod manifeste est falsum. Nam qui est cecus: non est postea videns: neqz surdus audiens: cum a priuatione ad habitum non sit regressus. ¶ Quarta ratio que tangitur ibi. Amplius si impossibile ⁊c̄. est talis Non illud impossibile est agere quod caret potētia. Si igitur aliquis non habet potentiam nisi quando agit: sequitur ꝙ quando aliquis non agit: impossibile sit ipsum agere. Sed quicunqz dicit aliquid esse aut futuruz eē quod impossibile est fieri: falsum dicit. Quod patet ex ipsa significatione huius nominis impossibile: quia impossibile dicitur falsum quod non potest contingere. Sequitur ergo ꝙ illud quod non est nullo modo posset fieri. Et sic ista positio tollit motum ⁊ generationem: quia stans stabit semper. Si enim aliquis sedet nunquā postea stabit: quia dum non stat ſm istam positionem non habet potētiam standi. Et ita non possibile est eum stare. Et per cōsequens impossibile est eum surgere. Et similiter quod non est album: impossibile erit esse album. Et ita non poterit dealbari. Et similiter ita est in omnibus alijs similibus. Quod manifeste est contra sensum ⁊ experimentuz ¶ Considerandus autem est hic primo ſm phylosophū concludentem in hac re suam intentionem: ꝙ quia predicta inconuenientia: ⁊ alia que ex supradicta positione secuntur non possunt rationabiliter concedi ſm veritatem manifestum est ꝙ potentia ⁊ actus diuersificantur etiam ſm ordinem prioritatis ⁊ posteriozitatis vt infra patebit. Sed illi qui ponunt positionem predictaz facium sententiam ⁊ actum eē idem: in eo ꝙ dicunt tunc solum aliquid esse in potentia quando est actū. Ex quo manifeste apparet ꝙ similes opinatores non parum quid a natura destruere intendunt: quia tollunt motum ⁊ generationem: vt ex predictis patet. Cum igitur hoc non possit sustineri: manifestum est ꝙ aliquid est possibile esse quod tamen non est ⁊ aliquid est possibile non esse quod tamē est. Et simliter est in omnibus alijs predicamentalibus predicationibus: vt inductiue patet discurrēti. Hactenus phylosophus ⁊ Doctor Sanctus. ¶ Considerandus vlterius est secundo ꝙ duplex est potentia actiua. Una que dam est coniuncta actui: vt potentia actiua ignis calefaciēdi tis cum actu calefacit est coniuncta actui. Et de tali potentia potest dici ꝙ nihil est in potentia ad agendum: nisi illud quod actu agit. Alia est potentia actiua que est diffās ab actu: sicut edificator habet potentiam actiuam ad edificandum anteq̄z actu incipiat edificare. Et de tali potentia loquendo non est verum dicere ꝙ nihil habet potentiam ad agendum: nisi illud quod est actu agens: vt ex dictis satis manifestum est. ¶ Considerandum vlterius ē: tertio ꝙ aliquid dicitur esse necessariuz dupliciter. Uno modo ſm se absqz comparatione ad aliquid aliud. Et sic non omnia sunt necessaria: sed aliqua necesse est esse contingentia: vt supra in sexto huius. q. 11. ⁊. 12. declaratum est. Alio modo dicitur aliquis necessarium non ſm se: sed in comparatione ad aliquid aliud. videlicet. ad diuinam potentiam que infallibiliter ad omnia entia preterita presentia ⁊ futura se extendit. Et isto modo non est inconueniens concedere omnia entia esse necessaria: non quidem in se: sed ſm ꝙ sunt preuisa a deo. ¶ Ad primum igitur dicendum negando antecedens. Et ad eius probationem dicendum concedendo ꝙ omnia subduntur diuine prouidentie: que infallibilis est. Et dum infertur ergo omnia que eueniunt de necessitate eueniunt: verum est eo modo quo preuisa sunt a deo euenire. Et dum infertur ergo omnia sunt in se necessaria: non valet consequentia: quia prouidentia diuina non solum se extendit ad necessaria: sed etiam necessario se extendit ad contingentia: vt supra sexto huius. q. 12. ar. 1. declaratum est. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ scientiam esse necessariorum potest intelligi dupliciter. Uno modo per se primo. videlicet ꝙ conclusiones quarum est scientia p demōstrationē acquisita sunt necessarie. Et sic conceditur ꝙ scientia ē duxarat necessariorum. Alio modo per se non primo. sed p alterum. Et sic non est necesse ꝙ scientia semper sit necessariorum. Subiectum enim conclusionis ipsius demonstrationis potest esse in se contingens. licet habitudo eius ad propriam suam passionem quaz cōclusio cōsignificat sit necessaria. Nihil enim ē adeo ptingens quod nō includat aliquid necessitatis vt supra adductum est ſm Doc. S. in sexto huius. q. 11. ⁊. 12. Et cum dicitur ꝙ necessariuz semper est ⁊ perpetuum. ¶ Dicendum ꝙ aliquid ē necessarium qō nō habet causaz sui eē sicut deus. Et tale

Lec. 6.

Et tale necessarium est semper. Aliquid autem est necessarium quod habet causam sui esse: non tamen habet principium neqz finem sue durationis: sicut sunt corpora celestia: et substantie separate ſm opinionem Aristo. qui posuit mundi eternitatem: vt patet octauo physicoꝝ. Et tale necessarium etiam semper est. Aliud vero est necessarium quod habet causam sui esse ⁊ sue durationis: sicut sunt multe conclusiones demonstrationis: vt homo est risibilis: vel triangulus habet tres ⁊c̄. Et tale necessarium non semper est in actu actualitate existentie: Iz semper sit in actu quantum ad habitudinem terminorum: et in mente diuina. ¶Non est enim dabile aliquod tempus in quo verum esset dicere: hominem non esse risibilem: cum sit propositio de omni posterioristico: vt in primo posteriorum. questione decimaquarta. articulo primo declaratum est. ¶Ad tertium dicendum ꝙ impossibile dicitur illud quod necesse est ipsum non posse esse. Unde dum infertur ꝙ nihil est possibile nisi quod est actu: negatur. Si nihil est possibile nisi quod potest esse actu: vt vis vocabuli sonat. ¶Ad quartum dicendum negando cōsequentiam: quia ibi cōmittitur fallacia a ſm quid ad simpliciter: vt patuit circa finem primi peryermenias. ſm Doctorem San. ¶Ad vltimum dicendū sicut ad primum.

¶Sequitur in ¶Phylosopho et Doctore Sancto: ibi. Est autem possibile ⁊c̄.

Ꝺ secundum sic pceditur. Videtur ꝙ diffinitio ipsi⁹ possibilis in qua dicitur possibile est quo posito in esse nullum: sequitur impossibile: nō sit bene assignata hic a phylosopho. Nam vt patet scdo perymenias. possibile et cōtingens cōuertuntur. Sed in primo priorum in diffinitione cōtingentis ponitur particula vna que non ponitur hic in diffinitione possibilis. Dicitur enim primo priorum ꝙ cōtingens est quo non existente ⁊ necessario nō ponitur: et quo posito in esse nullum sequitur impossibile. ¶Hec autem particula quo non existente necessario nō ponitur hic non ponitur in hac diffinitione possibilis. Ergo non est conuenienter assignata. ¶Ꝺ 2°. ¶Possibile est cōtinuum diuidi. ¶Ponatur in eē. Sequitur ꝙ erit infinitum in actu. Quod est impossibile: vt supra. 2°. huius declaratū est. q. 4. articulo. 3. Ergo possibili posito in esse: sequitur aliquod impossibile. Et per consequens diffinitio est incōueniens. ¶Ꝺ 3°. Sedentem stare est possibile. Si ponatur in esse: sequitur ꝙ sedens actu stabit. Quod est impossibile. ergo ⁊c̄. ¶Ꝺ 4°. Album esse nigrum est possibile. Si ponatur in esse: sequitur ꝙ album sit actu nigrum. Quod est impossibile. ergo ⁊c̄. ¶Ꝺ 5°. Te esse et non esse est impossibile. Sz si ponatur in esse sequitur ꝙ tu simul eris ⁊ non eris. Ꝺ implicat contradictionem. Ergo idem quod prius. ¶Ꝺ 6°. ¶Possibile est futurum circulationem solis esse. ¶Ponatur nunc in esse. Sequitur ꝙ due circulationes solis erunt simul. Quod implicat. Ergo idem quod prius. ¶Ꝺ 7°. ¶Possibile est mundum fuisse ab eterno etiam ſm sententiam Doctoris Sancti. ¶Ponatur in esse. Sequitur ꝙ possibile est fuisse infinitas circulationes. ¶Ponatur in esse. Sequitur ꝙ possibile fuisset deum creare vnum hominem in qualibet circulatione. Quo posito in esse: sequitur ꝙ infinite fuerunt anime create: ⁊ per consequens ꝙ est dabile infinitum in actu. Quod est impossibile: vt deducit phylosophus in. 3°. physicorū. ergo ⁊c̄. ¶Ꝺ 8°. Ad impossibile sequitur quodlibet per maximam sophysticoꝝ. Sed te esse asinum est impossibile. Ergo te esse vnam bestiam est possibile. Quo posito in esse: sequitur ꝙ tu actu es vna bestia. Quod est inconueniens: nisi fortitan tu velis confiteri te esse vnam bestiam. Quod tamen non est. Igitur prefata diffinitio possibilis non est sufficiens. ¶Sed contra est phylosophus in prescnti passu vbi dicit. Est autem possibile ⁊c̄.

Respondeo dicendū ꝙ phylosophus posita reprobatione predicte opinionis ostendit quid sit esse in potentia: et quid sit esse in actu. Et primo quid sit esse in potentia inuendo diffinitionem possibilis dicēs: ꝙ illud dicitur esse possibile: quod si ponatur in esse nihil sequitur impossibile: vt si dicatur aliquem sedere esse possibile si ponatur ipsum sedere: nō accidit aliquod impossibile. Et simile est de mouere et moueri: ⁊ de alijs huiusmodi. Dicit enim phylosophus. Est autem possibile hoc cui si extiterit actus cuius dicit habere potentiam: nihil erit impossibile. Dico autem puta si huic possibile est sedere: si me est ei sedere: nihil est impossibile. et aut mouere aut moueri: aut statui aut statuere aut non esse aut esse: aut fieri aut non fieri similiter. Ex quo concluditur diffinitio possibilis. videlicet possibile est illud quo posito in esse nullum sequitur impossibile. Que diffinitio est bene assignata. Quod potest probari per tres conditiones bone diffinitionis. ¶Potest etiam aliter probari. Nam impossibile est quod non potest eē. Ergo possibile est quod potest esse. Unde ipso posito in esse: nullum sequitur impossibile. ¶Considerandum autem est primo ꝙ phylosophus hic vlterius ostendit quid est esse in actu dicens: ꝙ hoc nomen actus quod imponitur ad significandum endelichiam ⁊ perfectionem ⁊ formā et alia huiusmodi sicut sunt quecunqz operationes maxime ex motibus quantuz ad vim vocabuli traxit originē. Cuius rationem assignat Doctor Sanctus dicens. Cum enim nomina sint signa intellectualium cōceptionum: illis primo imponimus nomina que primo intelligimus. Licet sint posteriora ſm ordinez nature. Inter alios autem actus maxime est nobis notus et apparens ipse motus qui simpliciter a nobis videtur. Et ideo ei primo impositum fuit nomen actus. Et a motu ad alia derivatuz est. Quod patet ex hoc ꝙ ipsum moueri non attribuitur nō existentibus: licet quedam alia predictorum non existentibus attribuantur. Dicimus enim non entia esse intelligibilia vel opinabilia aut etiam esse concupiscibilia. Sed non dicimus ea esse mota: quia cum moueri significet eē actu: sequeretur ꝙ non entia essent actu. Quod patet esse falsum. Et si quedam entia sint possibilia: non tamen ideo dicuntur esse: quia non sunt endelichia. i. actu: vt dicitur in textu. ¶Considerandum vlterius est scdo ꝙ cōtingēs potest accipi dupliciter. Uno modo pro cōtingenti alto: vt videlicet se extendit ad cōtingens necessarium et non necessarium. Et sic conuertitur cum possibili: quia isto modo dicitur contingens omne illud quod non est impossibile. Alio modo accipitur contingens: vt distinguitur contra necessariuz. Et isto modo non conuertitur cuz possibili: quia possibile se extendit ad omnia entia: siue sint necessaria sine non necessaria: actu vel potentia. Isto autem modo diffinitur contingens primo priorum: ⁊ nō primo modo. Unde patet solutio ad primum. ¶Ad secundum dicenduz ꝙ possibili posito in esse eo modo quo debet poni nullum sequitur impossibile. Continuuz autem est possibile diuidi in infinitum ſm successionem diuisionis et in potentia. Unde si ponatur isto modo in esse: nō sequitur ꝙ erit actu infinitum: sed bene in potētia. ¶Ad tertium dicendum ꝙ sedentem stare est possibile in sensu diuiso. videlicet ꝙ ille qui nunc sedet: possibile est ipsum postea stare. Sed in sensu composito impossibile est sedentem inquantum est sedens stare. Unde in illo argumento cōmittitur fallacia compositionis. arguendo a sensu diuiso vero ad sensum compositum falsum. ¶Et similiter dicendum est ad quartum et ad quintum. ¶Ad sextum dicendum sicut ad secundum. ¶Ad septimum dicendum cōcedendo assumptum. videlicet ꝙ deus potuisset mundum produxisse ab eterno. Conceditur etiam ꝙ possibile est fuisse infinitas circulationes. Et quando postea infertur ꝙ in qualibet circulatione deus potuisset producere vnum aut plures homines: negatur ex parte rei producibilis: qz stante hipothesi: nō est dabilis quelibet circulatio. Aliter non essent infinite: cum intellectus infinita transire nō possit. Ex parte tamen ipsius dei pdu centis nō est repugnantia. Multa enim deus p suā oīpo-

tentiam potest ex parte sui: que tamen fieri non possunt ex parte rei factibilis: vt supra satis deductum est in. 2°. huius. q. 4. ar. 3. Unde ratio nō cōcludit. ¶Ad octauū dicendum negando assumptum. Falsissimum est enim dicere q̄ ad impossibile sequitur quodlibet: quia aliter vnum contradictoriorum sequeretur ad reliquum. Nam possibile ⁊ impossibile contradicunt ſm phylosophum
Lectio. 6. scōo phiermenias. Si ergo ad impossibile sequitur qō̄libet: ad impossibile sequetur possibile: cum possibile sit aliquid. Et sic vnum ꝯtradictoriū sequetur ad reliquū. Quod est nefandissimum in scolis theologoꝝ ⁊ phylosophoꝝ. ¶Profecto te esse lapidez est impossibile. Si ergo ad impossibile sequitur quodlibet: de necessitate sequet q̄ tu es vnus lapis et insensibilis. Quod concedimus: si hanc falsitatem sustinere p̄sumas. De quo in libris priorum satis disputatuz est. Unde ratio presupponit falsuz: et sic nihil concludit.

¶Questio. 4ª. De falsitate opinionis istoꝝ qui dicebāt q̄ omnia sunt possibilia.

Einde considerandum restat de opinione illorum qui dicebant omnia eē possibilia. ¶Circa qō queruntur duo. ¶Primo vtrum verū sit q̄ omnia sunt possibilia. ¶Secundo vtrum si alicuius ꝺditionalis antecedens est possibile: necesse sit cōsequens esse possibile.
¶Segtur in phylosopho et Doctore Sancto. Si autē est qō dictū est ⁊c̄. et Lōmētator. cōmēto. 8°.

a **B primum** sic ꝓceditur. Videt q̄ omnia sint possibilia. Nam omnia sunt entia: cum nihil sit quod rationem entis subterfugere possit. Ergo oia sunt possibilia cuz omne ens sit possibile. ¶Ꝑ 2°. Oia esse impossibilia est falsuz. Ergo omnia esse possibilia est verum.
Lectio. 6. ¶Patet consequentia: quia possibile et impossibile contradicunt vt patet secundo peryer. per legem contradictoriarum. ¶Sed in contrarium est philosophus in textu. Et cōmentator cōmēto octauo ibi. si igitur hoc quod dictum est sit possibile et necessariuz: manifestū est quod impossibile est vt sit sermo verus ⁊c̄.

Respōdeo dicendum quod postq̄ philosophus remouet opinionem illorū qui dicebant quod nihil est possibile nisi quod est actu: cōsequenter remouet opinionem illorum qui dixerunt omnia esse possibilia: determinando quandam veritatem circa consequentias possibilium. Dicit enim phylosophus quod si verum est quod aliquid dicatur esse possibile ex eo quod aliquid sequatur ſm quod dictum est quod possibile est quod si ponatur in esse non sequitur impossibile manifestum est quod non potest esse verum q̄ vnūq̄q̄ sit possibile. etiam si nunquam futurum sit: quia per hanc positionem tolluntur impossibilia. vt si aliquis dicat dyametrum quadrati posse esse cōmensuratum coste sine lateri: sed tamen nō cōmēsurabitur. Et qz non ꝓtinget dyametrum cōmensurari coste: ergo est impossibile. Ergo id qō est possibile pōt aliquando esse: vt ex supradictis patet. Unde illud quod nō habet potētiam vt sit: ē impossibile.
¶Considerandum autem est hic primo secundum phylosophum et Lōmentatorem cōmento octauo: vt hic deducit Doc. S. quod ponentes predictam positionē q̄ntū ad aliqd dicūt verū ⁊ q̄ntū ad aliqd dicūt falsū. Sūt aūt aliqua de quibus nihil prohibet dicere quod sunt possibilia esse aut fieri: cum tamē nunq̄ sint futura neq; vnq̄ fiant. Sed hoc nō pōt dici de omnibus. Sed per ea que dicta sunt oportet p̄supponere illa solū possibilia esse aut fieri licet non sint. quibus positis non sequitur aliquid impossibile. Sz posito q̄ dyametrū cōmensuretur: sequitur aliquid impossibile. vz q̄ illud qō nō habet potentiaz ad mensuram sicut costa qō cōmensuretur. Quod est impossibile. Ergo non solum falsum sz impossibile est dyametrum cōmensurari coste: quia quando cōsequens est impossibile: antecedēs ex quo sequitur est impossibile: quia sicut ex vero non sequitur nisi verum: ita ex possibili non potest sequi nisi possibile vt in sequenti articulo patebit.
¶Considerandum vlterius est scōo ſm eundem ibidez q̄ quedam sunt falsa tm̄: sed non impossibilia. Sicut sortem sedere eo stante. Non enim idem est esse falsum et esse impossibile. Omne enim impossibile est falsum: sed non omne falsum est impossibile. Sicut te sedente te stare: tunc est falsum: sed non est impossibile: qz te stare pōt esse verum. Alia vero sunt falsa et impossibilia. Sicut esse lapidem: quia tu habes impotentiam vt sis lapis.
¶Patet ergo q̄ predicta positio quantum ad aliqua vera est: quia quedam sunt possibilia lz sint falsa. Non autem est vera quantum ad omnia: quia quedaz sunt falsa ⁊ impossibilia. vt ex dictis pz:

Ad primum igitur dicendum q̄ omnia entia sunt possibilia. Non tamen sequitur q̄ omnia sunt possibilia: cum aliqua sint impossibilia. Unde ratio non sequitur. ¶Ad secundum dicendum q̄ licet possibile ⁊ impossibile cōtradicant respectu eiusdem dicti: non tamen ille due ꝓpositiones contradicunt. videlicet omnia esse impossibilia est falsum: et omnia esse possibilia est verum: vt ad longuz in tractatu modalium declaratum est.
¶Sequitur in phylosopho et Doctore Sancto. ibi. Si mul autem palam. Et Lōmentator. cōmento. 9°. ibi. Et cum hoc manifestum est ⁊c̄.

a **B secundum** sic ꝓceditur. Videtur q̄ si alicuius conditionalis antecedens est possibile: nō sit necesse consequens esse possibile. Nam ista est vna conditionalis. Si tu sedes: tu es lapis. Et tamen antecedens est possibile et non ꝓsequens. ergo ⁊c̄. ¶Ꝑ 2°. Hec est vna cōditionalis vera. Si Sortes sedet: Sortes est homo. Et tamen antecedens est possibile. Nō aūt consequens: sed est necessarium: cum non possit non esse.
¶Possibile vero dicitur quod potest esse vel non esse. Ergo cuiuslibet conditionalis si antecedens est possibile consequens non erit possibile. ¶Sed contra est phylosophus. ibi. Simul autem palam. si. a. ente necesse est. b. esse et possibile ente. a. necesse. b. esse possibile ⁊c̄.

Respondeo dicendum q̄ si alicuius conditionalis vere antecedens ē possibile: necesse est consequens esse possibile: vt si possibile est esse. a. possibile est esse. b. Quod sic patet: ꝓsupponēdo diffinitionem possibilis superius adductam. q. 3. ar. 2. Detur enim conditionalis vera: vt puta. si. a. est. b. est. Et detur antecedens. s. a. esse possibile. Aut igitur necesse esse. b. esse possibile aut non. Si sic: habetur ꝓpositum. Si vero non est necesse: nihil prohibet dare oppositum: quia quodlibet cum quolibet vel eius oppositum stat q̄ ponitur esse possibile simul ponitur q̄ nihil sequitur ex eo impossibile: vt patet per diffinitionem possibilis. Sic enim superius diffinitum est possibile. s. possibile est ad quod nihil sequitur impossibile. Sed. b. sequitur ad. a. vt concessum est: et. b. ponebatur esse impossibile. Nam idem est esse impossibile qō non esse possibile. Igitur. a. non erit possibile: si sequitur ad ipsum. b. quod ponitur impossibile. Erit ergo primum ⁊ secundū impossibile. s. a. et. b. quod est contra hypothesim. ¶Considerandum autem est hic primo ſm Doctorem Sanctum q̄ bene sequitur si consequens est impossibile: q̄ antecedens sit impossibile: non tamen econuerso. Nihil enim prohibet ex impossibili sequi aliquod necessarium: vt in hac conditionali. Si homo est asinus: homo est animal. Unde non sic intelligendum est quod hic phylosophus dicit si primum erat impossibile. idest antecedens: vt aliqui sant: et secundum erit impossibile. s. consequens. Sed ita debet intelligi. Si primuz. i. cōsequens erat impossibile: et sc̄ōm

ꝛ scō m. i. antecedens erat impossibile. Consequens enīz habet rationem finis respectu antecedentis. finis autem in intentione precedit ea que sunt ad finem. ¶Patet ergo ex predictis ꝙ si antecedens est possibile: necesse est consequens esse possibile: ita tamen vt dicit hic Doctor Sanctus ꝙ quando et eo modo sit possibile consequens esse quando ꝛ quomodo est possibile antecedens esse. Non enim possibile est vt sit quocunqz tempore ꝛ quocunqz modo. ¶Considerandum vlterius est hic secundo fm quendez ꝙ possibile dupliciter accipitur. Uno modo fm ꝙ diuiditur contra necesse. Sicut dicimus illa possibilia que cōtingit esse ꝛ non esse. Et isto modo si alicuius conditionalis antecedens est possibile: non est necesse consequens esse possibile. Sed potest esse necessarium. Sicut patet in hac cōditionali. Si sortes ridet: est homo. Alio modo accipitur fm ꝙ est cōmune ad ea que sunt necessaria: ꝛ ad ea que cōtingit esse ꝛ nō esse: quod vocat possibile altum: prout vz possibile ꝓtra impossibile diuidit. Et sic loquitur hic philosophus de possibili dicēs: ꝙ necesse est cōsequens esse possibile: si antecedens fuerit possibile. ¶Et per hoc patet solutio ad argumenta.

¶Questio quinta. Qualiter potentiaz precedit actus in subiecto. et est lec. 4ª.

Consequenter considerā duz restat qualiter potentiam ꝓcedit actus in subiecto: ꝛ qualiter potentia precedens actuz reducatur ad actum. ¶Circa qō querūtur duo. ¶Primo vtrum potentiā ꝓcedat actus in eodē subiecto. ¶Secundo vtrum ad hoc ꝙ potentia actiua exeat in actum sufficiat approximatio passiui.

¶Sequitur in philosopho ꝛ Doc. S. ibi. Omnib⁹ aūt existentibus. et Cōmētatore cōmēto. 10. ibi. et cū fuerint.

a **Primū** sic ꝓceditur. Uidetur ꝙ actus non precedat potētiaz. Nam sensus ineſt omni animali: vt supra habitum est in ꝓhemio primi libri. Sensus autem est potentia: vt dicitur hic in textu. Ergo sensuz sine potentiam non precedit aliquis actus siue operatio. ¶Ꝺ 2º. ¶Potentia nutritiua ꝛ augmentatiua est potētia. Et tamen eam nullus actus precedit. Ergo idem quod prius. ¶Sed ꝓtra est hic philosophus cum suis expositoribus. ibi. Omnibus autez potentijs existentibus bijs quidam innatis: vt sensus ꝛc̄.

Respōdeo dicendum fm philosophum et Cōmētatorem. cōmento. 10. vt et hic deducit Doc. S. ꝙ potentiaz quedā sunt ꝓnate. i. innate a natura bijs quorum sunt potentie. Sicut sensus ineſt naturaliter animalibus: vt voluerūt duo argumenta adducta. Quedaz vero sunt potentie que per cōsuetudinem acquirūntur. Sicuti ars tubicinandi ꝛ alie huiusmodi artes operatiue. Alie autez sunt potentie que acquiruntur per scientiam ꝛ doctrinam siue disciplinaz. Sicut medicina ꝛ alie huiusmodi artes. ¶Quādo ergo queritur vtrum actus precedant potentias dicendū est cum distinctione: quia dupler est actus. Nam quidaz est actus primus. vz forma substantialis. Et talis actus precedit quālibet potentiaz: sicut substātia precedit accidēs. Alius est actus secundus qui dicitur operatio cōsequens formam. Et talem actum precedere potentiam potest intelligi dupliciter. Uno modo loquēdo de potentijs naturaliter inditis. Et talēs actus secūdi non precedunt tales potentias. Sicut pz de visu. Non enim aliquis videndo acquirit sensuz visus. Sed econuerso ex hoc ꝙ habet potentiam visiuaz: fit actu videns. Alio modo possumus loqui de potentia que per cōsuetudinem aut per scientiam ꝛ doctrinam nobis insunt. Et tales potentias necessario precedunt actus. Necesse est enim primo preagere ꝛ ꝓexercitari in earuz actibus anteq̄z acquirantur similes potentie. Sicut tubicinando aliquis efficitur tubicinator: et citharizando citharista: ꝛ cōsiderando vel cōficiendo medicinalia fit aliquis medicus. Necesse est enim principia alicuius precedere id cuius sunt principia: vt de se manifestum est. In aliquibus ergo actus precedit potentiam: in aliquibus vero non: vt declaratum est. ¶Ad argumēta igitur pz solutio ex dictis.

¶Segtur in philosopho et Doctore Sancto ibi. Quoniam autez possibile. Et ī Cōmentatore. cōmento. 10. ibi. Et cum possibile est aliquid.

a **Ꝺ secundum** sic ꝓceditur. Uidet ꝙ ad hoc ꝙ potentia actiua reducatur ad actum: non sufficiat approximatio passiui. Nam edificator nō semper edificat quādo sibi materia appropinquat. Ergo talis approximatio non sufficit: vt potentia actiua exeat in actum. ¶Ꝺ 2º. Si combustibile aquosum apponatur igni: non est necesse ꝙ ignis comburat ipsum. Ergo idez quod prius. ¶Ꝺ 3º. Si sic: sequeretur ꝙ potentia rationalis simul faceret contraria. Quod est impossibile. ¶Patet sequela: quia potentia rationalis vt supra concessum est. q. 2. ar. pº. se habet ad oppositа. ¶Potest ergo esse approximatio cōtrariorum ad illam potentiam. Et sic si talis approximatio sufficiat: vt potentia exeat in actum poterit simul facere contraria. ¶Sed contra est philosophus in textu ibi. Quoniam autez possibile ꝛc̄. Et paulo post. Tales quidem potentias necesse quādo vt possunt actiuum et passiuum appropinquant: hoc quidez facere: illud vero pati ꝛc̄.

Respondeo dicendum ꝙ potentiarū quedam sunt irrationales quedaz vero rationales: vt supra declaratum est. q. 2. arº. pº. In potentijs igitur irrationalib⁹ necesse est quando passiuuz appropinquat actuo in illa dispositione qua passiuuz potest pati ꝛ actiuum potest agere: ꝙ vnuz patiatur ꝛ aliud agat. vt quādo combustibile applicatur igni in tali dispositione necesse est ꝙ ignis agat et combustibile patiatur. In potentijs autem rationalibus hoc non est necessariuz. Non enim necesse est edificatorem edificare quantūcūqz materia sibi appropinquet. Ratio primi est: quia possibile irrationales ita se habent ꝙ vna est factiua tm̄ vnius. Et ideo presente passiuo necesse est ꝙ faciat illud vnum cuius est factiua. Ratio secundi est: quia vna et eadez potentia rationalis est factiua cōtrariorum: vt supra habituz est. Si igitur necesse esset ꝙ ꝑsente passiuo faceret illud cuius est factiua: sequeretur ꝙ simul faceret contraria. Quod est impossibile. Sicut medicus simul induceret sanitatem ꝛ egritudinem. ¶Considerandum autem est hic primo fm philosophum ꝛ Docto. Sanctū. ꝙ in ratione possibilis oportet multa considerare. Non enim dicitur possibile respectu cuiuscunqz: sed respectu alicuius determinati. Unde vt dicit textus oportet possibile esse aliquod possibile: vtputa ambulare sedere vel stare. Similiter etiam quod potest aliquid facere vel pati non potest illud quocūqz tempore facere vel pati. Sicut arbor non potest quolibet tempore fructificare: sed tempore determinato. Cum ergo dicitur aliquid esse possibile oportet determinare quādo sit possibile. Similiter etiā oportet determinare quomodo sit possibile. Non enim quocunqz modo potest aliquis agere aliquid vel pati. Sicut aliquis potest sic ambulare. s. tarde: non autem velociter. Et simile est de alijs circūstantijs que consueuerunt determinari in diffinitionibus rerum. s. quo instrumento quo loco et huiusmodi. ¶Considerandum vlterius est secō fm philosophum ꝛ Docto. San. ibidem ꝙ quedam sunt possibilia mouere fm rationem: ꝛ potentie horum possibilium dicuntur rationales. Quedaz vero sunt possibilia mouere non fm rationem. Et horum potentie dicuntur irrationales. ¶Potentie vero rationales non possunt esse nisi in rebus animatis. Sed potentie irrationales sunt in ambobus. vz in rebus aīatis ꝛ in reb⁹ inaīatis: et nō solū in plātis et bruis aīalib⁹ q̄ rōne carent: sz et

in ipsis hominib⁹: in quibus inueniuntur quedam princi
pia actionum ⁊ passionum que sunt sine ratiõe vt sunt po
tentia nutritiua ⁊ augmentatiua ⁊ generatiua ⁊ alia hu
iusmodi. ¶Considerandum vlterius est: tertio ſm eun
dem ibidem ꝙ cum potentia rationalis se habeat com
muniter ad duo contraria: ⁊ a causa cõmuni non ꝓcedat
effectus determinatus: nisi sit aliquod ꝓprium quod
causam communem ad hunc effectum determinet ma
gis q̃ ad illum: necesse est preter potentiam rationalem
que est cõmunis ad duo ꝺria poni aliqd qõ appropriet
eam ad alterum faciendu ad hoc ꝙ exeat in actu. ¶Hoc
autem est appetitus qui pertinet ad irascibilem aut con
cupiscibilem: siue proheresis. i. electio que ptinet ad ra
tionem. ¶Qõ enim aliquis ꝺsiderat hoc facit: ita tamen si
existat in tali dispositione qua potens est agere: ⁊ si passi
uum sibi adsit cuꝫ ceteris circũstantijs. Unde sicut potẽs
potentia irrationali necessario agit passiuo appropinquã
te: ita omne potens agere ſm rõnem necesse est ꝙ faciat
quando ꝺsiderat illud cuius habet potentiã: ⁊ eo modo
quo habet. ¶Habet autẽ potentiam faciendi: cuꝫ passiuũ
presens fuerit: et ita se habet ꝙ possit pati: als facere non
posset. ¶Et si arguatur. ¶Potens agere ſm rationeꝫ põt
impediri ab aliquo exteriori ꝓhibente. Ergo non omne
potens agere ſm rõneꝫ quando ꝺsiderat necessario agit.
¶Ad hoc respondet pbus dicens ꝙ tale potẽs agere ſꝫ
rationem passio presente quãdo ꝺsiderat necessario agit:
si vt dictum est habeat potentiam que sit sufficiẽs ad agẽ
dum. Sed hoc nõ est quolibet modo: vt ex adductis pꝫ.
Unde per circũstantias iam positas excluduntur ea que
exterius prohibent. ¶Nam ea que exterius prohibent: re
mouent aliquas circũstantias earuꝫ que posite sunt supi⁹
in determinatione possibilis. q. 3. ar. 2. vt. s. ꝙ vel non sit
possibile nũc vel non sit possibile hoc modo: vel ꝙliquid
aliud huiusmodi. ¶Hec omnia Doc. S. ſm ꝙsniam phy
losophi ⁊ Cõmẽtatoris.

Ad primum igitur dicendum ꝙ argumen
Respōdeo dicenduz ut ad lōgum declaratū est in. 5°. huius eodem titulo. q. 22. articulo. 2°. ⁊. 3°. Et similiter in sex principijs q̄ actio transiens potest dupliciter ꝓsiderari. Uno° pro eo quod ab agente ꝓducitur in passo. Et sic actio est subiective in patiente. Et isto° loquitur hic philosophus. Alio modo cōsiderat ⁊ accipitur actio pro actione predicamentali: videlicet pro ipsa introductione forme que forma ab eo agente per illam introductionez suscipitur in patiēte. Et talis actio: cum sit perfectio agentis ipsum denominans est subiective in agente sm Doctorez Sanctuz ut ad lōgum vbi supra ꝓbatum est. Unde hic nō debet protrahi sermo de hac materia. ¶ Cōsideranduz tamen est hic primo sm Scotum ⁊ Anto. Andree q̄ actio potest tripliciter cōsiderari: videlicet duobus modis supra assignatis. Tertio modo pōt accipi pro respectu transmutantis ad transmutatum: sm q̄ actio differt ab actore sex principiorum: videlicet q̄ actio est sm quam in id qō subijcit agere dicunt. Et hec actio: ut ipsi dicūt est actio proprie dicta de genere actionis que est predicamentū p se: que formaliter est solum respectus fundatus super principiū qō est potētia actiua. Hec prefatus Anto. Andree in hoc nono questione vltima. ¶ Et quādo obijcitur ei. Si actio predicamentalis solum formaliter esset respectus: sequeret q̄ actio esset species relationis. Et sic nō esset predicamentuz distinctuz a predicamēto relationis. ¶ Ad hoc respōdet dicens q̄ respectus est duplex in genere. Unus intrinsecus adueniens: alius extrinsecus adueniens. Uoco dicit ipse respectuz intrinsecus aduenientem: cui necessario sequit ambo extrema posita in actu. Et talis respectus tantū est de genere relatiōis. Uocō autem respectum extrinsecus aduenientem qui nō sequitur necessario extrema: etiaz ambo simul posita in actu. Sub quo membro cadūt sex vltima principia: de quibus loquit auctore sex principiorum. Hoc enim patet de actione ⁊ passione. Est enim actiuz ⁊ passiuz esse: scilicet q̄ agens sit illud a quo transmutat: nec passiuz sit etiam approximata: ⁊ tamen nō habere istum respectuz illud qō ab ipso transmutat: puta si sit aliquod impedies actionem. Et pro tanto ista sex principia nō sunt species relationis: quia relatio dicit respectus intrinsecus adueniētes. Sex vero principia dicunt respectus extrinsecus adueniētes. Hec ille formaliter. ¶ Sed contra hoc arguitur. Nam si actio predicamentalis solum de suo significato formali diceret respectum: esset predicamentū mere respectiuū. Quod est cōtra omnes philosophantes. ¶ 2°. Sequeret etiam q̄ talis relatio esset relatio fz esse. Et per cōsequens aliqua relatio fm esse realis: non ponerēt in predicamento ad aliquid. Quod est otra principem in predicamentis. ¶ 3°. Paternitas fundat nō super potētia generandi: tanq̄ super proximo fundamento sm ipsum: sed super genuisse. Alias in filio hodie natus esset paternitas formaliter: cum in ipso sit potētia generandi. Quod est etiā contra ipsum. Sequit ergo q̄ actio nō solum formaliter dicit relationem: sed dicit fundamentū relationis: vt expresse in. 5°. huius vult Aristotiles. ¶ Dicendum est ergo q̄ actio predicamentalis dicit de suo significato formali aliquid absolutum ad qō necessario sequitur quidaz respectus realis de genere relationis vt diffuse declaratum est in questionibus superius auctore sex principiorum. q. 3. Eam si placet diligenter videatis. ¶ Cōsiderandum vlterius est secūdo q̄ dominus Antonellus adducit hic Herueum ⁊ Franciscum de Mayronis iferens q̄ opinio Antonij Andree valida ⁊ quia multum enactuat difficultatem distinctio quam adducit quia actio dicit quendaz respectum qui est subiective in agente. Unde cōcludit q̄ omnis actio est in agēte subiective. ¶ Sed lz veruz sit q̄ quelibet actio sit in agēte subiective: tamen falsum est q̄ actio predicamentalis dicat de suo significato formali solum respectum vt ipse

concordans

pcordans cum Antonio Andree asserit: ſm q̄ ad lōgum declaratum est in .5°. huius vbi supra: ⁊ in questionib⁹ super sex principia vbi supra. ¶ Ad argumenta autem pro vtraq3 parte adducta: patet solutio ex dictis.

¶ Questio .10ª. De prioritate actus ad potentiā quātuz ad cōparationez sempiternoz̄ ad corruptibilia.

e **Consequenter** cōsiderā/dum re/stat de prioritate actus ad potentiaz ſm cōparationez sempiternoz̄ ad corrupti bilia que quādoq3 sunt ⁊ quandoq3 nō sunt. Circa q̄ queruntˢ duo. ¶ Primo vtrum in hijs que sunt sempiterna sit aliqua potentia. ¶ Secūdo impertinenter vtruz actus rectus ⁊ actus re flexus sint vnus actus numero.

¶ Sequitur in phylosopho ⁊ Doc. S. ibi. At vero ma gis. Et i cōmentatore cōmento .17. ibi. Manifestum ⁊c̄. ⁊ est. 2 lectio .9.

a **Ad primū** sic ꝓceditur. Videt q̄ in sempiternis sit aliqua po tentia. Nam deus est sempiternus nō solum ſm fidem: sed etiam ſm phylosophū .12. hu/ius ⁊ octauo physicoz. Sed in deo est potētia nō qualis/cunq3 sed infinita: vt dicit pbus vbi supra: ⁊ Docto. S. pbat in questionibus de potētia. q. prima. ar. 2°. p totuz. Ergo ⁊c̄. ¶ Ꝺ 2°. In perpetuis est esse: vt de se pz. Sz in perpetuis nō differunt esse ⁊ posse ſm principem .3°. physicoz. Ergo in perpetuis est potētia. ¶ Sed dicebat Doc. S. dicit i de potētia. q. prima. ar. primo ad .6ᵐ q̄ illa auctoritas habet intelligi de potētia passiua: q̄ non habet locū in perpetuis. ¶ Cōtra: quia vt assumptū est in ꝑpetuis est esse potissime in deo cuius essentia est sum esse: vt infra patebit in .12. huius. q. 8. ar. primo. Si ergo illa auctoritas intelligit de potentia passiua: sequit q̄ in deo est potentia passiua: ⁊ nō solum actiua. ¶ Ꝺ 2°. In/telligentia mouet vltimaz speram. Mā autez mouet sine aliqua potentia. Ergo cuz angeli sint ꝑpetui: sequit q̄ in sempiternis est potētia. ¶ Sed dicebat q̄ in sempiternis bene est potētia actiua: nō antez passiua. ¶ Cōtra: quia in angelis est intelleetus vt de se pz: cum sint substātie intel lectuales: sed intellectus est potētia passiua: vt pz .3°. de anima. Ergo in eis est potentia passiua. ¶ Ꝺ 2°. Angeli mouent celuz per volūtatem. Sed volūtas est potentia passiua sicut ⁊ intellectus: vt pz per pbm vbi immediate su pra. Ergo idem q̄ prius. ¶ Ꝺ 3°. Quicqd est in creatu ra: eminētiori modo est in creatore. Sed potētia passiua reperit in creaturis. Ergo ⁊ in creatore qui est ens sum me sempiternū. ¶ Ꝺ 4°. Coꝛpora celestia sunt ꝑpetua ſm pbm. Sed in ipsis reperit materia. Mā autē est poª passiua. Ergo in ꝑpetuis reperit poª passiua. ¶ Sed cō tra est pbus in p̄senti capl̄o: ibi. At vero magis ⁊c̄.

Respondeo dicendū q̄ in sempiternis esse potentiaz p̄t intelligi duplr. Uno° loquēdo de potētia actiua. Et sic in eis bene est po tentia: vt argumēta adducta pro maiori parte voluerunt. Alio° loquendo de potētia passiua. Et hoc duplr. Uno° loquēdo de potentia passiua pro passione pfectiua. Et sic etiā in sempiternis est potētia. Alio° loquendo de poten tia passiua: passione corruptiua. Et hoc duplr. Uno mo do loquendo de potētia passiua que est prīnᵐ corruptio nis accidentalis siue ſm quid. Et sic etiā in sempiternis p participationez est potētia passiua. Manifestū est. n. q̄ sol existens in oriente est in potētia ad esse in occidente: ⁊ aliquādo est actu ibidē. Alio° loquendo de potētia passi na que est principiū corruptionis simpliciter: vz potētia qua aliquid p̄t esse ⁊ nō esse simpliciter. Et istoˢ in sem piternis nō est potētia. Quod ꝓbat ſm pbm quēadmō dum deducit hic Doc. S. Nam oīs talis potentia simul est cōtradictionis: q̄ ſm eam aliquid est possibile esse ⁊ nō esse vel simpliciter vel ſm quid. Mā q̄ nō est possi bile esse: est impossibile esse: ⁊ p ꝓsequens est necesse nō esse. Id autez q̄ possibile est esse: cōtingit ⁊ nō esse in ac tu. Et sic potētia simul ꝓtradictionis est: q̄ idem est i po tentia ad esse ⁊ nō ad esse. Quod antē p̄t nō esse: cōtingit nō esse: per regulā equipollentiarū. Quod autē cōtingit nō esse: est corruptibile. Relinquit ergo q̄ illud in quo est talis potētia est corruptibile. Sed ea que sunt sempi terna sunt incorruptibilia. Ergo in eis nō est talis potētia. ¶ Et licet in eis sit potentia ad nō esse ſm quid: in tali: videlicet vel tali vbi absolute loquēdo: nō tamē ꝓsiderē tur sempiterna vt sempiterna sunt. Sed inquantū huius modi sunt in actu. ¶ Ex hac ꝓbatione infert q̄ vna ꝓbatio qua ꝓbatur q̄ actus precedit potentiā subst̄ātia ⁊ ꝑfectio ne. Que ratio talis est. Mā sempiterna sunt prioza corru ptibilibus subst̄ātia ⁊ perfectiōe. Sed sempiterna cōpa rant ad corruptibilia sicut actus ad potentiaz: quia vt di ctuz est: sempiterna inquantū huiusmodi nō sunt in potē tia sed soluz in actu. Corruptibilia vero sunt in potentia. Ergo ⁊c̄. ¶ Per hanc vero rationē dicit phylosophus q̄ euidentius est magis ꝓprie ostendit ꝓpositum: vz q̄ actus precedit potentiā quia hic nō assumit actus ⁊ potē tia ad eosdez: sed in diuersis. Quod facit magis ad euidē tiaz rōnis. ¶ Ex predictis duo iſert pbus. ¶ Primo q̄ si omne qđ est in potentia est corruptibile: sequit q̄ nullus incorruptibile simplr p̄t fieri ens in poª simplr: vt acci piamus. Dicit Doc. S. incorruptibile simplr ⁊ ens in potētia simplr ſm sbam. Nihil tamē ꝓhibet id qđ est in corruptibile simplr: esse ens in potētia fz qđ: vt ſm qua e aut vbi: vt luna est in potentia vt sit illustrata a sole. Et sol est in potētia cuz est in oriēte vt sit in occidēte. Ex qui bus pz q̄ oīa sempiterna inquantum hmōi: sunt in actu. ¶ Secūdo iſert pbus q̄ lz in ipsis rebus corruptibilib⁹ sint aliqua necessaria vt hoiem eē aīal ⁊ omne totū eē ma ius sua pte: tñ sicut dictū est de sempiternis: ita nec aliqd eoz̄ que sunt ex necessitate est in potētia. Que. n. necessā/ria sunt semp sunt in actu: ⁊ nō possunt esse ⁊ nō esse. Sz sunt prima iter omnia: q̄ eis ablatis nihil remāet alioz: vtpote si tollerent essentialia p̄dicata que necessario p̄di cant: nō possent inesse in actu p̄dicata accidētialia: que cō/tingit in esse ⁊ nō in esse. Hec oīa Doc. S. hic ſm pbm. ¶ Patet ergo q̄ nō solū rōne sempiternoz̄: sed etiam rōne necessarioz̄ ꝓbat actuz prioꝛem esse potētia. ¶ Cō siderandū autē est hic primo ſm pbm vt formalr hic de ducit Doc. S. q̄ idez ꝓcludendū est de motu sempiter/no qđ cōclusum est de substantijs sepatis ⁊ sempiternis quia si aliquis motus est sempiternus ille motus nō est in potētia neq3 id qđ sic mouet est in potētia ad motum. Sed bene est in potētia vt ab hoc i illud transeat. Cū. n. motus sit actus existētis in potētia opz oē qđ mouet esse in potētia ad terminuz motus. Mō autē ad ipsum moue ri sed ad aliqđ vbi quo tēdit p ipsum motū. Et q̄ id qđ mouetur oportet habere mām: nihil ꝓhibet id quod mouet motu sempiterno habere māz: q̄ lz nō sit in poª ad moueri: est tñ in poª ad hoc vel ad illud vbi. ¶ Con/siderandus vlterius est hic sēdo ſm pbm: q̄ q̄ nihil qđ mouet motu sempiterno est in poª ad ipm moueri: vt di ctum est motus ät celi est sempitern⁹ ſm q̄ ad longum deducit et declarat .8°. physicoz. sequit q̄ sol et astra ⁊ totū celū semp agunt. Semp. n. mouent: ⁊ p motū suuz agunt. Unde nō est tenendū: vt aliqui nāles dixerunt q̄ ꝑpter litē aut amicitiā aliqđ mot⁹ stet: sicut fuit Empedo cles et sequaces ei⁹: q̄ ꝑpter motū eoz̄ nō laborant: cuz vt dictū est in eis nō sit poª ꝺdictionis vt moueant et nō moueant sicut accidit in reb⁹ corruptibilib⁹ quēadmodū declarat in libro de celo et mundo. Qđ autē hic dicit de motu celi et de ꝑpetuitate eius debet intelligi: vt dicit hic Doc. S. ſm q̄uenientiā nāleꝛ coꝛporis celestis quaz experti sum⁹. Unde hoc nō ꝓeiudicat diuine volūtati a qua dependet motus celi et esse eius. ¶ Considerandus vlteri⁹ est hic .2°. ſm pbm q̄ coꝛpora corruptibilia quoꝛ vz esse est in trāsmutatione imitant coꝛpora incoꝛruptibi/lia in hoc q̄ semp agunt sicut ignis qui ſm se semp cale/

facit: et terra que fm se semper facit ppias operationes naturales. Et hoc ideo est quia habent motū ⁊ operationem suam ppriam fm se ⁊ in eis: inquantuz. s. forme earum sunt principia talium motuū ⁊ operationum. ¶ Cōsiderandum vlterius est quarto q potētie rationales sunt cōtradictionis ex eo q possunt agere siue moueri sic aut nō sic vt superius declaratum est. q. 2. ar. 2. Sed potentie irrationales operantur vno modo tantū. Sed ⁊ ipse omnes sunt cōtradictionis p hoc q possunt ad esse ⁊ non eē: sicut animal pōt amittere potentiā visiuam. Hec omnia Doc. S. in lectione formaliter fm sententiaz phylosophi ⁊ cōmentatoris. ¶ Cōsiderandum finaliter est hic. 5°. fm eundē q Plato posuit formas separatas quas maxime dicebat esse actu: sicut posuit scientiā separatam quam vocabat p se scientiā. Et dicebat vt recitat hic phylosophus q hoc erat principalissimū in genere scibiliū: ⁊ similiter per se motū in genere mobiliū. ¶ Sed si hec essent vera: sequeret fm premissa q aliquid erit primo in genere scibilium q̄z q per se sciatur vel q̄z q sit scientia. Ostē sum est enim q actus prior est perfectione q̄z potentia. Scientia autē ipsa est quedam potētia. Unde cōsideratio que est actus eius erit ea prior ⁊ potior. ¶ Sed ista cauillatio phylosophi contra Platonē nō militata: vt alias satis deductum est in primo. q. 12. ar. 2. ¶ Ad argumēta autē omnia in capite articuli adducta pz solutio ex dictis. ¶ Sequitur in Doc. S. vbi supra impertinēter tamen.

a **D secundum** sic pceditur. Uidetur q actus directus ⁊ actus reflexus eiusdem potentie sint vnus actus numero. Maz Doc. S. in primo sententiarū di. prima. q. 2. ar. primo ad secundū sic ait circa finem illius solutionis. Eadez operatione intelligo intelligibile ⁊ intelligo me intelligere. Hec ille. Sed actꝰ quo intellectus intelligit suū obiectū siue intelligibile est actus rectus vt de se patet. Actus vero quo intelligit sunz intelligere intelligendo suum obiectū est actus reflexus. Ergo idē numero est actus rectus ⁊ reflexus fm Doc. Sanctū. ¶ Ꝑ secūdo. In primo sententiarū di. 10. ar. 5. ad secundum circa principium sic ait: q in inferioribus alio actu potentia nō ferē in obiectū ⁊ alio actu ad actuz suū. Eodem. n. actu intellectus intelligit se ⁊ intelligit suum intelligere. Hec ille. Sequit ergo idem qō prius fm premissaz suppositionē: vz q actus rectus est idem numero cum actu reflexo. ¶ Ꝑ tertio. Ut supra cōcessum est idē actus numero ipsius intellectus est abstrahere aliquid a fantasmatibus: ⁊ cōuertere se ad fantasmata. Sed actus primus est rectus cū intellectus referē ad obiectū. Alius vero est reflexus cum p supra cōcessa in. 7°. huius fantasmata sint singularia nō intelligantur nisi reflexe. Ergo idē qō prius. ¶ Sed in ꝓtrariuz arguit. Nihil enim prius est seipso. Sed actus rectus est prior actu reflexo: sicut linea recta prior est linea curua. Ergo impossibile est dicere q idez actus numero sit actus rectus ⁊ reflexus ¶ Ꝑ secūdo. Idez vult Doc. S. in prima parte. q. 87. ar. 3. in solutione ad secundū vbi sic ait. Ipsuz intelligere humanuz nō est actus ⁊ perfectio nature mālis intellecte: vt sic possit vno actu intelligi natura rei materialis ⁊ ipsuz itelligere: sicut vno actu intelligit res cū sua pfectione. Unde alius est actus quo itellectus intelligit lapidē: ⁊ alius est actus quo intelligit se intelligere lapidē. Hec ille. Et tamē ppter hoc nō sequit q in itellectu nō est ire in infinituz in actu sed in potētia trū. Quod nō est incōueniens. Sequit ergo q alius est actus rectus ipsius intellectus ⁊ alius reflexus fm ipsum. ¶ Ꝑ tertio. Intellectus cognoscit suū obiectū primo. Sed lz possit intelligere sunz actum nō tamē primo: cū actus nō sit obiectum eius. Ergo alius est actus quo intellectus intelligit suū obiectū: ⁊ alius quo intelligit sunz intelligere. Quod vero nō possit intelligere suū actum primo patet p Doc. S. in pria parte vbi imediate supra in solutione ad primū: vbi sic ait. Obiectum intellectus est quoddā cōmune. s. ens ⁊ verū sub quo cōprehenditur ipse actus intelligendi. Unde intellectus potest sunz actum cognoscere: sed nō primo: quia nec primum obiectuz intellectus nostri fm presentez statum est quodlibet ens ⁊ verum: sed ens ⁊ verum prout est in rebus materialibus: ex quo in cognitionē aliuz ratum deuenit. Hec ille formaliter. ¶ Ꝑ quarto. Idē vult Doc. San. vbi imediate supra in corpore. Dicit. n. ibi. Et si aliud sit in angelo fm rationem qō intelligat se intelligere ⁊ q intelligat suam essentiam: tamen simul in vno actu vtrūqz intelligit: quia hoc qō est intelligere suā essentiam est ppria perfectio siue essentie. Simul autē ⁊ vno actu intelligit res cum sua perfectione. Sed id qō primo cognoscit ab intellectu humano est obiectū eius: videlicet natura rei materialis. Et secūdario cognoscit eius actus quo cognoscit obiectuz. Et per actum cognoscitur ipse intellectus: cuius est pfectio ipsum intelligere. Hec ille. Ergo idem quod prius. ¶ Ꝑ quinto Phylosophus dicit tertio de anima q ab intellectu obiecta precognoscuntur actibus ⁊ actus potentijs: vt etiam addu-cit Doc. San. vbi imediate supra. Ergo nō est idē actus numero quo intelligit directe suum obiectum ⁊ indirecte suum actuz: quia idem in numero nō est prius seipso ⁊ posterius vt adductum est. ¶ Ꝑ sexto. Eiusdem sententie est Doc. San. in prima parte. q. 28. articulo vltimo ad secundum vbi sic ait. Rationes intelligibiles hominis in infinitum multiplicantur: quia alio actu intelligit homo lapidem: ⁊ alio actu intelligit se intelligere: ⁊ sic in infinituz. Hec ille formaliter. Ergo ⁊c. ¶ Ꝑ septimo. Idem innuit Doc. San. in 1ª 2ᵉ. q. prima articulo. 4. ad vltimum: quantum ad ipsam reflexionem. Dicit enim ibidem sic. Illa multiplicatio actuum voluntatis reflexe supra seipsam per accidens se habet ad ordinem finiuz. Quod patet ex hoc q circa vnum ⁊ eundem finem in differenter semel vel pluries supra seipsam voluntas reflectitur. Idem innuit in alijs pluribus locis: que nimiū esset prolixum ⁊ inutile narrare: cum omnia vnica solutione soluantur.

Respōdeo dicendum q ppter dicta Doc. San. ad vtranqz partem addu-cta nōnulli nescio quo spiritu sibi imponere volunt q ipse in suis dictis sibiipsi cōtradicit. Quod nephas est dicere. Si enim quis dicta Doc. Sanc. diligenter absqz emulatione considerare velit: nullam in dictis suis contradictionem reperiet: considerando cōditiones omnes requisitas ad veram contradictionem. Unde considerandum est pro concordia eorum que assumpta sunt in obiectionibus q sicut imago vel species alicuius hominis potest psiderari dupliciter: ita ⁊ actus ipsius intellectus. Uno enim modo potest considerari species alicuius in quantum est similitudo eius. Et sic eodem actu numero intelligitur res ipsa ⁊ eius species. Alio modo potest cōsiderari species siue imago rei fm q est res quedam ⁊ nō inquantum est similitudo alicuius rei cuius est spēs. Et isto modo alio actu ⁊ alia conuersione intellectus cōuertitur ad intelligibile: ⁊ alia ad speciem ipsam. Similiter intelligendum est de actu specie habitu ⁊ potētia intellectus ⁊ essentia anime intellectiue. Hanc sententiaz innuit Doc. San. in primo sententiarum di. 27. questio. secunda articulo tertio in corpore: vbi sic ait. In speciem vel imaginem contingit fieri conuersionem dupliciter. Uel fm q est species talis rei. Et tunc eadem est conuersio in speciem rei ⁊ rem ipsam. Uel secundum q est res quedam. Et sic non oportet q eadem cōuersione cōuertatur quis per intellectum in speciem rei ⁊ rem: sicut quando aliquis cōsiderat imaginem inquantum est corpus lapidem: ⁊ inquantū est sortis similitudo vel Platonis. Hec ille. Et similiter sentiendum est de actu. ¶ Idem tangit ipse vbi imediate supra in solutione ad quartum vbi sic ait. Artifex potest cōuerti ad speciē que apud ipsum est tripliciter. Uel fm q est similitudo rei fiende per ipsum. Uel absolute cōuertitur in rem artificiatam nullā cōsiderationem habens de arte sua. Uel in speciez artis fm esse quod habet in anima eius. Et sic est absoluta

absoluta consideratio ipsius speciei secundum q̄ est res quedam. Nec tunc aliquid de re artificiata considerat aut comparando vnum ad aliud. Hec ille. ¶ Simile in dictum est de intellectu speculatiuo per respectum ad speciem ⁊ ad obiectum vt declaratum est supra in sexto huius questione secunda articulo secundo ⁊ tertio. Et in quolibetis illo quolibeto an methaphysica sit scientia speculatiua vel practica. Si placet ibi vide. ¶ Idem innuit ipse in primo sententiarum distinctio. 17. questione prima articulo quinto ad quartum quia actus rectus potest cōsiderari dupliciter. Uno modo vt ratio qua potentia fertur in suum obiectum. Et sic actus rectus quo potentia respicit obiectum ⁊ actus reflexus quo potentia fertur super actum suum sunt idem actus numero. Alio modo secundum q̄ actus rectus accipitur vt quoddam obiectum eiusdem potentie. Et sic nō sunt idem actus numero. Unde ibidem sic ait. Actus dilectionis secundum q̄ tendit in alterum cōstat q̄ differt numero ab actu dilectionis qui in alio diligitur siue diligatur vt obiectum siue vt ratio diligendi. Sed quia animā suam etiā potest aliquis ex caritate diligere: potest etiam ex caritate actum sue caritatis diligere. Et tunc distinguendum est. Quia vel dilectio fertur in actum dilectionis proprium sicut in rationem dilectionis tantum. Et sic cōstat q̄ eodem actu numero diligitur diligens ⁊ actus eius. Et sic idem actus diligitur per actum qui est ipse. Uel diligitur vt obiectū dilectionis. Et sic est alius actus dilectionis in numero qui diligitur ⁊ quo diligit: sicut patet plenius in actu intellectus. Cum enim actus distinguantur per obiecta: oportet dicere diuersos actus qui terminantur ad obiecta diuersa. Unde sicut sunt diuersi actus quibus intellectus intelligit equum ⁊ hominem: ita sunt diuersi actus in numero quo intelligit equum ⁊ quo intelligit actum illius. Sed sub ratione actus nō est incōueniens q̄ in actibus anime eatur in infinitum in potentia: dūmodo actus nō sint infiniti in actu. Hec ille. ¶ Ad rationes igitur vtriusq̄ partis patet solutio ex dictis in hoc articulo: ⁊ etiam ex hijs que dicta sunt in secundo methaphysice questione tertia articulo primo ad quartum ⁊ in quarto methaphysice questione septima articulo secundo vbi etiam de hac materia tractatum est ad aliud ꝓpositum.

¶ Questio. 11ª. De comparatione actus ad potentiam secundum bonum ⁊ malum.

d **Deinde** cōsiderandum restat de cōparatione actus ad potentiam quantum ad eorum obiecta. ¶ Circa quod duplex occurrit consideratio. ¶ Nam primo cōsiderandum est de cōparatione actus ad potentiam secundum bonum ⁊ malum. ¶ Secundo de cōparatione eorūdem secundum verum ⁊ falsum: ibi. Inueniuntur autem Dyamo vtrum in bonis melior siue prior sit actus q̄m potētia. ¶ Circa primum queruntur duo. ¶ Primo vtrum in malis actus sit posterior potentia. ¶ Secundo vtrum in bonis melior siue prior sit actus q̄m potētia. ¶ Sequitur in philosopho ⁊ Docto. San. ibi. Quoniam autem actus melior ⁊c. ⁊ est Lectio. 10.

a **D primū** sic proceditur. Uidetur primo q̄ in bonis nō sit actus prior potentia. Nā principium semper precedit principiatum. Sed potentia est principium ipsius actus etiam in bonis. Ergo potentia in bonis precedit actum ⁊ nō econuerso. ¶ Ꝑ secundo. Sicut potentia est cōtrariorum: ita ⁊ actus. Aliter actus non corresponderet potētie. Ergo propter hanc rationē quā adducit hic philosophus actus nō potius precedit potentiam q̄m econuerso. ¶ Sed cōtra est philosophus i tex tu: ibi. Quoniam autem actus melior est ⁊ nobilior potētia nobili: manifestum est ex hijs sermonibus ⁊c.

Respondeo dicendum q̄ postq̄m philosophus in superioribus determinauit de actu ⁊ potentia secundum prius ⁊ posterius cōparando actum ad potentiam multis modis: hic ꝓsequēter comparat actum ad potentiam secundum bonum ⁊ malum. De quorum secunda comparatione in sequenti articulo videbitur. ¶ Prima ergo cōclusio est talis que est responsiua ad quesitum: videlicet q̄ in bonis actus melior ⁊ prior potentia. Que cōclusio sic probatur secūdum philosophum vt deducit hic Doc. S. Nam illud quod est simpliciter ⁊ per se bonum: est melius eo quod est secundum quid bonum: videlicet bonum coniunctum malo: vt de se patet ex libris ethycor. Sed id quod est bonum in actu est tantum simpliciter ⁊ per se bonum. Illud vero quod est in potentia bonum se habet similiter ad vtrūlibet tam videlicet ad bonū q̄m ad malum: ⁊ vtrūq̄ habet secundum quid: neutrum vero simpliciter habet: qđ est esse in actu. Sequitur ergo q̄ actus est melior ⁊ per cōsequens prior ipsa potentia. Declaratio medie est talis. Nam id quod est in potentia idem est existens in potentia ad cōtraria simul: sicut id quod potest cōualescere: hoc idē potest infirmari ⁊ simul est in potētia ad vtrūq̄. Et hoc ideo quia eadem est potentia eiusdem vt conualescendi ⁊ laborandi quiescendi ⁊ mouendi ⁊ aliorum huiusmodi oppositorum. Ex quo patet q̄ aliquid simul potest cōtraria. Sed cōtraria nō possunt simul esse actu vt ꝓbatum est supra in quinto huius. q. 9. ar. 7. Cōtrariorū igitur vtrūq̄ seorsum est. Hoc quidem est bonum vt sanum: aliud vero est malum vt infirmum. Nam semper in cōtrarijs vnum est vt deficiens: quod ad malum pertinet: aliud vero vt non deficiens: quod ad bonum pertinet. Relinquitur ergo q̄ id quod est bonum in actu: est tantum bonum. Sed id quod est in potentia bonum: simul se habet ad vtrūq̄: ⁊ est bonum secundū quid: quod est esse in potentia. Habet autem neutrum simpliciter: quod est esse in actu. Quod fuit declarandum ex parte minoris ipsius ꝓbationis cōclusionis. ¶ Ex quo sequitur q̄ i bonis actus est prior potentia. Nam ea que sunt meliora ⁊ digniora: sunt priora vt patuit in post predicamentis ⁊ in libro de quotiens: videlicet in quinto huius capitulo prius. Sed vt deductum est actus in bonis est melior potentia. Ergo correlarium est verum. ¶ Cōsiderandum est autem q̄ hic nō accipitur potentia pro potentia actiua: sed pro potentia passiua ad actum secundum: ⁊ nō ad actum primum. Nec etiam accipitur hic malum pro malo morali: similiter neq̄ bonum: sed accipitur hic malum pro omni defectu siue morbis siue entis. ¶ Et cum dicebatur in declaratione medie q̄ id quod est in potentia est idem existens in potentia simul ad ꝓtraria vel q̄ aliquid simul potest cōtraria: ly simul nō habet determinare ly contraria sed habet determinare hoc verbum potest seu hoc est idem in potentia existens. Unde ibi si argueret: cōmitteretur fallacia compositionis. ¶ Ad argumenta vero patet solutio ex dictis.

¶ Sequitur in philosopho ⁊ Docto. San. ibi. Necesse autem ⁊c. Et in Cōmentatore cōmento. 19. circa finem. Lec. 11.

a **D secundū** sic proceditur. Uidetur q̄ econuerso in malis actus non sit prior ⁊ posterior potentia. Nam sicut potentia ad malum potest se habere etiam ad bonum: ita ⁊ actus malus vnus in numero potest esse bonus. Nam occidere est malum secundum se. Et tamen est bonum si fiat ratione completionis iustitie. Ergo non est maior ratio quare in malis potentia sit melior actu q̄m econuerso. ¶ Ꝑ secundo. Ut dicit hic philosophus malum non est natura quedam preter res illas que secundum suam naturam sunt bone. Ergo si actus in bonis vt probatum est in precedenti articulo sit melior potentia sequitur q̄ etiam ita erit in malis. ¶ Ꝑ tertio. Nihil prius debet denominari tale quo ad dignitatem a suo posteriori. Sed vt dicit hic philosophus ⁊ Cōmentator ⁊ Doc. San. malum secundū naturam est posterius q̄m potentia. Ergo ratione mali potentia nō debet dici melior q̄m actus. ¶ Sed cōtra est philosophus

in textu ibi. Neceſſe eſt ⁊ in rebus malis vt actus ⁊ cō pleméntuz ſit peius potentia. Idem enim ⁊c̄.

Reſpondeo dicendū ſecunduz phyloſophum ꝙ in malis actus peior eſt potentia: ⁊ per cōſequens poſterior. Quę cōcluſio probatur ſecunduz phyloſophuz tali ratione. Nā id quod eſt ſimpliciter maluz ⁊ nō ſecundū quid ſe habens ad maluz ⁊ nō eſt in potentia exiſtens ad bonū: eſt peius eo quod eſt maluz ſecunduz quid ⁊ quod ſe habet indifferenter ad maluz ⁊ ad bonum vt de ſe patet. Sed actus malus eſt quoddā maluz ſimpliciter: cum ſit actus maliter maluz quoddaz. Potentia vero ad maluz nūdum habet maluz niſi ſecundū quid: videlicet potentialiter: ⁊ eadem ſe habet ad bonuz ⁊ ad maluz. Nā eadem eſt potentia que eſt ſimul ad contraria. Relinquitur ergo ꝙ actus malus eſt peior potentia ad maluz. Quod claruz eſt. Homo enim actu malus peior eſt homine qui eſt in potentia malus: ⁊ hoc ceteris paribus. Quod notanter dicitur propter ea que declarata ſunt in libris ethycorum. Ex predictis infert phyloſophus duo corrolaria. Quorum primuz eſt: ꝙ ipſum maluz nō eſt quedā natura preter res ipſas: que ſecunduz naturam ſuā ſunt bone. Nam vt dicit Doc. San. ipſuz malum eſt poſterius ſecundū naturaz cū ipſa potētia: quia eius peius ea: ⁊ maluz eſt magis elongatuz a perfectione nature cū ipſa potentia. Unde cum potentia non poſſit eſſe aliquid preter res: multo minus ipſuz maluz. Secunduz corrolariuz eſt ꝙ quia maluz nō eſt niſi propter potentiaz: potentia autez non reperitur in rebus ſempiternis: vt ſupra oſtenſum eſt: ſeqt̄ ꝙ in eis nō erit aliqō malū neqz peccatū neqz aliqua corruptio. Nā corruptio quoddaz malū eſt. Quod intelligenduz eſt vt dicit Doc. San. de ſempiternis inquantuz ſunt ſempiterna ⁊ incorruptibilia. Nam ſecundum quid nihil phibet in eis eſſe corruptionez: vt ſecundū vbi: aut ſecundū aliquid huiuſmodi: vt ſupra declaratum eſt. q. 10. 1. o.

Ad primū igitur dicendum ꝙ licet occidere hominē ratione vindicte: aut rōne iuſtitie ſit idez actus ſecundū ſpeciez nature: eſt tñ alius ⁊ alius actus ſecundū ſpeciem moris: vt expreſſe declarat Doc. San. in 1ª 2ª. q. prima articulo tertio ad tertiū. Ad ſecundū dicendum ꝙ licet maluz ſumptuz pro eo quod eſt maluz nō dicat aliaz rem ab ea que eſt bona ſimpliciter: dicit tamē deformitatez nature ſicut dedu cit Doc. San. in queſtionibus de malo. q. prima ar. primo ⁊ ad longū declaratū eſt in quolibetis. Ad tertiuz dicendum ꝙ licet prius nō denominetur a poſteriori eſſentialiter: poteſt tamē ab eo denominari accidentaliter. Unde ratio nō ſequitur.

Queſtio. 12. De comparatione potentie ad actū quātum ad ipſum intelligere.

Conſequenter cō ſi drādum reſtat de comparatione potentie ⁊ actus quantuz ad intelligentiam veri ⁊ falſi.

Circa quod duo occurrunt cōſiderāda. Primo de cōparatione ipſius actus ad potentiaz: quantuz ad ipſuz intelligere. Secūdo de cōparatione eorūdem quantum ad veritatem ⁊ falſitatem. Quantum ad primuz queritur vtruz quantum ad ipſum intelligere actus ſit poſterior potentia tē pore ⁊ generatione.

Sequitur in phyloſopho ⁊ Docto. San. Et in Cō mentatore cōmento. 20. ibi. Inueniuntur autem ⁊ Dyagrāmata ⁊c̄.

a **Quod** ſic proceditur. Videtur ꝙ potentia nō precedat actū quantuz ad ipſum intelligere. Nam intelligere eſt perfectio potentie intellectiue. Sed perfectio precedit perfectibile: vt patet quinto huius. Ergo actus precedit potentiam ⁊ nō econuerſo. Cō ſecūdo. Ex multis intellectionibus generatur habitus intelligēdi: vt patet ſecūdo ethycorū. Habitus autez potentia quedaz eſt: vt ſim phm ex ſupradictis patet. Ergo ideem qō prius. Sed ꝓtra eſt phyloſophus ⁊ Doc. San. ⁊ Cōmentator in textu: ibi. Inueniūtur autez ⁊ Dyagrāmata actu. Nā diuidentes inueniūt. Si vero eſſent diuiſa manifeſta vtiqz eſſent. Nunc autem inſunt potentia propter quid duo recti ⁊c̄.

Reſpōdeo dicendum ꝙ potentiaz actuz quantuz ad intelligere: poteſt intelligi dupliciter. Uno modo in diuerſis ſecundū numeruz. Et ſic nō eſt neceſſe potentiaz precedere actū. Immo ſimpliciter vt dictuz eſt ſuperius actus precedit potentiam. Alio modo in vno ⁊ eodem. Et hoc dupliciter. Uno modo loquēdo de ordine pfectionis. Et ſic potentia nō precedit actuz loquendo de potētia ſuſceptiua: de qua nūc eſt ad ꝓpoſitum: ſed ecōuerſo. Alio modo loquendo de ordine generationis ipſius actus intelligendi. Et hoc iterū dupliciter. Uno modo loquendo de cognitione determinata. Et iſto modo actus precedit potētiaz etiaz quantuz ad intelligere. vt dicit hic Doc. San. ſecundum ſentētiaz phyloſophi. Intellectus enim actus quidaz eſt. Et ideo ea que intelliguntur: oportet eſſe actu dum intelliguntur. Propter quod ex actu cognoſcit potentia. Unde facientes aliquid actu ipſum cognoſcunt. Hoc ille. Alio modo loquēdo de cognitione indeterminata. Et iſto modo potentia precedit actum quantum ad intelligere: hoc eſt ꝙ vnūquodqz eſt in potentia vt intelligatur antecū actu intelligatur. Quod ſic patet ſecundū phyloſophuz vt dedu cit hic Doc. San. Nā geometre intelligunt verum diuidendo lineas ⁊ ſuperficies. Diuiſio autē reducit in actū: quod erat in potētia. Nam partes cōtinui ſunt in potentia in toto ante diuiſionez. Si autez omnia eſſent actu diuiſa: ſecunduz ꝙ requirit veritatis intentio: cōcluſiones queſite eſſent manifeſte. Sed quia in prima ꝓtractione figuraruz ſunt in potentia huiuſmodi diuiſiones: ideo nō ſtatim fit manifeſtum quod queritur. In ſumma in inuentione veritatis antecū ille qui querit eam poſſit inuenire illam: eſt in potentia prius vt intelligat eam cū actu. Quod autem hoc ſit verum: phat phyloſophus ꝙ duo exempla geometricalia. Quorum primum eſt. Sit queſitum quare triangulus habet tres angulos equales duobus rectis. Hoc quidem ſic demōſtratur. Sit triangulus a b g. Et ꝓtrahatur baſis a g in continuum ⁊ directum. Hec baſis ꝓtracta faciet cum latere trianguli b g angulum in puncto g. Qui quidem angulus extra exiſtens equalis eſt duobus angulis interioribus ſibi oppoſitis ſcilicet anguli a b g ⁊ angulo b a g. Manifeſtum eſt autem ꝙ duo anguli cōſiſtentes circa punctum g quorum vnus eſt extra triangulum ⁊ alius intra: ſunt equales duobus rectis. Supponitur enim eſſe demonſtratum ꝙ linea recta cadēs ſup aliā lineaz rectā qualitercunqz facit angulos duos rectos vel equales duobus rectis. Relinquitur ergo ꝙ angulus interior in puncto g cōſtitutus cum alijs duobus qui ſunt equales angulo exteriori omnes: videlicet tres ſunt equales duobus rectis. Sic ergo ꝓbatur triangu'ū habere duos rectos: quia duo anguli qui ſunt circa vnuz punctuz: ꝓta circa punctuz g quorum vnus eſt exterior ⁊ alius interior ſunt equales duobus rectis. Et ideo quādo ꝓducitur angulus extrinſecus ꝓducto vno latere triangli ſtatim manifeſtum fit videnti diſpoſitiones figure q triangulus habet tres angulos equales duobus rectis. Quod autem angulus extra punctuz g exiſtens equalis ſit duobus angulis interioribus ſibi oppoſitis ſcilicet angulo a b g ⁊ angulo b a g ꝓbatur in libro Euclidis per lineam ductam paralelam a b linee a b cum linea b g in puncto b. Nam vt ibidem dicitur vna regula eſt ꝙ paralele cadentes ſuper eandem lineam rectam: cadentes ſunt angulos equales. Alia regula eſt: ꝙ due linee ſe in

Lec. 16.

tersecãtes causant angulos oppositos sibi equales. ¶Protrabatur ergo linea lateris predicti trianguli a b in directum ad punctum c ⁊ a puncto a protrabatur linea paralela vsq3 ad punctum d angulus linee g d cadentis super basim in puncto g erit equalis angulo linee a c in puncto a per primam regulam iam adductam. ¶Protrabatur insuper linea g b alterius lateris trianguli in directum ad punctum e linea a c ⁊ linea g e ernnt se intersecantes in puncto b. Ergo per aliam regulam angulus exterior erit equalis angulo interiori sibi opposito in eodem puncto. Sed angulus linee g d in puncto g equalis angulo linee a b c ⁊ linea b c sunt linee paralele cadentes super lineam rectam g b e. Sequitur ergo ꝙ angulus predicti trianguli extra existens in puncto g sit equalis angulis duobus interioribus sibi oppositis scilicet angulis a b g ⁊ b a g qõ fuit in demonstratione hic presappositum. ¶Secũdus vero exemplum physicophi est tale. Sit quesituꝫ quare omnis angulus qui est in semicirculo descriptus est rectus. Quod quidem sic demonstratur secundũ physicophum vt hic deducit Doc. San. Sit semicirculus a b g. Et in puncto b qualitercũq3 cadat cõstituatur angulus. Cui subtendatur basis a g que est dyameter circuli. Dico ergo ꝙ angulus b est rectus. Cuius probatio est talis. Quia cum linea a g sit dyameter circuli: oportet ꝙ transeat per centrum. Dimidatur ergo per medium in puncto d ⁊ perducatur linea d b. Sic ergo linea d b est equalis linee d a ⁊ similiter linee d g quia sunt protracte a centro ad circũferentiam eiusdẽ circuli correspondentis semicirculo iam dato. Omnes enim linee in circulo protracte a centro ad circũferentiam sunt equales per regulam Euclidis. Sunt autem in tali figura duo trianguli: videlicet a b g ⁊ b g d. In triangulo autem a b d equalis est angulus b ipsi angulo a quia vt dicit alia regula cuiuslibet trianguli cuius duo latera sunt equalia anguli qui sunt bases sunt equales. Duo ergo anguli a ⁊ b sunt duplum solius anguli b cum a ⁊ b sint equales. Sed angulus b d g cum sit exterior: est equalis a ⁊ b partiali: vt iam dictum est circa finem primi exempli. Ergo angulus b d g est duplus anguli b partialis. Et similiter probatur ꝙ angulus c est equalis angulo b trianguli b g d eo ꝙ duo latera d b ⁊ d g sunt equalia: cum sint protracta a centro ad circũferentiam ⁊ angulus exterior. s. a d b est equalis vtriq3. Ergo est duplus ad angulum b partialem anguli g b d. Sic ergo duo anguli a d b ⁊ b d g sunt duplum totius anguli a b g. Sed duo anguli a d b ⁊ b d g sunt aut recti aut equales duobus rectis: quia linea d b cadit super lineam a g. Ergo angulus a b g qui est in semicirculo est rectus. Et hoc est quod physicophus dicit: ꝙ ideo demonstratur cadens in semicirculo esse rectus: quia tres linee sunt equales scilicet due in quas diuiditur basis: videlicet d a ⁊ d g ⁊ tertia que ex medio istarum duarum protracta superstat vtriq3. s. d b. Hec oĩa formaliter Doc. San. in lectione. Vult ergo physicophus innuere ⁊ nihil aliud: videlicet ꝙ prius sumus in potentia ad actum intelligendi veritatem: q3 ꝙ actu intelligamus: quia vt ex dictis patet quesitum verum vel falsum non cognoscimus actu ante protractionem linearum ⁊ diuisionem: sed in potentia tantum. Unde ordine generationis ⁊ etiã temporis quantum ad ipsum intelligere potentia precedit actum modo exposito.

Ad primũ igitur patet solutio ex dictis. ¶Ad secundum dicendum ꝙ hic non accipitur potentia pro habitu aut principio sufficiente illius habitus: sed pro potentia abiscibile ac tum: quemadmodum dicimus ꝙ antichristus est in potentia: nisi extẽso nomine potentie vt supra declaratũ est.

¶Questio.13. De comparatione actus ad potentiam quantum ad veritatem ⁊ falsitatem.

Vltimo considerandum restat de cõparatione actus ad potentiam quantum ad ipsam veritatem ⁊ falsitatem: postq3 visum est de cõparatione eorũdem quantum ad ipsum intelligere sive cognoscere quesitum verũ vel falsum. ¶Circa quod querũtur tria. ¶Primo vtrũ actus conuenienter dicatur prior ipsa potentia: quantuꝫ ad veritatem ⁊ falsitatem. ¶Secundo vtrum de substantijs separatis a materia possit esse falsum sive deceptio in intellectu nostro. ¶Tertio vtrum substantie separate sint semper actu entes: ⁊ nunq3 in potentia.
¶Sequitur in physicopho ⁊ Docto. San. similiter in cõmentatore cõmento. 21. ibi. Quoniam igitur dicit ens ⁊ non ens: ⁊ est Lectio. 13.

¶Primũ sic proceditur. Videtur ꝙ quantum ad verum ⁊ falsum actus nõ conuenienter dicatur precedere potentiam. Nam verum est obiectum intellectus: vt conceditur est secundum physicophuꝫ ⁊ Docto. San. in sexto huius. Sed quantum ad intellige re potentia precedit actum: vt in alia questione pbatuꝫ est. Ergo quantum ad verum vel falsum actus non precedit potentiam. ¶Patet consequentia: quia intelligere est actus ipsius intellectus. Qualis autem est ordo actuum ⁊ potentiaruꝫ: talis est ⁊ ordo obiectoruꝫ: vt supra quinto huius conceditur est. ¶Ꝑ secundo. ¶Propositio aliqua presertim in contingentibus est prius vera in potentia: q3 in actu: videlicet sorte nunc sedente hec propositio sortes sedet est in potentia vera ⁊ non actu: quia potest esse vera. Ergo quantum ad esse verum non semp actus precedit potentiam. ¶Ꝑ tertio. Verum ⁊ falsuꝫ sunt in mente: vt patuit sexto huius. ¶Bonum vero ⁊ malum sunt in ipsa re. Non ergo ab eo ꝙ res est actu: aliquid dicitur verum: sed ex eo ꝙ est in intellectu. Cum ergo quantum ad ipsam intellectionem sive intelligere potentia precedat actum: sequetur idem quod prius. Lec. 4.
¶Sed in contrarium arguitur per physicophum in vltimo capitulo huius noni: ⁊ per Cõmentatorem cõmento vltimo cum dicit. Cum igitur dicitur ens: ⁊ non est hoc verum secundum figuras cathegoriarum: alia littera predicamentorum: aliud vero secundum potentiam ⁊ actum: aut horum contraria. ¶Hoc autem maxime prius aut verum aut falsum ⁊c.

¶Respondeo dicendum ꝙ comparãdo potentiam ad actũ vel actũ ad potentiam secundum veritatem aut falsitatem: actus precedit potentiam. Quod probatur secunduꝫ physicophũ tali ratione. ¶Nam hoc quod dicitur esse in actu: maxime proprie dicitur aut verum aut falsum. Ergo quantum ad verum vel falsum actus precedit potentiam. Antecedens probat physicophus tripliciter. ¶Primo in substãtijs compositis ⁊ materialibus. Nam in similibus substantijs nihil aliud est esse verum aut falsum: q3 componi ⁊ dimidi. Unde qui putat dimidi quod est diuisum in rebus: verus est in sua opinione: vt qui putat hominem non esse asinum dicens ꝙ homo non est asinus dicit verum. Et similiter qui putat componi quod est compositum in rebus: verus est in sua opinione: vt qui putat hominem esse animal. Sed ille falsus est in sua opinione qui econuerso habet res aliter in sua opinione q3 res sint in sua natura: vt qui putat hominem esse asinum: vel hominem non esse animal: quia vt dicitur primo perye/menias qui dicit aliquid esse quod est vel aliquid non esse quod non est: dicit verum. Qui vero dicit esse quod nõ est vel nõ esse qõ est: dicit falsuꝫ. Et hoc ideo ẽ: qr vt dicit pbus ex eo ꝙ aliqd est aut nõ est: dicit verũ vel falsuꝫ. Nã tu nõ es vere albus qr extimamus vere te eẽ albũ. Sꝫ qr tu vere es albus: exstimam⁹ vere te esse albũ. Lec. 14.

Propter enim nostrum affirmare vel negare: nihil mu
tat in re. Manifestus est. n. q dispositio rei est causa veri
tatis aut falsitatis in oratione ꝛ opinione. Nam ab eo
q res est vel non est: oratio vel opinio dicitur vera vel
falsa. Esse autem actum dicit: ꝛ non esse privationem
actus importat. Ergo quod dicitur esse in actu: maxi
me dicitur verum. Quod autem verum vel falsum in
opinione vel oratione nihil aliud sit q̄z componi aut divi
di: declarat Doctor Sanctus secundū mentem phylo
sophi ꝛ Cōmentatoris quia oportet veritatem aut falsi
tatem que est in oratione vel opinione reduci ad dispo
sitionem rei sicuti ad causam. Cum autem intellectus
compositionem formet accipit duo: quorum vnuz se ha
bet vt formale respectu alterius. Unde ꝛ accipit illud
vt in alio existens. Propter quod predicata tenent for
maliter. Et ideo si talis compositio intellectus ad rem
debeat reduci sicut ad causam: oportet q in substantijs
cōpositis ipsa compositio forme ad materiaz aut compo
sitio essentie ad esse quod se habet per modum forme:
aut etiam compositio accidentis ad subiectum respon
deat quasi fundamentum ꝛ causa veritatis ipsi compo
sitioni quam intellectus interius formal ꝛ per vocem ex
primit: sicut cum dico sortes est homo: veritas huius
enunciationis causatur ex compositione forme humane
ad materiam individualem per quam sortes est hic ho
mo. Et cum dico homo est albus: causa veritatis illius
est compositio albedinis ad hominem. Et simile iudi
cium est de divisione. ¶Et licet huius propositionis ve
re deus est sapiens nō sit aliqua compositio realis for
maliter aut essentialiter loquendo: tamē compositio fun
damentalis est causa veritatis einsdem propositionis.
Simplicitas enim dei est fundamentum compositionis
ipsorum cōceptuum sive rationum attributalium quam
compositionem intellectus noster propter debilitatem
virtutis eius ꝛ propter excellentiam simplicitatis divi
ne essentie balbuciendo de deo formal. Que quidez cō
positio in deo nō est formaliter sed in intellectu nostro
tantuz: quemadmodum in. 12. huius ad longum decla
rabitur cum de attributis ꝛ appropriatis agetur. Verū
tamen que sit causa veritatis propositionum in simplici
bus statim patebit in sequenti articulo. ¶Ex predictis
infert philosophus ꝛ Doctor San. ꝛ Commentator q
quia cōpositio ꝛ divisio rei est causa veritatis ꝛ falsita
tis in opinione ꝛ oratione: necesse est q secundum diffe
rentiam ꝛ varietatem compositionis ꝛ divisionis que est
in rebus: sit differentia veritatis ꝛ falsitatis que est in opi
nione ꝛ oratione. Manifestum est enim q in rebus ta
lis differentia inuenitur esse secundum compositionem
ꝛ divisionem q quedam sic semper componūtur q im
possibile est ea dividi. Sicut anime rationali semp con
iungitur anima sensitiua: ꝛ impossibile est q dividaꝫ ab
ea accipiendo animam sensitiuam pro virtute sensitiua.
Sic enim ab anima rationali diuidi nō potest: ita vide
licet q anima rationalis sit sine virtute sensitiua: licet ecō
uerso anima sensitiua possit esse sine ratione sive anima
rationali. Hic autem fit mentio de substantijs materia
libus compositis: ꝛ per cōsequens de anima rationali
cōiuncta corpori. In anima enim rationali a corpore se
parata nō sunt formaliter ꝛ subiective vires sensitive or
ganice: cum totum organicum sit corruptum in quo erāt
subiective. Sunt tamen in ea radicaliter ꝛ fundamenta
liter. ¶Utrum autem vires sensitive que erunt in ani
ma que nunc est separata quando vnietur corpori sint
eedem in numero: alias locum habebit. ¶Quedaz ve
ro sunt sic divisa semper q impossibile est ea compo
ni. Sicut album nigro in sensu composito: ꝛ formam
asini homini. ¶Quedam vero se habent ad contraria:
que possunt: videlicet componi ꝛ dividi: sicut ea que cō
tingenter se habent: sicut homo ꝛ albuz: sortes ꝛ sedēs:
studens: aut currens: ꝛ sic de similibus. Quia ergo esse
in quo consistit compositio nostri intellectus aut affir
mationis quandam compositionem ꝛ vnionem signifi
cat quam sine extremis impossibile est intelligere vt pa
tet primo peryermenias nō esse vero quod designat ne
gatio sive propositio negativa tollit compositionem ꝛ
designat divisionem ꝛ pluralitatem sive dinersitatem:
manifestum est ex hijs q in hijs que contingit compo
ni ꝛ dividi: vna ꝛ eadem oratio vel opinio potest esse
vera ꝛ falsa: quandoqz quidem vera ꝛ quandoqz falsa.
Sicut hec oratio sortes sedet est vera eo sedente: ꝛ ea
dem est falsa ipso surgente. Oratio enim eadem existēs
est susceptiua cōtrariorum nō secundum sui mutationē:
sed secundum mutationem rei: vt declaratum est in pre
dicamento substantie circa finem. Idem est dicendum
de opinione. Et sicut dictum est de ista propositione sor
tes sedet: idem est iudicium de ceteris contingentibus.
Que propositiones si sint de verbis presentis temporis
ꝛ sint vere: sunt determinate veritatis: quia omne quod
est quando est necesse est esse. ¶Utrum vero proposi
tiones de futuro contingenti que semel erunt vere sint
determinate veritatis: non parnum est dubium: vt pa
tet in libro primo peryermenias secundum varios Do
ctores. Quod quidem in quolibeto ad longum quo ad
partem vtranq̄z pro posse discussum est. ¶Sed in hijs
que nō possunt aliter se habere vt sunt necessaria: que
scilicet semper componuntur aut semper dividuntur nō
est possibile q eadem oratio sive opinio: quandoqz sit
vera ꝛ quandoqz falsa. ¶Notent hoc panliste ꝛ verba
les qui dicunt hanc propositionem nō esse veram ho
mo est animal: nisi homine existente. Unde si secundus
eos a tertio adiacente ad secundum semper valet con
sequentia: videant hic philosophum qui sic ait. Circa
impossibilia vero aliter se habere: non fit aliquando ve
rum aliquando falsum: sed semper hec vera est hec an
tem falsa. Hec ille formaliter. Hec ergo propositio: ho
mo est animal est semper vera ꝛ nunqz falsa. Ista vero
homo est non est semper vera: cum sit de predicato cō
tingenti. Nō ergo sequitur homo est animal: ergo ho
mo est. Aliter in tempore aliquo dato ex vero sequere
tur falsum. Quod etiam ipsi habent pro inconuenienti.
¶Elicitur ergo ex textu principis q in hijs que impos
sibilia sunt aliter se habere propositio que est vera sem
per est vera: ꝛ que est falsa semper est falsa: vt hec sem
per est vera homo est animal ꝛ hec semper est falsa ho
mo est asinus. Inde est q cōmuniter dicitur a veris lo
gycis ꝛ omnes propositiones affirmative de materia
necessaria sive naturali semper sunt vere: ꝛ negative sem
per sunt false. Omnes vero propositiones que sunt de
materia remota sive impossibili si sint affirmative sem
per sunt false: si vero negative: semper sunt vere: vt ho
mo est asinus homo nō est asinus. Sed propositiones
de materia contingenti sive affirmative sive negative:
quandoqz possunt esse vere ꝛ quandoqz false. Sic ergo
in substantijs compositis maxime aliquid dicitur verū
aut falsum: secundum q est actu. Quod sunt probandū.
¶Qualiter autez veritas ꝛ falsitas sint in re sicut in can
sa ꝛ in oratione sicut in signo in intellectu vero sicut in
subiecto ꝛ in qua operatione intellectus: ad longum de
ductum est in secunda parte prime partis huius operis
libro sexto circa finem questione. 13. articulo primo secū
do ꝛ tertio. ¶Secundo probat philosophus propo
tum in substantijs immaterialibus. Nam in hijs maxi
me est veritas in quibus nō est falsum vt de se patet.
Sed in substantijs simplicibus sive substantijs imate
rialibus que dicuntur simplices per carentiam compo
sitionis ex materia ꝛ forma semper est veritas ꝛ nunqz
falsitas. Et hoc ideo quia semper sunt actu entes ꝛ nō se
quandoqz in potentia. Ergo secundum actum ꝛ se
cundum potentiam maxime dicitur aliquid verum. Et
cum verum ꝛ falsum opponantur secundum idem: vide
licet sm actum: aliquid debet dici falsuz circa qō ptingit
intellectum nostrum decipi. ¶Tertio idem probatur
simpliciter. Nam vt dicitur secundo huius vniquodqz
sicut se habet ad esse: ita ꝛ ad veritatem. Sed esse est ac-

tualitas

tualitas cuiuslibet forme. Unde maxime aliquid dicitur verum secundum q̄ est actu. Secundum vero q̄ est in potentia: a cognoscibilitate siue veritate recedit. Inde est q̄ materia prima minime est cognoscibilis: vt supra satis declaratum est. Relinquitur ergo ex predictis q̄ actus precedit potentiam quantum ad rationē veri ⁊ falsi.

Ad primum ergo dicendum q̄ q̄uis secundum intelligere quesituꝫ verū ordine generationis potentia precedat actum verum: ⁊ etiam sit prius in potentia obiectiuali q̄ in actu intellectionis: simpliciter tamen loquendo actus precedit potentiam ratione veritatis aut falsitatis originaliter ⁊ quātum ad denominationem modo iam exposito. ¶ Et p hoc patet responsio ad secundum ⁊ tertium argumentum. ¶ Sequitur in phylosopho ⁊ Docto. Sancto: ibi. Circa incomposita ⁊c̄. Et in cōmentatore: ibi. Que autem non habent compositionem.

a **¶ Secundū** sic proceditur. Uidetur q̄ de substantijs simplicibus in intellectu nostro possit esse falsum ⁊ error siue deceptio. Nam vt pbatum est in prima parte libro secūdo huius. q. prima arti. 4. intellectus noster pro presenti statu nō potest cognoscere quidditates substantiarū simplicium. Ergo eas ignorat. Sed vbi est ignorantia ibi potest esse falsum ⁊ error siue deceptio vt videtur: cum error ex ignorantia procedat. Ergo ⁊c̄. ¶ Ō secundo. Intellectus primi angeli in suo lapsu grauissime errauit vt theologi disputāt. Ergo a fortiori intellectus noster circa cognitionem dei ⁊ substantiarum separatarum potest errare. ¶ Ō tertio. Quādo sunt duo quorum vnus dicit vnam partem cōtradictionis esse veram alter vero dicit eandem esse falsaꝫ ⁊ oppositam eius partem esse veram: necesse est q̄ vnus illorum dicat falsum: ⁊ per cōsequens errat: cum cōtradictoria non sint neq̄ possint simul esse vera aut falsa: vt pbatum est in prima parte prime partis libro quarto huius questione octaua articulo primo. Sed thomista vere affirmat dicendo intellectuꝫ nostrum pro presenti statu intelligere quidditates substantiarum simplicium esse impossibile: Scotista vero hoc idem negat opponituꝫ affirmando: videlicet q̄ possibile est eas sic nos hic intelligere posse. ¶ Possibile vero ⁊ impossibile cōtradicimus: vt patet secundo peryermenias. Ergo intellectus vnius illorum circa quod quid est substantiarum imaterialiuꝫ errat. ¶ Ō quarto. Nam aliquis dicit ipsum quod q̄d est: ⁊ id cuius est in substantijs separatis realiter nō differre. Aliquis vero dicit oppositum cōtradictorium credens se verum dicere. Ergo idem quod prius. ¶ Ō Quinto. In substantijs separatis est compositio ex esse ⁊ essentia ex quo est ⁊ quod est ex natura ⁊ suppposito ex genere ⁊ differentia ex potentia ⁊ actu ⁊ similiter ex subiecto ⁊ accidente. Ergo cōtingit intellectum circa eas errare dicendo ea que in eis sunt composita. ¶ Ō sexto. De substantijs separatis formamus propositiones ⁊ discursus. Ergo idem quod prius: quia de ipsis cōtingit bene vel male syllogizare. ¶ Ō septimo. Circa qō quid est substantie materialis quod est proprium obiectum intellectus cōiuncti potest intellectus errare: vt cōcedit hic Doc. San. ⁊ Cōmentator. Ergo a fortiori circa quod quid est substantiarum separatarum: cum tale quod quid est nostrum excedat intellectuꝫ. ¶ Ō octauo. Qui dicit plures angelos esse eiusdem speciei sub eadem natura: specificat errorem in se fm scolam veram Thomistarum. Sed multi reperiuntur qui hoc asserunt: quemadmoduꝫ sunt Egidijste. Ergo ⁊c̄. ¶ Sed ꝓtra est phylosophus in textu: ibi. Circa incomposita verum ⁊ falsuꝫ non ita. Et paulopost. Decipi enim circa quod quid est non est ⁊c̄.

¶ Respondeo dicendum q̄ in simplicibus nostri intellectus potest intelligi dupliciter. Uno modo quantum ad predicata accidentalia. Et sic intellectus noster circa tales substantias decipi potest. Alio modo potest intelligi quantum ad predicata essentialia: siue quidditatiua. Et hoc dupliciter. Uno modo per accidens. Et sic etiam intellectus noster circa eas potest decipi. Alio modo per se. Et isto modo nō potest decipi: ly eas possit penitus ignorare. Quod patet per phylosophum fm Doctorem Sanctum. Nam aut per intellectuꝫ aliquis attingit quod quid est rei. Et tunc vere cognoscit quid est res. Aut nō attingit. Et tunc nō apprehendit rem illam. Unde circa eam nō falsificatur intellectus aut decipitur. ¶ Propter qō dicit phylosophus in tertio de anima q̄ sicut sensus circa proprium obiectum semper verus est: ita intellectus circa quod quid est quasi circa proprium obiectuꝫ nō decipitur. Et q̄ intellectus noster circa ipsum quod quid est nō decipitur nō solum nō decipitur in substantijs simplicibus: sed etiam in substantijs compositis: hoc verum est. Et cum vt dictum est septimo ⁊ octauo huius in substantijs simplicibus idem sit res ⁊ quod quid est eius: idem est indicium de cognitione substantie simplicis: et de cognitione quod quid est eius. Cum ergo circa quod quid est intellectus noster nō decipiatur vt dictum est: relinquitur q̄ in cognitione substantiarum simplicium nō decipitur neq̄ errat. ¶ Ō secundo. ¶ Probatur secundum phylosophum tali ratione. Quia substantie simplices nō sunt in potentia: sed semper sunt actu entes: vt infra probabitur in sequenti articulo. Ergo nō potest fieri circa eas deceptio. Hanc conseqūentiam deducit Alexander vt recitat hic dominus Antonius Archiepiscopus: quia deceptio circa rem potest fieri duobus modis: videlicet ex parte rei: aut ex parte nostri intellectus. Ex parte rei circa eas nō potest fieri deceptio: quia semper actu sunt ⁊ non in potentia. Neq̄ etiam talis deceptio sit ex parte nostra. Quia aut a nobis totaliter apprehenduntur: aut totaliter nesciuntur: vt dicit hic textus. Ergo circa substantias simplices intellectus noster nō decipitur: cum vt dicit idem Alexander sint actus puri. Quod intelligendum est accipiendo ly purum: vt excludit compositionem forme cum materia: nō autem secundum q̄ excludit omnem compositionem: quia vt sic solus deus dicitur actus purus: nullo modo compositus: vt. 12. huius probabitur questione quinta articulo secundo. ¶ Considerandum autem est hic primo pro ampliori declaratione huius secundum phylosophum ⁊ Commentatorem ⁊ Doc. San. in presenti passu: q̄ nō similiter est verum ⁊ falsum in simplicibus ⁊ compositis. Nam circa incomposita: videlicet circa simplicia cuiusmodi sunt substantie imateriales nō est verum aut falsum per compositionem que fit in rebus aut diuisionem: sed per hoc q̄ cognoscitur quod quid est aut nō cognoscitur. Cum enim attingimus ad cognoscendum quod quid est alicuius simplicis: tunc intellectus noster est verus. Cum autem nō attingimus ad cognoscendum quod quid est: sed aliquid aliud ei attribuitur quod nō est attribuendum: tunc intellectus noster est falsus. Non enim in simplicibus est compositio vt possit dici q̄ quando componitur res: tūc intellectus componens sit verus: vel quando diuiditur in rei quod intellectus componit: tunc intellectus sit falsus. Taliter autem in simplicibus non est compositio: ita q̄ cum dicitur de eo q̄ sit affirmatiue significet eius compositio: ⁊ cum dicitur de eo q̄ nō est: negatiue significetur eius diuisio: sicut in rebus compositis cum dicit q̄ lignum sit album significatur eius compositio que est accidentis cum substantia aut cum dicitur q̄ Dyameter nō sit cōmensurabilis coste: significatur eius diuisio. Ex quo patet q̄ verum ⁊ falsum non similiter inueniuntur in compositis ⁊ simplicibus. Et hoc ideo est: quia etiam esse nō reperitur similiter in vtriusq̄: q: esse cōpositorum surgit ex componentibus: non autem esse simplicium.

Lectio. 7. cōmen. 1.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA Uniw. im. A. Mickiewicza w Poznaniu

Uerum autē consequitur ens: quia sicut in secundo huius habitū est. q. 1. ar. 1. Eadem est dispositio rerum inesse ⁊ in veritate. Unde illa que non sunt similia in esse: nō sunt similia in veritate. Hec Doctor Sanctus formaliter in lectione. ¶ Considerandum vlterius est secundo secundū Doctorem Sanctum ⁊ phylosophum ꝙ in simplicibus attingere mentem ad ipsum simplex vt scilicet apprehendatur quid est ⁊ dicere idest voce significare ipsum simplex: hoc est verum ꝙ est in simplicibus. Sed tquia dicere quandoqz sumitur pro predicare predicatione affirmatiua que fit cū cōpositione que nō reperit in simplicibus inquātū huiusmodi: ió hāc cauillationē pbus remouens dicit ꝙ non est idem affirmatio ⁊ dictio: qz affirmatio fit p hoc ꝙ aliquid affirmatiue dicitur de aliquo quod fit cum compositione. Dictio autem simplicem prolationem importat. Sic ergo attingere ⁊ dicere in simplicibus est verum. Sed non attingere mente ipsa simplicia est ea penitus ignorare. Quicunqz autem non attingit qō quid est rei simplicis: penitus ipsum ignorat: quia non potest aliquid eius scire ⁊ aliquid ignorare: ex quo non ē cōpositum. ¶ Considerandum vlterius est tertio secūdum Doc. S. in littera ꝙ nullus decipitur circa quodquid est nisi componendo aut diuidendo. Quod quidem in substātijs compositis contingit dupliciter. Uno modo per cōpositionem diffinitionis ad rem diffinitam aut per diuisionem: vt si aliquis diceret asinum esse animal rationale ⁊ mortale: aut hoiem non esse animal rationale ⁊ mortale: vtrobiqz esset falsum. Alio modo fm ꝙ diffinitio constituitur ex partibus que non sunt adinuicem compositibiles vt si quis affirmet hanc esse diffinitionem hominis homo est animal insensibile. ¶ Primo ergo modo diffinitio dicitur falsa: quia non est huius. Secundo modo dicitur falsa fm se. In simplicibus vero substantijs non potest esse deceptio circa earum quodquid est etiam per accidēs primo°. Non. n. earum quod quid est dicitur compositum ex pluribus circa quorum compositionem possit accidere falsum: Sed bene secundo modo: vt si quis dicat substantiam immaterialem esse substantiam corpoream quātitati subiectam. ¶ Considerandum vlterius est quarto fm pbm: vt patet in littera Doc. S. ꝙ vt ex predictis cōcluditur deceptio aut falsitas intellectus nostri non est circa substantias simplices modo exposito sed bene ignorantia: quia si non attingat quodquid est earum penitus siue totaliter eas ignorat. In compositis autem intellectus noster potest vnum scire ⁊ circa alias proprietates decipi. Ignorantia vero qua intellectus noster substantias simplices ignorat non est talis priuatio sicut est cecitas: nam cecitas est priuatio potentie visiue. Unde illa ignorantia similis est cecitati si aliquis non haberet vim intellectiuam ad attingendum substantias simplices. Ex quo patet quod fm sententiam pbi humanus intellectus potest attingere ad intelligendum substantias simplices quantum ad quid est. Quod videtur sub dubio reliquisse ī tertio de anima Hec etiam hic formaliter Doc. S. Manifestum est autem ꝙ hic philosophus loquitur de intellectione qua intellectus intelligit substantias separatas in presenti statu. Unde fm ipsum ⁊ Doc. S. in presenti loco dicere oportet ꝙ intellectus noster corpori ꝯiūctus pōt cognoscere qō quid est substantiarū separatarū. Hec tamē hoc dicere est scoteyzare: quia talis intellectus nō potest aliquo modo peruenire ad attingenduz qō quid est ipsarū quiditatiue: vt ipsi scotiste volūt. Et hoc accipiēdo cognitionem quidditatiuam ꝓprie: vz pro ea qua aliquis cognoscit rem quantū ad ꝓpriū genus ⁊ ꝓpriam differētiaz essentialem siue quidditatiuā fm ꝙ ad longum disputatum est in prima parte prime partis huius operis libro 2°. q. 1. ar. 3°. 4°. 5°. ¶ Cōsideranduz vlterius est. 5°. ꝙ vt hr̄ p° posterioꝝ: triplex ē ignorātia: vt adducit hic Archyepiscopus. Quedam est ignorantia pure negationis. Alia est ignorantia priuationis. Tertia vero est ignorantia dispositionis cōtrarie vel deceptionis. ¶ Prima opponit scie cōtradictorie. Secūda priuatiue. Tertia vero cōtrarie: vt ipse dicit. ¶ Et quando dicit ꝙ in simplicibus aut totū cognoscim⁹ aut totuz ignoram⁹: solet distingui de ly toto: vt dicit hic dominus Antonius archyepiscopus: qz totū capit dupliciter, vz cathegoreumatice et sincathegoreumatice. Si capiatur cathegoreumatice: sic conceditur ꝙ in simplicibus totū cognoscimus: qz tunc ides est totum qō aliquod ens perfectum. Si vero accipiatur sincathegoreumatice: sic idē est dicere qō quelibet pars. Et sic falsum est dicere ꝙ in simplicibus totum cognoscimus: cuz non habeant partes. Unde sophiste concedunt ꝙ in simplicibus totum cognoscimus: et tamen non cognoscimus totum. ¶ Sed remanet difficultas hic qualiter debet intelligi ꝙ in simplicibus totum cognoscimus totaliter: aut totū ignoramus totaliter. ¶ Unde dicendū est fm Doctorem Sanctum: vt. 2°. huius adductum est q. 1. ar. 1. ꝙ ista ꝓpositio ipsum simplex totaliter cognoscimus aut totaliter ignoramus est duplex: quia ly totaliter potest determinare actū cognoscēdi ex parte rei cognite vel ex parte cognoscentis. Si primo modo: sic concedit illa propositio: quia in tali intellectione nihil rei cognite remanet incognitum: cum non habeat partes. Si vero secundo modo: sic non est cōcedenda: quia tunc sensus est ꝙ quando cognoscimus simplex totaliter cognoscimus ideſt omnib⁹ modis quibus cognosci potest: vel totaliter ignoramus ideſt omnibus modis. Quod falsuz est: quia possumus de eadem substantia simplici formare conceptus cōmunes ⁊ ignorare conceptus speciales vt hic dicunt expositores.

Ad primum igitur patet solutio ex dictis. ¶ Ad secundum dicenduz ꝙ intellectum etiam angeli nō est inconueniens errare in hijs que supernaturaliter fiunt. Et etiam possint decipi circa quod quid est rei per accidens: vt expresse dedicit Doc. San. in prima parte questione. 58. ar. quinto. in corpore. ¶ Ad alia argumenta clare patet solutio ex dictis: quia procedunt de hijs que angelis attribuuntur: nō autem de quidditate ipsorum. Nulla enim in eis est compositio partium essentie nisi forsitā cōpositio logica. ¶ Ubi supra in phylosopho ⁊ Docto. San. ⁊ cōmenta

a **B tertiū** sic proceditur. Uidetur ꝙ substantie imateriales nō sint semper actu entes: sed aliquando sint in potentia. Nam quicquid habet esse post nō esse aliquando est in potēcia ⁊ nō semper actu ens. Sed quelibet substantia materialis circa primum ens habet esse post nō esse: cum quelibet creatura dependeat in esse a deo. Ergo substantie imateriales aliquando fuerūt in potentia. ¶ Ꝺ secundo. Si substantie imateriales aliquando nō fuissent in potentia nunqz potuissent produci in esse: quia nihil producitur in esse ab aliquo nisi fuerit in potentia: quia ꝓductio ꝓcedit a nō esse ad esse. Sz tales substantie omnes sunt producte a prima causa. Ergo ⁊c. est vniuersalis omnium rerum prima causa. ¶ Ꝺ tertio. Quicquid in se includit id quod per se mouetur est in potentia etiam proprie dicta: cum motus sit actus existentis in potentia secūdum ꝙ huiusmodi. Sed angelus est huiusmodi: quia secundum phylosophum omne mouens seipsum diuiditur in partem per se mouentem ⁊ partem per se motam. Sed angelus mouet seipsum de loco ad locum. Ergo ⁊c. ¶ Ꝺ quarto. Illud quod est actus purus nō habens in se potentiam: nō habet causam sui esse: vt dicit phylosophus septimo ⁊ octauo huius. Sed substantie imateriales sicut sunt angeli habent cāz sui esse. Ergo nō sp sunt actu. ¶ Ꝺ 5°. Quicqd pōt non esse: est in potentia ad nō esse. Sed angelus potest nō esse cum possit annihilari. Ergo nō semper est actu ens: quia quod est in potentia ad nō esse: fuit i potentia ad esse. ¶ Ꝺ sexto. Quicquid potest esse nunc vbi prius nō erat: est in potentia etiam ꝓprie dicta: quia locus nō debetur nisi corpori. Sed angelus pōt esse in superficie conuexa celi empyrei. Et tamen nunc non est ibi

vniuersaliter

Lec. 27.

vīr loquēdo: vt pz per Doc. S. in quolibetis. Ergo ꝛc̄.
¶ Sed cōtra est phylosophus in textu vbi dicit. Et omnes sunt actu ꝛ nō potentia. Generarentur vtiqz ꝛ corrumperentur. Nunc autem ens ipsum non generatur neqz corrumpitur. Ex aliquo enim vtiqz generaret ꝛc̄.

Respondeo dicendū ꝙ substantias imateriales aliquando esse in potentia pōt intelligi quadrupliciter. Uno° pōt itelligi de potentia actua pūcentis ipsas. Alio° de potentia obediē/tiali. Tertio modo de potentia obiectiuali. Quarto modo de potētia subiectiuali. ¶ Primo° angeli aliquando fuerunt in potētia: vt ꝓbant duo prima argumēta adducta. Secundo modo angeli fuerūt in potētia ꝛ ipso facto nūc sunt vt vult quintum argumentuz Tertio° etiaz angeli sunt in potentia aliquādo: cum in eis sit intellectus possibilis: qui pōt informari aliquo obiecto: quo prius nō informabat: presertim loquendo de supnaturaliter cognitis: vt ꝓcedit Doc. S. in prima parte. q. 58. ar. 5. Si vero loquamur quarto°: potest intelligi dupliciter. Uno° loquendo de potētia subiectiua: per respectū ad formā substantialez: que dat esse substantiale. Alio° loquēdo de potentia subiectiua respectu forme accidentalis. Si igit loquamur secūdo modo: sic in angelis est potentia: cuz sint compositi ex substantia ꝛ accidente. Si vero primo modo: hoc iteruz potest intelligi dupliciter. Uno° accipiendo potentiā cōmuniter: vz pro omni eo qō habet modū potentie. Et sic in eis est potētia subiectiua per respectū ad esse substantiale ipsoruz. Cōponuntur enim ex essentia ꝛ esse: vt theologi asserunt. Essentia autē ꝓparata ad esse: habet moduz potentie: lz realiter sit vera forma ꝛ verus actus. Alio modo accipiendo potentiaz ꝓprie: que dicitur potentia ꝓtradictionis: fm quā: vz aliquid potest esse ꝛ nō esse. Et hoc modo ut hic phylosophus loquitur substantie imateriales semp sunt actu entes: ꝛ nunqz i potentia. Quod sic ꝓbatur fm phylosophuz: ut hic deducit Doc. S. quia si quandoqz essent in actu ꝛ quandoqz in potentia: generarentur ꝛ corrūperentur. Sed hoc nō potest esse: ut ostensuz est. 7°. huius: quia sunt forme tantum. Ergo sunt fm se entes. Sed ens fm seipsum nō generatur neqz corrūpitur: quia omne quod generatur ex aliquo generatur. Ens antez simpliciter inquantum ens nō potest ex aliquo generari. Nō enim est aliquid extra ens: sed bene extra tale ens: vputa extra hoiem est aliquod ens. Unde potest hoc ens generari fm quid: sz nō extra ens simpliciter. Illud ergo quod est ens fm se: per hoc ꝙ ipsummet est forma ad quē sequitur esse: nō est generabile. Unde nō est quandoqz in potētia ꝛ quādoqz in actu: sed est semper in actu. Cū igitur substantie imateriales sint huiusmodi: sequitur ꝙ semper sint actu entes. Ex quo infert phylosophus ꝙ circa huiusmodi substantias īmobiles sine imateriales nō est deceptio intellectus fm quando: sed soluz in cōtingentibus que possunt quādoqz esse ꝛ quandoqz nō esse est deceptio fm quando. Tales autē substantie semper sunt ꝛ nō aliquando: ut declaratuz est. Unde in eis nō est deceptio fm quando. Et cū ipsuz supposituz sit vnum numero in se indiuisum ꝛ diuisuz a quolibet alio: vnū autez numero semper equaliter se habet: inde est: ꝙ neqz etiaz in īmobilibus est deceptio fm supposituz: ita ꝙ aliquis de eo qō est vnuz ꝛ idez numero inquantuz huiusmodi possit putare aliquādo ipsuz sic se habere aliquādo nō sic. ¶ Sed instabat discipulus cōtra vnuz quod dicit hic phylosophus: videlicet ꝙ ens nō est generabile neqz corruptibile: sed bene hoc ens. Nam corruptis nobis corrūpuntur omnia que in nobis sunt. Similiter ꝛ ꝓductis nobis ꝓducunt omnia que in nobis necessario sunt. Sed ens in cōi est etiam necessario in quolibet ente particulari quod generatur ꝛ corrūpitur ut cōcessuz est. Ergo ens inquantū ens pōt generari ꝛ corrūpi. ¶ Dicendū breuiter ꝙ si ly inquantū accipiaē reduplicatiue: sic ens inquantū ens nō pōt generari. Aliter omne ens posset generari. Quod est falsuz de deo. Si vero accipiatur specificatiue: sic nō pōt generari per se primo sicut id qō: sed bene ex cōsequenti quantuz ad hoc vel illud esse existētie qō habet in hoc vel in illo supposito. ¶ Et si dicaē: ens in cōi nihil presupponit: cuz sit primuz ꝛ vniuersalissimum predicatū. Ergo fit nullo presuppposito: ꝛ per ꝓsequens creaē. Unde actor libri de causis dicit ꝙ primuz rerum creaturaz est esse: cum esse nihil presupponat. Creatio autez fit nullo presuppposito fm theologos. ¶ Dicendū ꝙ si accipiaē creatio cōiter: vz ꝓ omni ꝓductione qua aliquid ꝓducit nullo presuppposito ex parte ꝓducti nīl: sic ens siue esse simplr loquēdo creatur. Sed si accipiaē creatio ꝓprie: vz pro ꝓductione vt aliquid ꝓducitur nullo presuppposito ex parte ꝓducētis: sic ens siue esse nō dicitur creari: sed per actionē agentis naturalis ꝓducitur. Alias creatio necessitaret: vt ad longuz deductum est superius libro quarto. q. 3. ar. 6. dum querebaē vtruz esse sit per creationez: ꝛ etiaz tactum fuit in septimo huius questio. 12. articulo. 4. dum querebaē vtruz deus operetur in omni operatione siue generatione naturali.

Ad primū igitur ꝛ ad secundū pz solutio ex dictis. ¶ Ad 3m. dicendū ꝙ illud argumentuz procedit loquendo de motu physico. Angelus autez nō sic mouetur cū non sit corpus. Neqz est i loco circūscriptiue: licet sit i loco diffinitiue. ¶ Uerūtamē angelus seipsuz mouens: licet nō se moueat physice: diuiditur tamē in partez per se mouentem: que dicit virtus motiua siue operatiua eius: ꝛ in partez per se motā: que dicitur natura ipsa angelica: que realiter est ipsum supposituz ꝙ se subsistens: vt. 7°. huius disputatuz est. q. 23. ar. 3. 3m. Uirtus autem qua angelus agit: realiter est ipsa voluntas: quia fm Docto. San. in quolibetis quo libeto. 6°. q. 2ª. ar. primo angelus nihil agit nisi per ipe rium voluntatis: quia angelus dum agit: necessario agit fm aliquaz virtutem. Sed in angelo non est alia virtus ꝙz intellectus ꝛ voluntas. Intellectus autem nō agit nisi per voluntatez. Ergo quicquid angelus agit: hoc facit ꝙ imperiuz voluntatis. Quod sic ibidem deducit. Nam omnis actio cuiuslibet rei est per formaz nature illi° rei. Nam ꝛ si sint alique forme accidentales principia actiuz alicuius rei: oportet ꝙ huiusmodi actiones reducantur sicut in primuz principiuz in formaz specificaz illius rei agentis: sicut actio caloris ignis reducitur sicut in primuz principiuz in formaz substantialez eius: que etiā est principium omniuz actiuz proprioruz ipsius ignis. Et ideo oportet aliter se habere in actionibus alicuius rei habentis naturaz simplicez: ꝛ in actionibus rei habentis naturam cōpositaz. Si enim fuerit aliquid habēs naturam simplicē: omnis actio eius erit fm ꝓprietatez ꝛ modum illius nature: qō nō cōtingit si habeat naturaz cōpositam. Omnis eniz actio ignis est fm proprietatez nature eius. In cultello autez ignito est quedā actio nō pertinens ad ꝓprietatez ignis. s. incisio. Et hoc etiā cōsiderandū est in substantijs spiritualibus. Anima. n. humana nō est totaliter intellectus: sed participat intellectualitatē. Unde est in ea aliqua virtus ꝛ actio que nō pertinet ad intellectualez naturā: sicut pz de bijs que pertinēt ad partē vegetatiuam in hoie. Sed angelus est totaliter intellectualis nā. Unde opz ꝙ oīs eius actio sit fm itellectū. Unde Dionysius dicit quarto capitulo de di. no. ꝙ angeli habēt substātias virtutes ꝛ operationes intellectuales. Intellectus autem nō agit nisi mediante volūtate: quia motus voluntatis est inclinatio sequens formaz intellectam. Uñ oportet ꝙ quicquid angelus agit: agat per imperiuz voluntatis. Sed tamen cōsiderandum est ꝙ cū virtus sit media inter essentiaz ꝛ operationez: oportet ꝙ virtus ꝛ operatio cuiuslibet rei ꝓportionetur essentie illius rei. Unde superioris angeli cuius essentia est nobilior: virtus eius est efficaciorꝫ sicut ad intelligenduz: ita etiam ad operandū in res exteriores. Et fm hoc actio angeli limitatur ad aliquem effectuz: quia nec virtutem nec essentiam habet infinitā. Hec ille formaliter. Que omnia adducta sunt nō sine causa vt infra patebit in. 12. questione. 7ª. arti. 5°.

¶Et dum arguitur. Voluntas equaliter se habet ad propinqua ⁊ remota. Si ergo angelus solum ageret per imperium voluntatis sequeretur ꝙ non differret ad hoc ꝙ angelus ageret aliquid quod esset propinquum vel remotum illud in quo agit. Et sic nunq̃ oporteret ꝙ de celo ad terras descenderet ad aliquid hic agendum. Quod est contra sacram scripturam. ¶Ad hoc respondet Doc. S. ibidem dicens ꝙ actio voluntatis angelice radicat in essentia eius: a qua pcedit vtus eius ⁊ opatio. Opz autē mouens simul esse cum mobili
Lec.3. qō ab eo mouet: vt habet. 7°. physicoz. Et ideo oportet substantiā angeli aliqualiter cōiungi rebus quas mouet. Hec ille. ¶Ex quo clare pz ꝙ ſm Doc. S. i dicto quolibeto dicendū est in angelis nō esse nisi duas potentias realiter: vz intellectū ⁊ volūtatez. ¶Et si arguatur. Volūtas est potētia passiua: ⁊ vtus opatiua est potentia actiua. Sed eadē potētia realiter nō pōt esse activa ⁊ passiua. Ergo virtus actiua ipsius angeli nō est realiter eadē cū sua voluntate. ¶Dicendū pro nūc ꝙ eadem potētia ad diuersa cōparata pōt dici activa ⁊ passiua: potissime i substantijs simplicibus mere intellectualibus. Volūtas enim angeli comparata ad suū obiectum dicitur potentia passiua: passione tamen perfectiua. Eadem vero volūtas comparata ad res ab ea pducibilis: dicitur potentia activa. ¶Ad quartuz dicendū sicut dicit Doc. S. in prima parte. q. 61. ar. primo ad secūdum ꝙ substantie que sunt forme subsistentes nō habent causam aliquam aliam formalem sui esse ⁊ sue vnitatis. Neqz habent causam agētem per transmutationē naturalē materie de potentia ad actū. Sed habēt cām pducentez totam ibam. Hec ille. ¶Ad quintuz patet solutio ex dictis. ¶Ad sextū dicēdū ſm Doc. S. in quolibetis quolibeto. 6. q. 2. ar. 2. ꝙ in superficie cōuexa potest esse non solū angelus: sed etiam ⁊ corpus glorioſum: quia si ibidem nō posset esse: aut hoc esset quia nō potest ibi ascendere: aut quia nō potest penetrare profunditatem celi empyrei: aut quia indiget loco cōtinente: aut qz indiget aliquo cōseruante. Sed omnia hec sunt remota a perfectione corporis glorioſi: ⁊ multo magis a perfectione angelorz. Ergo corpus glorioſuz ⁊ angeli possunt esse in cōuexo celi empyrei. ¶Unde cōsiderandū est ſm eūdem ibidem ꝙ locus est superficies corporis cōtinentis nō qdem inquantum est huius corporis qō imediate cōtinet: alioquin sequeretur ꝙ quiescens nō semper esset in eodem loco sed mutaretur de loco ad locū: puta si homo staret in fluuio per cuius discursum cōtinuo renouarentur diuerse superficies partiales aque circa ipsum. Sed superficies corporis imediate cōtinentis habet ꝙ sit locus in ordine ad primū continēs. Et propter hoc locus est imobilis ſm philosophū. Necessitas ergo essendi in loco cōuenit corpori ex hoc ꝙ
Lec.7. dependet a corpore cōtinente primo. Et propter hoc primum cōtinens nō est in loco nisi per accidens ⁊ ſm partes: vt dicitur. 4°. physicorum. Angelus autem nō depēdet a primo ptinente: nec etiam corpus glorioſum quod perficitur per animaz ex diuina fruitione beatificataz. Et ideo nulla necessitas est ꝙ corpus glorificatum aut angelus ab aliquo locali corpore ambiatur. Et propter hoc nihil prohibet corpus glorioſum vel etiam angelum in cōuexo celi empyrei esse. Hec ille ibidem formaliter. Que multum valēt ad ea que supradicta sunt libro quinto capitulo quantū questione. 14. articulo. 10. ⁊ 11. ¶Ad auctoritatem Anselmi dicentis ꝙ in nihilo nihil esse pōt: respondet Doc. S. in quolibetis ibidem ꝙ intelligenda est in vi affirmationis. Nō enim possibile est ꝙ aliquid sit in nihilo tanq̃ in continente. Sed ille intellectus vt dicit non est ad propositum. ¶Et licet omne corpus depēdens a continente primo necesse sit in loco esse tanq̃ in continente: nō tamen corpus quod ab eo nō dependet vt dictum est de corpore glorificato. Et sic est finis libri noni: ⁊ cōmenti noni.

¶Explicit liber nonus methaphysice.

¶Incipit hic liber decimus methaphysice: in quo philosophus determinat de ente ſm ꝙ diuiditur p vnum ⁊ multa ibi. Unum vero quia multis modis dr. ¶Alia littera. ¶Dictum est prius ꝙ vnum dicitur dr.

¶Questio prima de modis vnius ⁊ reductione eorum ad modum principalem.

q Uia superius philosophus quarto dicebat ꝙ ista scientia habet pro obiecto ipsum ens ⁊ vnū quod cum ente conuertitur: ideo postq̃ visum est de ente per accidens in libro ⁊ de ente quod significat veritatem propositionis in libro sexto: ⁊ de ente per se quod diuiditur per decem predicamenta in septimo ⁊ octauo libris ⁊ secundum ꝙ diuiditur per potentiam ⁊ actum ⁊ hoc in precedenti libro nono: consequenter in hoc decimo libro secundum premissa restat considerandus de ente secundum ꝙ diuiditur per vnum ⁊ multa ⁊ de hijs que consequuntur ad vnum. ¶Circa quod duplex occurrit consideratio secundum duos tractatus huius libri: vt patet per diuisionem Docto. San. ¶Ma prima consideratio est absoluta: videlicet de vno secundum se. ¶Secunda consideratio erit de vno per comparationem ad multa: ⁊ de hijs que consequuntur ad ea ibi (Opponuntur autem vnum ⁊ multa ⁊c) ¶Circa primum quattuor consideranda sunt secundum ꝙ in primo tractatu quattuor sunt capitula correspondentia quattuor lectionibus Docto. San. ¶Nam primo considerandum est de modis vnius ⁊ de reductione eorum ad vnum modum principalem. ¶Secundo considerandum est de quadam proprietate vnius: qualiter videlicet habet rationem mensure. Et in hoc in secundo capitulo siue in secunda lectione Docto. San. ibi (Ma prime vero in eo ꝙ est mensurum ⁊c) ¶Tertio considerandum est qualiter vnum secundum rationem mensure est de genere quantitatis: ⁊ ex eo derivatur ad alia genera. Et hoc in tertio capitulo siue in tertia lectione Doctoris San. ibi (Non semper autem numero vnum mensurum ⁊c) ¶Quarto considerandum est qualiter vnum se habeat ad substantiam: vtrum scilicet vnum sit substantia rerum que est omnium mensura. Et hoc in quarto capitulo siue in quarta lectione Doctoris San. ibi (Secundum substantiam vero ⁊ naturam ⁊c) ¶Circa primum querunt duo. ¶Primo vtrum modi vnius hic a philosopho conuenienter adducantur. ¶Secundo vtrum vnum prius intelligatur q̃ illud cui attribuitur aut q̃ illud cui opponitur. Et est Lectio prima.

a ¶Primum hic non conuenienter assignat modos vnius. Nam philosophus in quinto huius capitulo vnum enumerat modos vnius per accidens ⁊ modos logycos ipsius. De quibus hic non facit mentionem. Ergo non sufficienter hic eos enumerat. ¶Secundo. Modi vnius sufficienter in quinto huius a philosopho enumerati sunt. Ergo superflue hic adducuntur. ¶Tertio. ¶Punctus est vnus: quia nihil est de quo vnum non predicetur cum sit transcendens ⁊ conueratur cum ente quantum ad supposita. Sed punctus non est vnus continuitate: cum non sit actu aut potentia diuisibilis. Neqz est vnus totalitate: cū nō habeat ptes. Neqz etiaz dicit qddā vnū vniuersalitate: cū nō sit genus neqz spēs. Et p̄z ꝓsequens neqz est: est vnus singularitate: qz omne singulare

singulare est alicui⁹ spēi p regulā topicā. Ergo modi vni⁹ etiā naturaliter loquēdo īsufficiēter hic a pho adducunt. 1.9.
¶ D. 4°. Deus est maxie vnus: vt ꝓbat. 12. hui⁹. Et tamen non est vnus aliquo illorum modoꝝ qui hic enumerantur vt patet clare. Ergo nē. ¶ D. 5°. Unum non ponit in numerum cōtra multitudinem siue pluralitatē. Alio quin in diuinis esset quaternitas: quod est alienum a fide. Sed pbus non adducit hic modos multitudinis. Ergo etiam non deberet adducere modos vnius p̄sertim cuꝝ p̄mationes habeant cognosci per habitum. ¶ Sed contra est philosophus in textu: qui hic modos vnius adducit ibi cum dicit: vnum quod dicitur multis modis diuisis de quotiens dictum est p̄ius. ¶ Multipliciter vero dicto capitales sunt quattuor p̄morum ⁊ secundum se dictorum sed non secundum accidens. Cōtinuum ⁊c.

Respondeo dicendum ꝙ philosoph⁹ i hoc decimo libro determinando ō ente fm ꝙ diuiditur per vnum ⁊ multa ⁊ de hijs que ip sa consequuntur in hoc primo capitulo huius primi tractatus pbus reperendo adducit quattuor modos capitales vnius qui p̄prie valent ad methaphysicā cōsiderationē. Quoꝝ primus modus est talis. Mā aliqua dicūtur vnū cōtinuitate: sicut illud quod est cōtinuū dicitur vnum: vt linea. ¶ Et ly continuū sit potentia diuisibile in semper diuisibilia: tamen actu est indiuisibile. Aliter non esset vnum cum ratio vnius in indiuisibilitate consistat quātū ad ratio nem p̄priam qua distinguitur ab alijs transcendentibus quia vnuꝝ importat rationem indiuisionis tantum: vt ait Do. S. in prima parte. q. 6. ar. 3. ad primū: ly non importat rationem indiuisionis tm̄ quantū ad rōnem totalez: qa sic dicit ens indiuisum. ¶ Aliquid vero dicitur vnum: qz continuum. Quod potest intelligi dupliciter aut vniuersaliter: vt. vꝫ. quocunqꝫ modo aliquid sit continuuꝫ: dicat vnum. Aut vero dicatur vnum continuitate solum: quod fm naturam est cōtinuū: quod maxime est continuuꝫ. Et non quod est continuum per violentiam aut artem: neqꝫ per aliquem modum contactus: sicut patet in constructuris lignorum. Neqꝫ per aliquam contiguationez: sicut in hijs que contiguantur vel ligant clauo vel visco vel alio quocunqꝫ vinculo. Cōtinuum autem fm naturam dicit dupliciter. Uno°. vꝫ. quod est totum vniforme: vt linea recta aut circularis. Alio° quod est cōtinuū difforme sicut due linee cōstituentes angulum. Quorum quidem continuorum hoc interest. Nam oportet ꝙ linea recta aut circularis habeat vnum motū. Non enim potest esse ꝙ vna pars eius moueat ⁊ alia quiescat: nec ꝙ vna pars sic moueatur: alia vo aliter. Sed tota simul vno motu mouet: loquendo p̄sertim de motu locali. Sed in duabus lineis cōstituentibus angulum: hoc non necessario semper contingit. Possumus enim imaginari ꝙ vna linea quiescat: ⁊ altera moueatur ei appropinquans ⁊ minorez angulum cōstituat: aut ab ea elongata cōstituat angulum maiorem. Uel etiā ꝙ vtraqꝫ moueat fm diuersas partes. Unde pbus dicit ꝙ illud cōtinuuꝫ dicit magis vnuꝫ cuius motus est indiuisibile ⁊ magis simplex. Et hoc aliter loquēdo. ¶ Secūdus modus vnius est fm quē aliquid dicit vnum totaliter. i. formalitate vt ita loquar: sicut aliquid dicitur vnū: quia est quoddā totum habens aliquam vnam formaꝫ siue speciem: sicut animal est vnū ⁊ superficies triangularis est vna. Unde sup vnum vnitate cōtinuitatis siue quantitatis: addidit pbus vnitatem que est ex forma: fm quā aliquid est totum ⁊ specie habens. Tale vero vnum dicit dupliciter: sicut ⁊ ipsum totum. Nam aliquid est totum per naturam. Aliud vero est totum per artem siue artificiale. Illud autem totum maxime dicitur vnum qō est fm naturam: ⁊ nō fm artem: aut violentiam: sicut per violentiā ad aliquod totuꝫ cōstituendum cōiunguntur quecūqꝫ vniunt clauo aut visco: aut aliqua tali cōiunctione. Illud autem qō est p̄iunctum aut compositū fm naturaꝫ est magis vnum: quod est sibiipsi causa ꝙ est cōtinuum: quia p naturā suam est tale. ¶ Cōsiderandum autem est hic primo fm pbm vt deducit hic Doc. S. ꝙ pbus ostendens rōnem vnitatis in p̄dictis duobus modis dicit ꝙ aliquid est cōtinuuꝫ ⁊ vnum ⁊ etiam totale: eo ꝙ motus eius est vnus ⁊ indiuisibilis loco ⁊ tempore. Loco quidem quia versus quā cūqꝫ partem mouet vna pars cōtinui: ita ⁊ alia mouet. Tempore autem: quia quādo mouetur vna pars tunc ⁊ alia etiaꝫ mouetur. ¶ Ex quo correlarie inscit philosophus ꝙ quia aliquod cōtinuuꝫ ⁊ totum per naturā dicit vnum quia motus eius est vnus: sequit ꝙ si aliquod cōtinuū ⁊ totum habet in se principia p̄imi motus hoc erit p̄imuꝫ vnum in magnitudine. Nam sicut inter motus p̄imus motus est motus localis ⁊ inter motus locales p̄imus est circularis vt ꝓbatur. 8°. physicoꝝ: ita opꝫ ꝙ inter corpora que mouentur motu circulari aliquod sit quod habet p̄incipium totalis motus. s. corpus quod reuolunt ⁊ reuolut alia corpora motu diurno. Quare manifestum est ꝙ hec est p̄ima magnitudo vna: que habet in se p̄imuꝫ p̄incipiuꝫ motus p̄imi. Sunt ergo duo modi vnitatis. Aut enim sicut cōtinuuꝫ dicitur vnuꝫ: aut sicut totum. Hec omnia Doc. San. in p̄senti lectione. Uerūtamen nō vtitur illo termino. s. formalitate. ¶ Sꝫ dicebat discipulus. Subiectum nō accipit vnitatez neqꝫ denominatur vnum ab accidente: sed ecōuerso: vt. 5°. huius cōcessum est. Ergo aliquod totum nō dicitur vnum quia motus eius est vnius. Sed motus p̄imus dicitur vnus at vniformis: quia primuꝫ mobile est tale: vt pꝫ. 8° physicorum. ¶ Dicendum ꝙ p̄dicta habent intelligi de denominatione a posteriori ⁊ quo ad nos: nō autez a priori ⁊ fm naturam. Unde ratio laborat in equiuoco. ¶ Tertius modus vnius est fm quem aliqua dicūtur vnum quorum ratio est vna: quorum. s. intelligentia est vna: que. s. eque vnica apprehensione apprehenduntur ab anima. Dicuntur autem vna apprehensione ab anima apprehendi illa quorum est vna intelligentia siue apprehensio indiuisibilis. Quod quidem cōtingit dupliciter. Ex quo innuitur quartus modus vnius. Aut quia apprehensio indiuisibilis est eius quod est vnum specie. Aut eius quod est vnum numero. Indiuisibile enim vnum numero dicitur singulare: quod nō potest p̄dicari de multis p̄dicatione vniuoca ⁊ directa. Specie vero aliquid est indiuisibile: quod est vnum fm scientiam ⁊ noticiam. Nō enim in diuersis singularibus est vna natura numero que possit dici species. Sed intellectus eam apprehendit vt vnum per abstractionem fm primam eius operationem: non autem per secundam. s. illud in quo omnia inferiora non cōueniunt. Et sic in apprehensione intellectus species fit indiuisibilis que realiter est diuersa in diuersis indiuidуis. Et quia substantia prior est ratione omnibus alijs generibus: vt patuit. 7°. huius cum vnum dicatur hijs duobus modis ꝓpter rationem vnam: sequitur ꝙ primum vnum fm eos modos sit vnum substantia: que scilicet est substantialis causa vnitatis: sicut fm duos primos modos primum vnū erat magnitudo circulariter mota. ¶ Cōsiderandum vlterius est hic secundo fm philosophum ꝙ omnia que dicuntur vnum aut cōtinuitate fm materiam aut totalitate fm formam aut sicut singulare aut sicut vniuersale: omnia hec vniuersaliter dicuntur vnum ꝓpter rationem vnam: videlicet ꝓpter hoc quod est esse indiuisibile. Nam p̄prie vnum est ens indiuisibile. Unde vnū fm rationem totalem ⁊ completam nō significat solum indiuisibilitatem: sed hoc totum quod est ens indiuisibile: licet quantum ad rationem ꝓpriam qua distinguit ab alijs transcendentibus vnum importet rationem indiuisionis tantum vt dictum est in principio huius articuli. In primis enim duobus modis dicitur aliquid vnū: quia motus eius est indiuisibilis. In alijs autem duobus modis dicit aliquid vnū: quia intelligētia eius aut nō est indiuisibilis: vt sub hoc comprehendat apprehensio rei particularis. Unū ergo dicit de p̄dictis modis fm vnā rōnem cōem nō tamen equaliter participatam: sed fm prius ⁊ posterius vt statim patebit. Unde de eis

1.ec.19.

1.ec.22.

1.ec.1.

dicit analogyce vt etiã declarat. 5°. huius: vbi vnũ pri/ma sui diuisiõe diuidit in vnũ per se ⁊ in vnũ p accidẽs. Unũ vero p se dicit dupl'r. Uno° logyce: alio° naturali ter. Logyce quidẽ dicit quadrupl'r. Quia aliqua dicunt vnũ numero: alia specie: quedã genere: quedã vero pro/portione. Naturaliter vero dicit aliqd vnũ quinqz modis in speciali: vt ibidẽ pz cũ modorũ sufficiẽtia. s. in. 5°. hui9 q. 6. ar. primo. Hic vero solũ enumerant modi vni9 p se capitales vt dicit textus: incidẽter tn ⁊ nõ pricipaliter: cũ hoc ptineat ad libꝝ de quotiens. Et p hoc pz solutio ad duo p[a] argumẽta articuli. ¶ Cõsiderãdũ vlteri9 est 3°. fm põm qp nõ est silr sumere vnũ cum aliqua nã dicitur vna: ⁊ cum dicit qõ quid est vnum qõ est ratio vnitatis. Hoc enim modo etiã lignuz nõ dicitur album: sed quia album accidit ei. Quelibet autẽ res dicit vna: quia ei iest aliquis predictorũ modorũ vnius: puta cõtinuũ vel totũ vel vniuersale vel particulare: methaphysice tamẽ termi nos accipiẽdo. Sed hoc ipsuz quidez vnũ esse quãdoqz accipit fm qp nest alicui dictorũ modorũ puta vt dicaz qp vnũ fm qp cõtinuuz vnuz est. Et similiter est de alijs: quũ hoc ipsum qõ est vnũ esse attribuitur ei qõ est ma/gis ppinquũ nomen vnius: sicut est indiuisibile: qõ gdez potestate continet omnes predictos modos. Nam fm motum ipsum continuum dicitur indiuisibile. Simili/ter ⁊ totũ fm formam. Singulare vero ⁊ vniuersale di/citur idiuisibile fm rationem. Ad predicta adducit phy losophus exemplũ de elemẽto. Nam ignis est elemẽtũ. Et tamen ignis nõ est hoc ipsum qõ est elementum. i. id qõ est diuise loquendo non est elementuz in sensu com/posito. Igni enim esse nõ est eleméti esse. Nam alia est ratio ignis ⁊ alia est ratio ipsius eleméti. Nam elemẽtuz est ex quo primo fit aliquid p se cuz insit: vt patuit. 5°. hu ius: capitulo elementũ. Et tamẽ hec nõ est ppria ratio si/ue diffinitio ipsius ignis: vt de se pz. Sic i ppositio id qõ est vnuz vt linea nõ est ipsuz qõ quid est vnũ: cum alia sit ratio vnius: vz ratio indiuisibilitatis a rõne linee. Uni. n. esse vt dicit hic phylosophus est indiuisibile esse modo exposito.

Lec. 3.

Ad primũ igitur ⁊ ad secundũ pz solutio ex adductis sicut dictum est in secun do notabili. ¶ Ad tertium dicendum qp punctus dicitur vnus tertio modo: quia ratio eius siue intelligentia ẽ vna ex parte rei intelligibilis seu cõceptibilis siue rõcinabi/lis loquendo de rõne perfecta rei. Dicitur etiaz pũctus vnus cõtinuitate. Et lz nõ sit actu quoddam cõtinuũ: est tamen principium cõtinui. ¶ Et per hoc patet solutio ad quartum. Deus enim est in se maxime vnus fm intelli/gentiam: cũ sit maxime indiuisibilis ⁊ tm fine simplicita/tis simplex: vt. 12. huius disputabit. q. 6. ar. 2. Accipitur autem hic ratio nõ pro cõceptu aut pro diffinitione voca li: sed pro essentia rei: quam diffinitio mediãte rõne siue cõceptu representat. ¶ Ad quintum dicenduz qp lz vnũ transcendẽter loquendo nõ ponat in numerũ cõtra multi tudinem siue pluralitatem fm rem: tamẽ ponit in nume rum fm rõnez: vt declarat Doc. S. in quolibetis quoli/beto. 6. q. prima. ar. vnico vbi querit. An vnitas essentie ponat in numerum cõtra pluralitatem. Dicit. n. ibidem in corpore sic formaliter qp vnũquodqz inquãtum ẽ vnũ in tantum est ens. Unde ens ⁊ vnum conuertuntur. Est autem vnũquodqz ens per suam formam. Unde vnum quodqz per suam formam habet vnitatem. Et inde est qp que est comparatio forme ad formaz: talis est compa/ratio vnitatis ad vnitatem. Deus autem formaliter est deus per suam essentiam. Proprietas vero personalis est quasi forma constituens personam. Que quidem p/pter relatinam oppositionez realiter distinguitur ab alia persona. Sed non distinguitur realiter ab essentia. Aliter in deo esset compositio. Distinguitur tamen ab ea fm modum intelligendi ⁊ significandi. Unde vnitas essentie non ponit in numerum contra vnitatem persone fm rem sed ratione tantum. Hec ille. Que multum valent ad ea que in sequentibus declaranda sunt. Transcendenter er/go loquendo. vnum non ponit in numerum fm rem cõ tra id quod dicitur vnum: neqz etiam contra pluralitatẽ. ita qp realiter distinguat ab hijs q̃ dicunt eẽ plura. Se/cus vero eẽt loquẽdo pdicamentaliter.

¶ In Doc. S. ⁊ pbo vbi supra imptinẽter tamen.

B secundum sic pceditur. Ui/detur qp vnũ pri9 intelligatur q̃ id quod dicitur vnum. Nam indiuisibile prius intelligitur diuisibili. Sed vnum est indiuisibile: cum vt dictum est: vni eẽ sit indi/uisibile esse. Ergo ⁊c. Probatio maioris. Nam vnum est principium constituens numerum siue multitudinez. Sed primo physicorum principia ⁊ cause prius a nobis cognoscuntur q̃ principiata. Nã ex eo: uz cognitiõe de/uenimus in cognitionem alioꝝ: vt ibi dicitur. Ergo vnũ prius intelligitur q̃ multitudo. ¶ 2°. Per maximã topycam diffinitio procedit ex prioribus ⁊ nobis notio/ribus: vt etiam patet per Doc. S. primo physicorum. Sed numerus diffinitur per vnum: vt patet in hoc. 10. Numerus. n. est multitudo mensurata per vnũ. Ergo ⁊c. ¶ 3° Conceptus entis est cõceptus vnius: ⁊ sic 9cept9 entis ẽ 9cept9 vni9. Ergo vnũ ens nõ pri9 9cipit q̃ vnũ. Et per consequens nec ecõuerso. Probatio antecedẽtis. Nam conceptus entis ẽ in se indiuisus: ⁊ a quolibet alio conceptu diuisus: Ergo cõceptus entis est 9ceptus vni9. Ex hoc enim aliquid dicit vnum: quia est in se indiuisuz ⁊ diuisuz a quolibet alio. ¶ Sz in contrariũ arguit. Nã vnum priuationem quãdam importat. Sed primatio p posterius cognoscitur. Ergo ⁊c.

Respondeo dicendum qp cum ratio vnius vt dictum est consistat in rõne indiuisibilitatis: eodem modo sentiendum est de ordine cognitionis vnius ⁊ ipsius indiuisibilis. Qualiter autem indiuisibile cognoscatur deducit Doc. S. in prima parte questione. 85. ar. vltimo: vbi querit: vtrum intellect9 no ster per prius cognoscat indiuisibile q̃ diuisibile. Ubi cõsiderandum est fm ipsum ibidem in corpore: qp obie ctum intellectus nostri fm presentem statum est quidditas rei materialis: q̃ a fantasmatibus abstrahit. Et quia id quod est primo ⁊ p se cognitum a virtute cognoscitiua est proprium eius obiectũ: cõsiderari potest quo ordine indiuisibile ⁊ per cõsequens vnum intelligat a nobis: ex eius: vz habitudine ad huiusmodi quidditatem. Dicitur autem indiuisibile tripliciter: vt dicitur in. 3°. de anima. Uno modo sicut cõtinuum. Quod quidem est indiuisuz in actu: aliter nõ esset vnum: licet sit diuisibile in potentia vt dictum est. Et huius indiuisibile est prius cognituz a nobis q̃ eius diuisio que est in partes: quia cognitio cõ/fusa precedit distinctam ⁊ determinatã: vt pz ex primo physicorum. Alio modo dicitur indiuisibile fm speciem. Sicut ratio hominis est quoddam indiuisibile. Et hoc modo indiuisibile est prius intellectum q̃ diuisio eius in partes rationis. ⁊ iterum q̃ intellectus componat ⁊ dini dat affirmando vel negando. Et huius ratio est: quia ta/le indiuisibile intellectus fm se intelligit sicut ppriuz ob iectum. Tertio modo aliquid dicitur indiuisibile quod videlicet est omnino indiuisibile ⁊ actu ⁊ potentia sicut punctus ⁊ vnitas. Et tale idiuisibile per post eriꝰ cogno scitur: per priuationẽ: vz diuisibilis. Cum ergo rõ vnius sit qp sit quoddam indiuisibile: relinquitur qp posteri9 ab intellectu apprehenditur. Cuius rationem ibidẽ assignat Doc. S. Nam tale indiuisibile habet quandam oppositionem ad rem corporalem: cuius quidditatem primo ⁊ per se intellectus accipit. Secus est fm Platonicos qui posuerunt qp intellectus noster intelligit per participatio nem indiuisibilium separatorum. ¶ Et lz principia ordi ne resolutionis scientie precedant principiata: vt ibi dicit Doc. S. ad primũ: nõ tamen ordine generationis ⁊ acq sitionis. Unum etiam nõ ponitur in diffinitione multitu/dinis siue numeri quidditatiue: sed magis vt prius quo ad nos: quia est eius mensura. ¶ Et per hoc pz solutio ad duo prima argumenta in principio articuli adducta.

¶ Ad tertium

Questio Secunda

¶Ad tertium dicendum q̄ argumentum bene p̄obat q̄ conceptus entis est bene conceptus vnus. ¶Non tamen probat q̄ conceptus entis: sit cōceptus ipsius vnius: sed committitur ibi fallacia figure dictionis: arguendo a recto ad obliquū: sicut hic. Iste est Martini. Ergo est Martin⁹.

¶Questio secunda. De quadam ꝓprietate vnius. vz. qō habet rationem mensure.

¶Considerandum est in q̄dam ꝓprietate vnius. vz. qualiter habet rationem mensure. ¶Circa qō queruntur duo. ¶Primo vtrum vnum ꝓut ratio mensure ei conuenit sit primo in quantitate. ¶Secundo vtrum sit primo in quantitate discreta vel continua.

¶Sequitur in philosopho ⁊ Doctore. S. ibi. Maxime vero in eo ⁊c. Et in cōmentatore cōmento scdo ibi. ⁊ ideo est magis q̄ aliud ⁊c.

¶Primum sic proceditur. Videtur q̄ vnum secundū rationem mensure consideratum: non primo reperiatur in quantitate. Nam substantia precedit quantitatem: vt patet septimo huius. Ergo vnum quod facit idem in substantia precedit vnum quod facit equale in quantitate. Et sic non primo reperitur vnum in quantitate. ¶Sed dicebat q̄ transcendēter de vno loquēdo: vnum prius dicitur de substantia quam de quantitate non tamen si in ratione mensure predicamentalis consideretur. ¶Contra. Effectus prius preexistit in sua causa: q̄ in seipso: presertim in hijs que tempore mensurantur. Sed substantia est causa mensure vnitatis de genere quantitatis. Ergo in ratione mensure etiam vnum prius reperitur in substantia. ¶Ꝑ. 2°. Unumquodq3 dicitur mensura alicuius secundū q̄ certitudinaliter cognoscitur: vt dicitur hic in textu. Sed maxime ipsa substantia est certitudinaliter cognoscibilis. Ergo maxime in ea reperitur ratio mensure etiam omnia alia ab ea prescindendo. ¶Sz contra est philosophus in textu ibi. Maxime vero in eo quod est metrum esse primum vniuscuiusq3 generis: ⁊ maxime proprie quantitatis. ¶Alia translatio in cōmento secundo. ¶Et ideo vnum est magis quam aliud prima mensura cuiuslibet generis. Et quantitates sunt valde domine. Et ex hoc est in alijs rebus. Mensura enim est p quod cognoscitur quantitas aut per vnum: aut per numerum. Et omnes numeri cognoscuntur per vnum. Ergo omnis quantitas secundum q̄ est quantitas cognoscitur per vnum. Et illud per quod primo cognoscitur est vnū. Ideoq3 vnum est principiuz numeri non numerus. Hec textus formaliter ⁊ non sine causa.

¶Respondeo dicendum q̄ ratio mensure primo ⁊ per se cōpetit vni de genere quantitatis. Quod sic patet secundum philosophum. Nam cum ratio vnius vt dictum est sit indiuisibile esse ⁊ id quod est aliquo modo indiuisibile reperiatur in quolibet genere: maxime mensura dicetur secundum hoc qō habet esse mensuram cuiuslibet generis. Et hoc maxime inuenitur in quantitate proprie loquendo. Et inde derivatur ad alia genera ipsa ratio mensure. Mensura autem nihil aliud est quā id quo rei quātitas cognoscitur. Sz quātitas rei cognoscitur per vnum aut numerum quendaz. sicut cum sunt tres pedes vel tria stadia. Ulterius autem omnis numerus cognoscit per vnum: eo q̄ vnitas aliquo modo tiens sumpta quemlibet numerum reddit. Unde relinquitur q̄ omnis quantitas cognoscitur per vnuz: ⁊ hoc inquātum quantitas. ¶Proprietates enim ⁊ accidentia quantitatum alio modo cognoscuntur. Hec Doc. S. secundum textum philosophi ⁊ sententiam cōmentatoris. ¶Potest ergo sic breuiter formari ratio ad propositum. Mensura nihil aliud est q̄ id quo rei quantitas cognoscitur. Sz vnum est huiusmodi. Ergo vnum maxime habet rationem mensure respectu quantitatis.

Ad primum igitur admittatur solutio i obiciendo tradita. ¶Ad secundū dicendum q̄ licet effectus preexistat virtualiter in sua causa efficiente: non tamen essentialiter siue formaliter. Unde ratio nulla. ¶Ad tertiuz dicendum q̄ licet substantia in ratione substantie considerata sit secundum suam naturam maxime cognoscibilis: non tamen quo ad nos: ⁊ hoc in ratione mensurati.

¶Sequitur in pbo ⁊ Doc. S. ibi. Ex quo primo cognoscitur ⁊c. Et in commentatore commento. 2°. ⁊. 3°. ibi. Et ex hoc dicitur mensura in alijs rebus.

Secundum sic proceditur. videtur q̄ vnum ⁊ mensura non reperiantur primo ⁊ per se in p̄a specie quantitatis. vz. in quantitate discreta. nā quantitas rei maxime cognoscitur suis dimensiōibus. vz. lōgitudine latitudine ⁊ profunditate: vt patet per geometras. Ergo vnum ⁊ mensura maxime reperiuntur in quātitate continua. ¶Ꝑ. 2°. Unum ſm q̄ supra concessum est cognoscitur tāquam ens primatiuum per res corporales. Ergo res corporales que quātitate mensurantur: temp⁹ enim est mensura rerum corporaliū: vt patet quarto phi Lectio. 17.
sicorum: non maxime cognoscuntur per vnum. Quod patet per descriptionem mensure. Mensura enim vt iam dictum est nihil aliud est quā id quo rei quantitas cognoscitur. ¶Ꝑ. 3°. Si vnum esset prima mensura omnium: sequeretur q̄ ab eo derivaretur ratio mensure in alijs speciebus quantitatis. A primo enim in quolibet genere procedunt omnia illius generis. Sed hoc est falsum: quia sic sequeretur q̄ vnum esset mensura cōmunis ad alias mēsuras. Et sic mensure essēt mensura. Quod est inconueniens. ¶Sed contra est philosophus hic cum suis expositoribus in hoc secundo capitulo. ibi. Ex quo primo cognoscitur: hoc ipsum vnum est. Quapropter vnum numeri principium secundum q̄ numerus ⁊c. ¶Alia translatio circa finem cōmenti secūdi. Et id per quod primo cognoscitur est vnum ⁊c. Et paulo post ibi vbi incipit commentum tertium. Et ex hoc dicitur mēsura in alijs rebus per quam ⁊c.

Respondeo dicendum q̄ ratio mensure primo reperitur in quantitate discreta que est numerus. Quod sic patet secundum philosophum. Nam id quo cognoscitur primo rei quantitas ē ipsum vnum siue vnitas que est principium numeri: ⁊ nō econuerso. Unum enim in alijs speciebus non est ipsum vnum siue vnitas: sed est aliquid cui aduenit vnum. Sicuti dicimus vnam lineam vnum magnum aut magnitudinem vnam. Unde sequitur q̄ vnitas siue ipsum vnum quod est mensura prima sit principium numeri secundū quod est res numerata. Ex numero vero ⁊ vno quod est principium numeri derivatur mensura in alijs speciebus quantitatis ⁊ in alijs quātitatibus: quia id quo primo cognoscitur vnumquodq3 talium: est mensura ipsorum. Sed vnum ⁊ numerus sunt huiusmodi: vt patet in dimensionibus que sunt tres. vz longitudo latitudo ⁊ profunditas. ¶Patet etiam in grauitate ideſt in ponderibus. Et in velocitate hoc est in motibus: que omnia ad quantitatem pertinent. ¶Considerandum autem est hic primo secundum philosophum q̄ grauitas ⁊ leuitas habent aliquid cōmune in contrarijs quia. vz. in vno contrariorum inuenitur alterum. Nam graue est aliquo modo leue ⁊ econuerso. vt patet in quarto de celo ⁊ mundo sicut aqua Lectio. 3.
dicitur grauis respectu aeris ⁊ leuis respectu terre. Unde aer ⁊ aqua dicuntur elementa grauia in respectu: ⁊ leuia in respectu. Ignis vero dicitur leuis simpliciter: ⁊ terra grauis simpliciter de elementis loquendo. ¶Considerandum vlterius est secundo secundū philosophum hic i textu: q̄ graue ⁊ velox possunt accipi dupliciter. Uno modo absolute: vt graue inquantū habet inclinationem vt feratur deorsum siue ad medium absq3 hoc q̄ considere tur quantum habeat de tali grauitate siue inclinatione: ⁊

Ad

velor inquantum habet motum quecunqz absqz considerationē graduum velocitatis. Et isto modo eis non competit mensurari siue ratio mensure: sed magis ad aliud p̄dicamentum pertinent. Alio modo possunt considerari p̄ cōparationem: secundum q̄ important excessum in grauitate vel velocitate: graue. vz. fm q̄ excedit alterum in inclinatione predicta: ⁊ velor secundum q̄ excedit alterum in velocitate. Ut si dicamus q̄ terra est grauior aqua: ⁊ plūbum est grauius ligno: ⁊ si dicamus q̄ motus primi celi est velocior q̄ motus vltimi celi. Ratione aūt huiusmodi excessus inuenitur in eis aliqua ratio quantitatis ⁊ mensure. ¶ Et per hoc patet solutio vnius taciti argumēti causa brenitatis. ¶ Considerandum vlterius est tertio fm p̄m ⁊ Doc. Sā. ⁊ cōmentatorē cōmēto. 3°. q̄ actio mensure in alijs rebus est cōsimilis actioni mensure i numero ⁊ in vnitate numerali: qm̄ sicut vnuz numerale qō est prima mensura in numeris facit vnum numerū sciri ⁊ cognosci similiter vnūquodqz vnum quod est mensura in alijs rebus facit cognitionem de rebus sui generis. vñ ratio mensure quantum ad hoc in alijs deriuatur ab vno ⁊ numero qui est species quantitatis discrete. ¶ Considerandum vlterius est quarto fm p̄m in textu q̄ hoc modo deriuatur ratio mēsure a numero ad alias quantitates q̄ sicut vnum qō est mensura numeri est quoddā indiuisibile: ita in omnibus generibus siue specieb⁹ quantitatis aliqō vnū indiuisibile est mensura ⁊ principium eoruz q̄ sūt illoz generū. Quod patet inductiue. vt in mensuratione linearum vtuntur homines quasi indiuisibili mensura vnius pedis. Ubiqz enim queritur p̄o mensura aliquod indiuisibile quod est aliquod simplex aut secundum qualitatem aut fm quantitatem. Secundū qualitatem quidē vt album in coloribus, quod quoddāmo est mensura in coloribus: vt nunc supponitur. Secundum quātitatem vero: vt vnitas in numero: ⁊ mensura pedalis in lineis. Ratio autem quare oportet mensuram esse aliquid indiuisibile vel simpliciter vel quo ad nos: est quia hoc dicit esse certa mensura: a qua non potest aliquid auferri vl addi. Et ideo vnum in numeris est certissima mensura: quia vnum quod est principium numeri est omnino indiuisibile: ⁊ nullam additionem aut subtractionē suscipiens manet vnum. Mensure vero aliorum generum quantitatis imitantur hoc vnum quod est omnino indiuisibile accipientes fm q̄ est possibile aliquid minimuz p̄o mensura: quia si acciperetur aliquid magnum vtpote stadium in lōgitudinibus ⁊ talentum in ponderibus lateret si aliquod modicum subtraheretur ⁊ magis in maiori q̄ in minori. Et ideo vniuersaliter omnes accipiunt hoc p̄o mensura: quod primo inuenitur tale: vt ab eo non possit aliquid auferri sensibile vel addi quod lateat putantes se cognoscere rei quantitatem certitudinaliter quando cognoscunt eam per huiusmodi minimam mensuram. ¶ Considerandum vlterius est qnto secundum p̄m q̄ etiam hoc veritatem habet in velocitate motuum. Nam in astrologia accipiūt motum ad mensurandum horas: qui quidem motus est vniformis ⁊ velocissimus minimum habens de tempore. Accipiunt enim motuz primi celi. vz. motum diurnū qui est regularis ⁊ velocissimus fm quem indicant ⁊ mēsurant oēs alios motus. Et quia ex velocitate ⁊ tarditate motuum attenditur grauitas ⁊ acuitas in sonis vt probatur in musica: ideo philosophus p̄o maiori explanatione adducit exemplum: vt in musica dyesis idest diuisio duorum semitonorum est prima mensura in musica. Probatur etiam a Boetio in musica quod tonus diuiditur in duo semitona etiam equalia. Similiter in voce mensura prima est elementum. Brenitas etiam ⁊ longitudo vocis, consequuntur velocitatem ⁊ tarditatem motus. ¶ Ex quibus patet quod omnes mensure sunt aliquid vnum. Non tamen ita q̄ aliquid vnum sit mensura communis omnibus: nisi forsitan communis communitate proportionis: sed solum quia quelibet mensura est in se aliquid vnum. ¶ Et si arguatur. Tempus mensurat motuz primi mobilis. Ergo a motu illo non mensuratur. Aliter idē esset mensura ⁊ mensuratum prius ⁊ posterius. Quod est inconueniens. ¶ Dicendum quod non est inconueniens idem esse mensuram ⁊ mensuratum respectu etiam eiusdem: diuersimode tamen. Tempus vero mensurat motum a posteriori: cum tempus sit in eo subiective, sed motus mensurat tempus a priori: modo tamē quo expositum est in phisicis. ¶ Ad argumenta autem patet solutio ex dictis.

¶ Questio tertia. De quibusdam proprietatibus mensure.

Finde considerandum est in hoc tertio capitulo quod correspondet tertie lectioni Doc. S. de quibusdam proprietatibus mensurarum que mensure attribuuntur inquantum mensura est. ¶ Circa quod queruntur duo. ¶ Primo vtrum omnium rerū sit vna mensura. ¶ Secundo vtrum mensura sit einsdem generis cū mēsurato. ¶ Sequitur in p̄o ⁊ Doc. S. ibi. Non semper autem numero vnum ⁊c. Et in commentatore paulo post principium.

a D primū dicendum q̄ ex predictis philosophus hic assignat quasdaz proprietates mensure. Quarum prima est q̄ non est omnium rerum vna mensura numero: neqz etiam omnium rerum corporalium est vna mensura numero: nec adhuc omnium magnitudinum est eadem numero mensura. Quod deducit philosophus in multis. In musicis enim sunt due dyeses ideſt duo semitona que propter parvitatem non discernuntur per auditum. Sensus enim non percipit differentiam aut diuisionem valde parvorum. Sed eorum differentia percipitur secundum diuersas rationes proportionum: quia ex diuersis numeralib⁹ proportionibus causantur. Similes enim voces quibus alias voces mensuramus sunt plures. Quantitas enim vnius metri vel vnius pedis metri ex diuersis syllabis mensuratur: quarum alie sunt breues alie longe. Syllaba longa habet duo tempora in quibus p̄ofertur. Syllaba vero breuis vnum tantum. Similiter etiam dyameter circuli quadrati ⁊ latus quadrati mensuratur duobus. Non enim inuenitur quantitas ignota: vt patet per Euclidem: nisi per duas quantitates nobis notas. ¶ Ex qui bus etiam habetur quod vnum est mensura omnium. Cuius ratio est quia vnum est ad quod terminatur diuisio eorum ex quibus est rei substantia. Ea vero ex quib⁹ est vniuscuiusqz substantia cognoscuntur per diuisionem siue resolutionem totius in componentia: siue sint partes secundum quantitatem siue secundum speciez vt materia ⁊ forma siue elementa mixtorum. Et ideo oportet quod id quod est per se vnum esse indiuisibile: cum sit mensura qua cognoscitur res: quia quod in singulis est primuz in compositione ⁊ vltimum in resolutione est indiuisibile. Et per hoc cognoscitur res ut declaratum est. ¶ Ex quo elicitur secunda proprietas mensure. videlicet. quod vnum quod est mensura in vnoquoqz genere: non est eodem modo indiuisibile. ¶ Tertia proprietas eius est quod vnum quod est mensura in vnoquoqz genere: non est omnino eodem modo indiuisibile. Nam quedam sunt non omnino indiuisibilia

indiuisibilia: sed sunt indiuisibilia secundum perceptionez sensus secundum q̄ voluit auctoritas instituentium tale aliquid pro mensura: sicuti est mensura pedalis: que q̄dem indiuisibilis est proportione: sed nō natura: quia omnis magnitudo continua resolubilis est ad aliquod indiuisibile: quod nō est vlterius diuisibile naturaliter loquendo. Dabilis enim est minima caro: vt patet primo physicorum. Mathematice vero loquendo omne continuum est diuisibile in infinitum. Sic ergo circa primuz quod in hoc libro considerandum est vt dicit Doctor Sanctus circa vnum in ratione mensure ⁊ etiam circa quācunqz mensuram tres phūs innuit proprietates. ¶De quarta vero proprietate ipsius que tangetur in eo quod secundo considerandum restat circa mensuras: videbitur in sequēti articulo.

Ad primum dicendum quod omnium corporalium mobilium bene est vna mensura communis: vt argumentum voluit. Non autem omnium eorum est vna mensura specialis: de qua nunc est ad propositum. ¶Ad secundum dicenduz quod illud quod per superabundantiam dicitur in aliquo genere: dicitur esse vnus solum in illo genere. Tamen possunt esse plura minima diuersorum generum: sicut patet de decem generalissimis generibus que omnia dicuntur generalissima: non quia sint omnibus simpliciter generalissima. Sed in suo genere quodlibet dicitur generalissimum. Et sic plura sunt minima in diuersis generibus: licet in vno genere mensurabilium sit tantum vnum minimum.

¶Sequitur in philosopho ⁊ Doctore Sancto. ibi. Sēper enim cognatum est metrum. Et in cōmentatore commento quarto. ibi. Et mensura semper est vnigenea.

a **Ad secundum** sic proceditur. videtur q̄ mensura non sit vnigenea siue eiusdem generis: aut natura cum mensurato. Nam motus primi celi est mensura mobilis: vt omnes philosophi concedunt. Sed constat q̄ motus celi ⁊ ipsum celum non sunt eiusdem generis: cum celum sit de genere substantie ⁊ motus eius cum sit localis sit de genere ipsius vbi. Ergo mensura ⁊ mensuratum non sunt eiusdem generis. ¶P 2°. Quantitas est propria mensura substantie: vt patet in predicamentis ⁊ in quinto huius. Sed quantitas ⁊ substantia non sunt eiusdem nature aut eiusdem generis. Ergo idem quod prius. ¶P. 3°. Id quod est mensura in quolibet genere: est vnum vt iam sepe concessum est. Sz vnum non est eiusdem nature cum omnibus bijs que mensurantur: cum non omnia sint de genere quantitatis discrete. Unum enim est principium numeri: que est species quantitatis discrete: vt etiam concessum est. Ergo ⁊c. ¶P. 4°. Si mensura esset eiusdem generis cum mensurato: sequeretur quod deus collocaretur in genere. Sz consequens est falsum secundum scolam Doctoris Sancti: vt patet in prima parte questione tertia articulo quinto. Ergo ⁊c. Patet sequela: quia deus ponitur a theologis mensura omnis creature. ¶P. 5°. Angeli mensurāt eniternitate. Sed cum angeli sint sbe per se existentes: pertinent ad genus substantie. Euiternitas vero cum sit mensura: pertinet ad genus quantitatis. Ergo ⁊c. ¶Sed contra est philosophus in textu ibi. Semper enim cognatum est metrum. Alia translatio. Semper mensura est, vnigenea. ⁊ cetera.

Respondeo dicendum q̄ metrum siue mēsura semper debet esse eiusdez nature cum mensurato. Quod probat philosophus exemplariter. Nam mensura magnitudinum est magnitudo. Et non sufficit quod mensura conueniat cum mensurato in natura communi: sicut omnes magnitudines conueniunt: sed oportet esse conuenientiam ipsius mensure ad mēsuratum in natura speciali secundum vnumquodqz genus. Sicut quod longitudinis mensura sit longitudo: latitudinis latitudo: vox vocis: grauitas granitatis: ⁊ vnitatuz vnitas: ⁊ ipsius numeri numerus. In quo tamen est difficultas. ¶Cōsiderandum ergo est primo q̄ possibile est aliquo modo q̄ numerus sit mensura numeri: nō tamen ita q̄ numerus mensurans sit vnius speciei: ⁊ numerus mēsuratus sit alterius speciei: sed ita q̄ vnitates vnius numeri scilicet numeri minoris sint mensurantes vnitates alterius numeri scilicet numeri maioris. In hoc enim est vnigeneitas ⁊ propria mensura. Necesse est enim cuz numerus mensurat numerum ⁊ mensuratio peruenit ad numerum q̄ mensuretur per mensuram vnitatum: sicut patet de binario q̄ talis numerus mensuratus est vnitates non vnitas: cum omnis numerus sit pluralitas siue multitudo vnitatum. ¶Et si arguatur. Punctus in continuis nō potest habere rationez mensure. Ergo pari ratione vnitas in discretis non poterit habere rationem mensure. ¶Dicendum negando sequelam quia non est simile. Nam cōtinuum non potest esse ex punctis sicut numerus siue discretum potest esse ex vnitatibus. ¶Cuius ratio est: quia vnitates sunt adinuicem discrete naturam discreti habentes. Et ideo vnum discretum ex illis potest componi. Puncta autem continua non sunt: nec naturam continuitatis habent adinuicem licet alia continuent: vt ex sexto phisicorum patet. Quare continuum ex punctis esse non potest. ¶Considerandum vlterius est secundo secundus philosophum ⁊ commentatorem commento quinto quē admodum adducit hic Doctor Sanctus quod etiam mēsura transfertur ad aliqua alia: non quidem proprie sed similitudinarie: quia cum ita sit vt dictum est quod mensura dicitur illud quo quantitas rei cognoscitur: dicere possumꝰ scientiam esse mensuram rerum scibilium: ⁊ ipsuz sensum esse mensuram rerum sensibilium: quia videlicet ipsis aliquid cognoscimus: per sensum scilicet sensibilia: ⁊ per scientiam scibilia. Non tamen eodem modo sicut per mensuram. Nam per mensuram cognoscimus aliquid sicut per principium cognoscendi. Per sensū vero ⁊ scientiam tanquam per potentiam cognoscitiuam aut habituz cognoscitiuum. Sic ergo similitudinarie dicuntur mensure ⁊ non proprie: quia secundum rei veritatem magis mensurantur quam mensurent. Non enim quia nos aliquid sentimus aut scimus ideo sic est in rerum natura. Sed quia sic est in rerum natura: ideo vere nos aliquid sentimus aut scimus: vt in nono declaratum est. Et accidit nobis quod in sentiendo ⁊ sciendo mensurentur res q̄ extra nos sunt. Et hoc loquendo de scientia speculatiua. Sed si est aliqua alia scientia in nobis videlicet practica: que est causa rei scite: oportet q̄ sit rei scite mensura: sicut scientia artificis est mensura artificiatorum: quia vnumquodqz artificiatum secundum hoc quod perfectum est accedit ad similitudinem artis ⁊ econuerso. Et hoc modo se habet scientia dei respectu omnium rerum creatarum. Pythagorici tamen dicebant hominem per sensuz ⁊ intellectum esse mensuram omnium sensibilium ⁊ scibilium. Dixerunt enim vt patuit in quarto huius questione septima articulo nono. quod res sunt tales quia sic eas sentimus vel ymaginamur. Hec omnia secundum deductionem Doctoris Sancti. Et nihil aliud hic commentator.

Lectio. 1.

Ad primum igitur dicendum quod duplex est mensura. Quedam est propria ⁊ immediata. Et isto modo motus est mensura motus: ⁊ tempus ipsius temporis: de qua hic est ad propositum. Alia est mensura non prima ideſt proxima: sed aliqualiter remota. Et sic motus est mensura celi. ¶Et licet celum secundum naturam physicam non sit eiusdem nature cum motu: est tamen eiusdem nature commensū rationis. ¶Et licet etiam non sint eiusdem generis predicamentalis: sunt tamen eiusdem generis mēsurationis. Et per hoc patet solutio ad secundum ⁊ tertium. ¶Ad quartum dicendum quod duplex est mensura. Quedam est excedens. Et talis est differmis secundum propriam naturam: qualis mensura est deus. Alia est mensura propria ⁊ vniformis. Et talis est eiusdem nature ⁊ eiusdez

generis modo exposito terminis acceptis. ¶ Ad quintū dicendum sicut dictum est. quod angelus ⁊ euiternitas sunt eiusdem nature ⁊ generis mensurationis: licet non predicamentalis secundum aliquos ponentes euiternitatem esse de genere quantitatis ⁊ esse mensuram realiter ab angelis distinctam. ¶ Qualiter autem hoc veritatem habeat deo duce in. 12. huius declarabitur.

¶ Questio quarta. Qualiter mensura se habeat ad ipsaꝫ substantiam rerum.

Consequenter considerandum est in hoc quarto capitulo eiusdem primi tractatus: qualiter ratio mensure se habeat ad ipsam substantiam rerum: post considerationem eorum que ad rationem mensure pertinent. Circa quod queruntur duo. ¶ Primo vtrum vnum sit substantia rei: que dicitur vnum per se subsistens. ¶ Secundo vtrum ens ⁊ vnum idem significent.

¶ Sequitur in philosopho ⁊ Doctore Sancto. ibi. Secundum vero substantiam ⁊ naturam. ¶ Et in commentatore commento sexto. ⁊ est lectio tertia.

a **Primum** sic proceditur. Videtur quod vnum sit substantia rerum: ⁊ per consequens numerus: vt pythagorici ⁊ platonici eos sequentes dixerūt. Nam vt concessum est mensura est eiusdem nature cum mensurato. Sed vnum est omnium mensura: vt etiam probatum est. Ergo vnum est natura rei: ⁊ per consequens est substantia rei que dr̄ vna: cum vt in libro de quotiens dicitur: nā sit quedam substantia: sicut natura humana dicitur substantia. ¶ Ꝓ. 2°. Probat in hoc capitulo philosophus ꝙ ens ⁊ vnum eandem naturam significant. Sed ens est de substantia ⁊ natura cuiuslibet rei. Nihil enim dicitur ens per aliquid superadditum. Aliter esset procedere in infinitum: vt hic deducit philosophus. Ergo ⁊c̄. ¶ Ꝓ. 3°. Hic etiam probat philosophus quod nihil dicitur vnum per aliquam naturam superadditam: quia illa natura superaddita diceretur vna. Et sic etiam esset procedere in infinitum: quia non est maior ratio ꝙ illa natura superaddita dicatur vna per se ⁊ non per aliquid superadditum: quam illa natura cui superadditur. ¶ Ꝓ. 4°. Unuꝫ transcendenter loquendo non significat accidens superadditum substantie rei. Ergo significat ipsam substantiam rei. Sed substantia quecunque sit illa similiter ⁊ quelibet res extra animam est res subsistens. Ergo vnum significat naturam siue substantiam rei subsistentem. ¶ Sꝫ contra est philosophus in textu in hoc quarto capitulo huius primi tractatus. ibi. Secundum vero substantiam ⁊ naturam perscrutandum est quomodo est ⁊c̄.

Respondeo dicendum quod philosophus mouens hanc questionem in hoc capitulo: que etiam ab eo fuit mota in tertio huius cōtra platonicos nunc soluit eam. videlicet. quod vnum non significat substantiam rei subsistentem vt ipsi posuerunt. Quod probat dupliciter. videlicet. ratione ⁊ similitudine. Primo probat hoc tali ratione. Nam vt probatur septimo huius nullum vniuersale potest esse substantia que sit per se subsistens. Sed vnum cum sit transcendens est vniuersale ⁊ quoddam commune in multis. ¶ Existens enim est quod rationem vnius sicut neqꝫ rationem entis subterfugere non potest: cum de omnibus predicentur. Ergo vnum non est substantia subsistens. Quod vero nullum vniuersale possit esse substantia subsistens: patet quia si sic: oporteret ꝙ esset vnum preter multa. Et ita non essꝫ commune sed singulare in se. Et hoc loquendo de communitate vniuersalitatis siue predicationis: licet possit eē commune communitate causalitatis. Sed alia est communitas ipsius vniuersalis ⁊ cause. Nam causa non predicatur de suis effectibus cum non sit causa sui ipsius. Lec. 13.

⁊ hoc loquendo de predicatione formali. Secus est loquendo de predicatione causali. Uniuersale autem est cōmune quasi aliquid predicatum de multis. Et sic oportet quod sit vnum cum multis ⁊ in multis ⁊ non seorsum subsistens ab eis. Dici enī de presupponit esse in. ¶ Ex quibus infertur quod nulla genera sunt alique nature ⁊ substantie per se subsistentes quasi separabiles ab hijs de quibus predicantur. Quod etiam fuit in tertio huius inter questiones ibi motas dubitatum. ¶ Et quamuis vnū sit commune predicatum de multis etiam speciebus ⁊ in quid: non tamen est genus: quia eadem ratione vnum nō potest esse genus qua nec ens: quia non vniuoce predicatur de eis: ⁊ propter alia que superius in tertio huiꝰ questione sexta articulo tertio adducta sunt. Sequitur etiam ex eadem ratione quod vnum non potest esse substantia subsistens. Secundo probat idem ex quadam similitudine ad ens. Nam oportet quod vnum equaliter se habeat in omnibus generibus sicut ⁊ ens: quia ens ⁊ vnum equaliter predicatur de omnibus generibus. Sꝫ in aliis generibus queritur aliquid quod est vnum quod eis attribuitur: quasi ipsa vnitas non sit ipsa natura que dicitur vna: sicut patet in qualitatibus ⁊ quantitatibus. Unde nō est conueniens dicere quod in omnibus generibus hoc ipsum quod est vnum sit natura ipsius cui vnuꝫ attribuitur. Sed oportet querere quid sit quod dicitur vnum. Sicut in coloribus querimus aliquid quod est vnum: scilicet album quod est quid primum inter colores. Unde si in quolibet genere vt conceſſum est sit vnum id quod est primum in tali genere: oportet ꝙ album sit vnum in genere colorum ⁊ quasi mensura aliorum. Unusquisque enim color tanto perfectior est quanto magis accedit ad album. Quod autem album sit primum in coloribus patet: quia colores medij generantur ex illo albo ⁊ nigro. Et ideo ipsi sunt posteriores albo. Nigrum etiam est posterius: quia est priuatio albi sicut tenebre lucis: non quod ly sicut dicat omnimodam similitudinem: quia nigrum non est pura priuatio albi sicut tenebre lucis cuꝫ nisi ficans: sed hoc pro tanto dictum est quia in nigro est minimum de luce que facit colores actu: vt patet in libro de sensu ⁊ sensato. Et sic comparatur ad album sicut defectus lucis ad lucem. Unde dicitur quod nigrum est defectus albi seu priuatio albi. Et quia in coloribus queritur aliquid quod possit dici primum ⁊ vnum scilicet albuꝫ: manifestum est quod si omnia entia essent colores: haberent quidem vnum aliquem numerum non tantum ita quod numerus esset ipse res subsistentes sed etiam numerus siue mensura aliquarum rerum subsistentium scilicet colorum. Et per consequens esset aliquid quod subijcere tur ipsi vni scilicet album. Et similiter esset si omnia entia essent melodie: ⁊ sic in omnibus alijs: vt deducit philosophus in textu. Cum ergo ita sit in coloribus queritur aliquid quod possit dici primum ⁊ vnum scilicet albuꝫ: manifestum est quod si omnia entia essent colores: haberent quidem vnum aliquem numerum non tantum ita quod numerus esset ipse res subsistentes sed etiam numerus siue mensura aliquarum rerum subsistentium scilicet colorum. Et per consequens esset aliquid quod subijcere tur ipsi vni scilicet album. Et similiter esset si omnia entia essent melodie: ⁊ sic in omnibus alijs: vt deducit philosophus in textu. Cum ergo ita sit in omnibus generibus accidentium ꝙ vnum ⁊ numerus non sunt substantie eorum de quibus dicuntur sed numerus dicitur de quibusdam rebus ⁊ vnum requirit aliquod subiectuꝫ quod dicitur vnum necesse est quod similiter se habeat in substantijs: quia ens ⁊ vnum similiter predicantur de omnibus. Manifestum est igitur quod in quolibet genere est aliqua natura: de qua dicitur vnum: non tamen ita quod hoc ipsum vnum sit ipsa natura. ¶ Qualiter autem hoc intelligatur: in sequenti articulo declarabitur. ¶ Sed instabat discipulus contra vnum nunc dictum. videlicet. ꝙ ens ⁊ vnum equaliter predicantur de omnibus. Nam illud quod predicatur de multis equaliter predicatur vniuoce. Si ergo ens ⁊ vnum predicantur equaliter de omnibus generibus sequitur quod vniuoce de eis predicentur. Quod tamen in hac eadem parte lectionis negatum est. Ergo ⁊c̄. ¶ Dicendum quod illa propositio ens ⁊ vnum predicatur ⁊c̄. est duplex. Nam illa coniunctio ⁊ potest coniungere inter propositiones. vt sit sensus ens predicatur equaliter de omnibꝰ ⁊ vnum predicatur equaliter de omnibus. Et sic quia ambe ille propositiones sunt falle

falsē: ideo tota copulatiua est falsa. Alio modo potest con iungere inter terminos: vt sit sensus ens ⁊ vnum predicā tur equaliter de omnibus. Et sic iterum est duplex: quia illa determinatio equaliter potest determinare hoc ver bum predicantur. Et sic est vera. Est enim sensus q̄ ens ⁊ vnum predicantur equaliter idest eodem modo predi cantur de omnibus: ita quod si vnum predicatur vnino ce: ⁊ alterum. Si vnum non vniuoce: neq; ⁊ alterum. Alio modo potest determinare illam particulam de om nibus. vt sit sensus. Ens ⁊ vnum predicantur de omni bus equaliter: quia non per prius de vno quam de reli quo. Et sic est falsa. Unde ibi committitur fallacia diuisio nis: sicut etiam supra adductum est in quarto huius que stione tertia. 3°. duodecimum. ¶ Et si arguatur. Ens non predicatur equaliter de omnibus: ⁊ vnum non predica tur equaliter de omnibus. Ergo ens ⁊ vnum non predi cantur equaliter de omnibus. ¶ Dicendum quod ibi committitur fallacia figure dictionis mutando singulare in vniuersale. Committitur etiam fallacia accidētis vt de se patet.

Ad primum igitur ⁊ similiter ad alia est di cendum quod vnus sicut ⁊ ens significat bene naturam: sed non significat naturam pri prie subsistentem de primario suo significato: quia vt in fra patebit illud quod proprie subsistit significat hoc ali quid. Quod non competit vni: cum sit commune quod dam in multis vt declaratum est in quarto questione ter tia articulo primo ⁊ septimo.

¶ Sequitur in philosopho ⁊ Doctore Sācto. ibi. Quia vero idem significant aliqualiter vnum ⁊ ens. Et in com mentatore commento octauo. Alia translatio. ibi. Quo niam autem intentio vnius est eadem quoquo modo cuz intentione entis.

9 **B secundum** sic proceditur. vi deitur quod vnus ⁊ ens non idem significent. Nam propria pas sio ⁊ eius subiectum non idem significant. Ali ter idem demonstraretur de seipso. Sed vnum est pro prietas entis: vt quarto huius concessum est. Ergo vnus ⁊ ens non vnum significant. ¶ D. 2°. Conceptus entis est prior conceptu vnius vt supra concessum est. Ergo ens ⁊ vnum non habent eundem conceptum. ¶ D. 3°. Unum quandam indiuisibilitatem significat. Nam ens vnum di citur ens indiuisum. Ergo non idem significat cum ente: cum priuatio distinguatur ab ente positiuo. ¶ Sed con tra est philosophus in fine huius capituli. ibi. Quia ve ro idem significant aliqualiter vnum ⁊ ens ⁊c.

Respondeo dicendum q̄ ens ⁊ vnum sunt idem aliqualiter licet nō omni bus modis. Quod exponens Doctor Sanctus dicit q̄ sunt idem subiecto: sed differunt ratione. ¶ Secūda pars huius conclusionis patet per argumenta iam adducta. ¶ Primam partem probat philosophus tribus rationi bus secundum Doctorem Sanctum. Quarum prima ta lis est. Nam si vnum diceret aliquam aliam naturaz ab eo quod est vnum: sequeretur q̄ esset procedere in infini tum: quia illa natura etiam diceretur vnum sicut ⁊ ens: cū illa natura superaddita dicitur vnum substantiue ⁊ non per aliam naturam superadditam sed per seipsam: pari ra tione illa res que dicitur vnum erit vnum per seipsam ⁊ non per aliam naturam superadditam. ¶ Secunda ratio est. Nam hoc ipsum quod est vnus homo non predicat aliam naturam ab homine: ⁊ sic de alijs: sicut hoc ipsum quod est ens non predicat aliquam aliam naturam a de cem predicamentis. ¶ Tertia ratio est quia idez est vnū esse ⁊ ens esse: quia vnumquodq; dicitur vnum inquan tum est ens. Unde per ipsam diuisionem cui repugnat vnūm res ad non esse reducuntur. ¶ Hec omnia tangun tur in quarto huius questione tertia articulo primo ⁊ octa uo. ¶ Contra hanc determinationez adducit Doctor Sā ctus instantiam. Nam hic videtur philosophus esse con trarius sibi ipsi. Nam primo in hoc eodem capitulo pro bauit ratione ⁊ similitudine quod vnum ⁊ ens non sunt substantia eorū de quibus predicantur. Hic autem dicit q̄ ens ⁊ vnum non predicant aliquam aliam naturam ab bijs de quibus predicantur. ¶ Ad quam instantiam re spondens dicit. Sciendum est ergo quod substantia dici tur dupliciter. Uno modo suppositum in genere substan tie quod dicitur substantia prima ⁊ ypotasis: cuius pro prie est subsistere. Alio modo ipsum quodquid est: etiam dī natura siue substantia rei. Secundū igitur opinionem platonis: cū vniuersalia eēnt subsistētia significabant sub Lectio. 13. stantiam non solum secundo modo: sed etiam primo mo do. Aristotiles vero probauit in septimo huius q̄ vniuer salia non subsistant. Unde sequitur q̄ vniuersalia non sunt substantie primo modo: sed secundo modo tantum. Un de dicitur in predicamentis: q̄ secunde substantie que sunt genera ⁊ species non significant hoc aliquid: sed qua le quid idest naturam quandaz de genere substantie. Sic igitur philosophus supra probauit in hac lectione q̄ vnum ⁊ ens non significant substantiam que est hoc ali quid. Sed oportet querere aliquid quod sit vnum vel ens: sicut queritur aliquid quod sit homo vel animal: si cut sortes vel plato. Postmodum vero in hac parte le ctionis ostendit q̄ ens ⁊ vnum significant naturam eo rum de quibus dicuntur: ⁊ non aliquid superadditum: sicut accidentia significant naturam superadditam. ¶ Et si arguatur. Accidentia sunt communia ⁊ vniuersalia: si cut ens ⁊ vnum. Ergo si accidens dicit aliquam naturam superadditam: pari ratione ⁊ vnum cum tota vis ratio nis phylosophi contra platonem: consistat in hoc: q̄ vnuz est quoddam commune de multis predicatum sicut ipsū ens. ¶ Ad hoc respondet hic Doctor Sanctus dicens. In hoc enim differunt communia ab accidentibus q̄uis commune sit vtriszq non esse hoc aliquid: quia commu nia significant ipsam naturam suppositorum. Non autem accidentia significant aliquam naturam superadditam. Hoc autem non considerans Auicenna posuit q̄ vnum ⁊ ens sunt predicata accidentalia: ⁊ q̄ significant naturam su peradditam bijs de quibus predicantur. Deceptus eniz fuit per equiuocationem huius termini vnius. Unū eniz secundum q̄ est principium numeri habens rationē men sure in genere quantitatis significat quandam naturam su peradditam bijs de quibus predicatur: cuz sit de genere accidentis. Sed vnum quod conuertitur cum ente de quo nunc fit sermo: circuit omnia entia. Unde non signifi cat aliquam naturam determinatam ad aliquod genus. Aliter non esset transcendens. Deceptus etiam fuit ex eq uocatione entis. Nam ens quod significat compositionez propositionis est predicatum accidentale: quia composi tio propositionis fit per intellectum secunduz aliquod de terminatum tempus. Esse autem in hoc tempore vel in illo est accidentale predicatum. Sed ens quod diuidit per decem predicamenta significat ipsas naturas decem generum secundum q̄ sunt actu vel potentia. Hec om nia Doct. Sanct⁹ in presenti lectione. Que etiam omnia tetigit in quarto huius vt ibidem clare patet questiōe ter tia articulo primo ⁊. 8.

Ad primum igitur dicendum q̄ vnum de principali suo significato impor tat indiuisibilitatem quātū ad rationem propriam qua di stinguitur ab alijs transcendētibus: quā non importat hoc nomen ens: quia indiuisibile non dicit positiue aliquam naturam: sed potius priuatiue. Unde ens ⁊ vnum idem sunt subiecto: sed differunt ratione quantum ad rationem propriā vtriuszq ⁊ quantum ad modum intelligendi ⁊ si gnificandi vt argumentum voluit: vt etiam supra questio

ne prima articulo primo declaratum est. ¶ Similiter dicendum est ad secundum ꝛ tertium. ¶ Utrum vero vnū dicat aliquam aliam naturam ab ente: ꝛ vtrum vnuꝫ trāscendens differat realiter ab vno quod est principium numeri ꝛ de genere quantitatis: vtrū etiam vnum transcendens significet aliquam formalitatem positiuam distinctā a formalitate entis ad longum in quarto libro superius questione tertia articulo primo ꝛ septimo ꝛ octauo aperte disputatum est. Quare hec tantum volui hic in medium afferre.

¶ Questio quinta. De vno ꝛ multo comparatiue ꝛ de bijs que ipsa consequuntur in communi.

Post absolutam considerationeꝫ. vꝫ. de vno secundum se: consequēter in hoc tractatu considerandum restat de vno comparatiue. videlicet. de vno per comparationem ad multa. ¶ Circa quod nouem occurrunt consideranda secundum qꝫ presens tractatus nouem continet capitula secundum nouem lectiones Doctoris Sancti. ¶ Primo enim considerandum est de oppositione vnius ad multa ꝛ de bijs que ea sequuntur in communi. ¶ Secundo vero considerandum est de diffinitione contrarietatis in speciali: in secundo capitulo. ibi. ¶ Quoniam vero differre contingit ꝛc̄. ¶ Tertio considerandum est de contrarietate per respectum ad alias species oppositionis. Et hoc in tertio capitulo. ibi. ¶ Prima vō ꝓtrarietas ꝛc̄. ¶ Quarto considerandum est qualiter se habeat equale ad magnū ꝛ paruum. Et hoc in quarto capitulo. ibi. ¶ Quoniam vero vni vnum contrarium est ꝛc̄. ¶ Quinto considerandum est qualiter se habet vnum ad multa ꝛ pauca. ¶ Et hoc in quinto capitulo. ibi. ¶ Similiter autem ꝛ ō vno ꝛ de multis ꝛc̄. ¶ Sexto considerandum est de medijs contrariorum. Et hoc in sexto. ibi. ¶ Quoniam vero cōtrariorum contingit aliquod medium esse ꝛc̄. ¶ Septimo considerandum est que sunt contraria que faciunt differre secundum speciem. Et hoc in septimo capitulo. ibi. ¶ Diuersum specie ꝛc̄. ¶ Octauo considerandum ē qualiter aliqua sunt contraria que non faciunt differre secundum speciem. Et hoc in octauo capitulo. ibi. ¶ Dubitabit autem aliquis ꝛc̄. ¶ Nono vero considerandum est que sunt illa contraria que faciunt differre secundum genus. Et hoc in nono capitulo. ibi. ¶ Quoniam vero contria ꝛc̄. ¶ Circa primum queruntur duo. ¶ Primo vtruꝫ vnum opponatur multitudini ꝓtrarie. ¶ Secundo vtrū philosophus conuenienter hic determinet de bijs que cōsequantur vnum ꝛ multa.

¶ Sequitur in philosopho ꝛ Doctore Sancto. Et in cōmentatore cōmento nono ibi. Opponuntur autem vnum ꝛ multa ꝛc̄. ꝛ est lectio. 4.

a **Ad primum** sic proceditur. Videtur qꝫ vnuꝫ non opponatur multitudini contrarie. Nam vnum opponit multitudini sicut indiuisibile diuisibili: vt dicit hic philosophus. Sed indiuisibile opponitur diuisibili priuatiue. Indiuisibile enim quandam importat priuationem. Ergo non opponitur ei contrarie. ¶ Ꝑ. 2°. Si vnum contrarie opponeretur multitudini: sequereꝫ qꝫ vnum diceret quandam naturam: cum vt concessum ē in lectione precedenti contraria sint species participantes naturam sui generis: vt etiam infra latius declarabitur. Sed consequens est falsum cum vnum dicat indiuisionē tantum de suo principali significato. Ergo idem quod prius. ¶ Ꝑ. 3°. Contraria sunt que sunt in eodem genere. Sed vnum non est in genere cum sit transcendens vt hic loquitur philosophus. Ergo nulli contrarie opponitur. ¶ Ꝑ. 4°. Unum contrariorum nō constituit reliquum: sed potius ipsum corrumpit. Sed vnum constituit multitudinem: vt arguit ꝛ ꝓbat hic Doc. S. Ergo ꝛc̄. ¶ Ꝑ 5°. Unum contrariorum non predicatur de reliquo in recto ꝛ predicatione formali: ymo secundum regulam tocto ꝛ predicatione formali: ymo secundum regulam topycam ab vno contrariorum affirmatiue valet consequentia ad negationem alterius: vt hoc est album. Ergo non est nigrum: per locum a contrarijs. Sed vnum predicatur de multis in recto ꝛ etiam formaliter: si substantiue sumatur. Si matur quemadmodū ꝛ ens si nominaliter sumatur. Sicuti enim hec est vera multitudo est quoddam ens: ita ꝛ ista multitudo est quoddam vnum. Ergo ꝛc̄. ¶ Ꝑ. 6°. Unum opponitur multo sicut mensura mensurato. Sed mensura opponitur mensurato relatiue: ꝛ per consequēs non contrarie. ¶ Ꝑ. 7°. Unum vni opponitur: vt infra ꝓbat philosophus. Sed vnum opponitur pauco: vt etiam infra concedit philosophus. Ergo vnum non opponitur multo. ¶ Ꝑ. 8°. Sicut se habet punctus ad lineam: ita se habet vnitas ad multitudinem. Sed punctus ꝛ linea non opponuntur contrarie. Ergo vnum ꝛc̄. ¶ Ꝑ. 9°. Unum contrariorum se habet vt imperfectum respectu alterius: sicut supra concessum est de nigro respectu albi. Si ergo vnum ꝛ multitudo opponerentur cōtrarie: oporteret aut qꝫ vnum diceret imperfectionem respectu multitudinis vel multitudo respectu vnius. Non primum: quia vnuꝫ diffinit multitudinem. Ergo vnum non dicit imperfectionem respectu multitudinis. Neqꝫ secundū: quia sic multitudo que est vt quoddam diuisibile esset vt priuatio: ꝛ vnum quod est vt quoddam indiuisibile esset vt habitus. Quod est falsum. Ergo ꝛc̄. ¶ Ꝑ. 10°. Si vnum ꝛ multa opponerentur contrarie: vt ergo multitudo esset prior ratione quam vnum: vel econuerso: vel vtrumqꝫ. Si prius sequeretur quod vnum esset posterius multitudine: quod est contra sensum: ꝛ sic segꝫ quod vnuꝫ haberet diffiniri per multitudinem cum tamen prius habeat diffiniri per vnum. Et per consequens indiuisibile prius cognosceretur per intellectum nostrum quam diuisibile. Quod est contra determinata. Si secundum sequitur qꝫ priuatio erit prior habitu: cum vnum habeat rationem priuationis respectu diuisionis que saluatur in multitudine. ¶ Si dicatur vtrunqꝫ: sequitur qꝫ in diffinitionibus erit circulatio: vt deducit hic Doctor Sanctus arguendo Ergo ꝛc̄. ¶ Sed contra est philosophus in hoc presenti capitulo huius secundi tractatus ibi. Opponuntur autem vnum ꝛ multa ꝛc̄.

Respondeo dicendum qꝫ licet vnuꝫ ꝛ multa modis diuersis opponantur tamen principaliter opponūtur sicut diuisibile ꝛ indiuisibile. Et non opponuntur contradictorie: aut relatiue: neqꝫ priuatiue. Ergo opponuntur contrarie: vt hic concludit philosophus per locum a sufficienti diuisione. Quod vero principaliter ꝛ proprie opponantur sicut diuisibile ꝛ indiuisibile: patet. Quia ille modus oppositionis conuenit principaliter his que opponuntur qui eis conuenit secundum eorum propriam rationem. Sed ratio vnius consistit in hoc qꝫ est esse ens indiuisibile. Ratio vero multitudinis vt dicit hic textus cōsistit in hoc quod est esse diuisa adinuicem aut diuisibilia. Ergo ꝛc̄. Dicit autem textus diuisa aut diuisibilia: diuisa vt dicit hic Do. S. pp eaq̄ actu adinuicē separata sunt: ꝛ pp hec dicuntur multa. Diuisibilia vero propter ea que non sunt actu separata: sed sunt propinqua separationi: sicut humida: vt aer ꝛ aqua ꝛ alia huiusmodi. Dicitur enim multa aqua ꝛ multus aer. Unde etiam ratio vnius totalis ꝛ completa cōsistit i hoc qꝫ est esse ens indiuisibile: aut non esse diuisum. Dicitur enim continuum vnum: quia non est actu diuisum: licet sit diuisibile. Quod vero non opponantur contradictorie patet. Quia neutrum eorum verificatur de non ente. Nā

non

non ens neque est vnum: neque multa. Oportet autem alteram partem contradictionis verificari tam de ente quam de non ente. De quolibet enim est affirmatio vel negatio vera: vt vult primum principium. ¶ Similiter etiam quod non opponantur relative: manifestum est. Nam vnum & multitudo dicuntur absolute: vt patet in predicamento quantitatis. Neqz etiam priuatiue proprie opponuntur: quia alterum priuatiue oppositorum puram dicit priuationem. Sed vnum non significat puram priuationem. Non enim significat ipsam indiuisionem tantum secundum suam totalem & completam ratione: sed significat hoc totum quod est esse ens indiuisum. Unde vnum & multitudo non opponuntur priuatiue. Relinquitur ergo cum opponantur realiter: quod opponantur contrarie. Quod sic potest persuaderi vt hic dedu cit Doctor Sanctus. Nam oppositio que est secundus priuationem & habitum est principium oppositionis que est secundum contrarietatem: vt infra patebit. Semper enim alterum contrariorum est priuatio: sed non est priuatio pura. ¶ Sic enim non participaret naturam generis: opz igit̃ q vtrũqz ꝺrioꝝ sit nã q̃dã: lz alterꝝ eoꝝ ptici pet nãz generis cũ quoꝺã defectu: sic nigꝝ se hz ad albũ. Cum ergo vt dictum est vnum non significet priuationem puram: vnum se habebit ad multitudinem sicut nigrum ad album. Et per consequens vnum & multitudo opponuntur contrarie. ¶ Sed contra vnum verbum quod dicitur in principio articuli adducit Doctor Sanctus quandam instantiam: quam philosophus tacite hic solvit. Dicunt enim quod vnum se habet ad multitudinem sicut indiuisibile ad diuisibile. Indiuisibile autem videtur esse priuatio ipsius diuisibilis. Cum ergo priuatio sit posterior habitu & forma: videtur sequi quod vnum sit posterius multitudine. Et tamen philosophus supra dixit quod vnum est principium multitudinis & illud quo multitudo agnoscitur. Et sic videtur contradictio in dictis philosophi. ¶ Ad hoc Doctor Sanctus sic ait. Ad huius obiectionis solutionem videndum considerandum est q̃ ea que sunt priora & magis nota secundum naturam: frequenter sunt posteriora & minus nota quo ad nos eo q̃ rerum noticiam per sensum accipimus. Composita autem & confusa prius cadunt in sensu: vt dicitur primo physicorum. Inde est quod composita prius cadunt in cognitione nostra. Simplicia autem que sunt priora & notiora secundum naturam: cadunt per posterius in cognitione nostra. Inde est quod rerum principia non diffinimus: nisi per negationem posteriorꝭ sicut dicimus quod punctus est cuius pars non est. Et deum cognoscimus per negationem inquantum dicimus deum esse incorporeum immobilem incompositum & infinitum. Sic igitur licet vnum secundum naturam prius sit multitudine: tamen secundus cognitionem nostram diffinitur & nominatur ex priuatione diuisionis. Unde philosophus dicit: quod ratione prior est multitudo ipso vno indiuisibili propter sensum qui est principium nostre cognitionis: non autem secundum ordinem nature. ¶ Hec omnia Doctor Sanctus. Hic formaliter. ¶ Sed contra predictam solutionem hic Doctor Sanctus quam replicam tangit in secunda dubitatione quam hic adducit. Nam si vnum est posterius ratione quam multitudo sequitur quod in ratione vnitatis et multitudinis erit quiddam circulus: vt tactum est & in vltimo argumento huius articuli: ita quod necesse sit per multitudinem intelligi vnitatem: & vnitatem per multitudinem. Circulus autem in rationibus sine diffinitionibus non suscipitur nec conceditur: quia sic idem respectu eiusdem esset notius & minus notuz prius & posterius. Quod est impossibile. Ergo &c. ¶ Dicendum est quemadmodum dicit hic Doctor Sanctus quod nihil prohibet aliquid esse prius & posterius notius & ignotius eodem ratione: secundum diuersa in eo considerata. In multitudine autem possunt considerari duo. videlicet. ipsum quod est multitudo: & ipsa diuisio. Ratione ergo diuisionis multitudo prior est secundum rationem quam vnum. Nam vnum est quod non diuiditur. Sed secundum id quod est multitudo posterior est secundum rationem quam vnum: cum multitudo dicatur aggregatio vnitatum. Diuisio autem que proprie supponitur ad rationem vnius secundum quod conuertitur cum ente: non est diuisio quantitatis continue que preintelligitur vni quod est principium numeri de genere quantitatis. Sed est diuisio quam causat contradictio prout hoc ens & illud dicuntur diuisa ex eo q̃ hoc non est illud. Sic ergo in intellectu nostro primo cadit ens: deinde diuisio: post hec vnũ quod diuisionem priuat: & vltimo multitudo que ex vnitatibus constituitur. Naz licet ea que sunt diuisa sint multa. Non tamen habent rationem multorum nisi postquam huic & illi attribuitur quod sit vnum. Hec Doctor Sanctus formaliter hic. ¶ Sed lucidius hoc declarat in questionibus de potẽtia questione nona articulo septimo in solutione ad decimumquintuz: vt etiam adductum est formaliter supra in prima prime libro quarto questione quarta articulo vltimo eodem titulo. ¶ Sed & Antonius Andree confirmans per omnia in hac lectione dicta Doctoris Sancti dicit quod in primo signo intellectus noster apprehendit ens. In secundo diuisionem. In tertio vnum. In quarto ipsam multitudinem que ex vnitatibus aggregatur. Ubi enim nos ponimus instantia plura intellectioni: ipse ponit plura signa: quod secundum rem in idem vertitur: licet aliqui in scola scotistarum non exercitati: huiusmodi signa intellectionis ignorent. ¶ Considerãdum est autem secundum Doctorem Sanctum in primo sententiarum distinctione vigesimaquarta questione prima articulo tertio ad quartum secundum quod etiam formaliter adductum est in libro quarto. vbi supra & adducit hic dominus Antonellus archyepiscopus q̃ vnuz dicitur dupliciter scilicet quod est principium numeri: & quod conuertitur cũm ente. Loquendo de vno quod est principium numeri: addit aliquid supra ens quod dicitur vnum scilicet rationem mensure. Unde tale vnum potest dupliciter considerari. Aut secundum id quod est. Aut secundum id quod consequitur ad intellectum eius. vide licet relationem quandam. Si secundo modo: sic opponitur multitudini numerali relative sicut principium ad p̃ncipiatum: & punctus ad lineam: & sicut pars ad totum: & magis proprie sicut mensura ad mensuratum. Si primo modo hoc est dupliciter. Uno modo vel consideratur ipsum vnum cuz precisione secundum. videlicet. quod est tantum vnitas. Et sic habebit disperatam oppositionem mensure ad alios numeros. Quilibet enim numerus habet secundum quidditatem sue specici specialem rationez mensure: sicut species opposite sunt disperate. Et talis oppositio reducitur ad contrarietatem sicut ad principium: quia species disperate distinguuntur differentijs contrarijs quibus primo diuiditur genus. Uel quia considera tur sine precisione. Et sic vnitas nullam oppositionem habet ad numerum: sed est constituens ipsum. Si autem loquamur de vno quod conuertitur cum ente: sic vnum habet ratione priuatiõis respectu diuisionis que saluatur in multitudine. Et isto° opponitur multitudini sicut priuatio habitui. Unde etiam equale opponitur magno & parvo sicut priuatio. Hec vnum est priuatio illius multitudinis quam cõstituit: sed diuisionis que negatur. Hec ille. ¶ Ex quibus verbis dicit predictus dominus Antonellus elicitur secundum mentem Doc. San. quod vnũ dicit priuationem propter indiuisionem: cum tamen ipsa indiuisio in rei veritate magis dicat positionem secunduz rem quam priuationem: licet secundum vocez dicat priuationem. Hec ille. ¶ Sed cum eius benigna supportatione mere fingit contra intentionem Doc. S. & nihil probat. Manifestum est enim q̃ Doc. S. in presenti lectione & in primo sententiarum vbi supra & in quarto huius

ꝛ in de potentia vbi supra ꝛ in plerisq; alijs locis exp:ess se dicit ꝙ vnum non significat priuationem tantum. Non enim vt inquit significat indiuisionem: sed ens indiuisum scilicet secundum suam totalem ꝛ completam rationem. Aliter non posset opponi aliquo modo contrarie multitudini. ¶Nec verum est quod indiuisio dicat quid positiuum secundum suam rationem significandi. Nam ly in aut accipitur negatiue. Et sic clarum est ꝙ nihil ponit. aut accipitur priuatiue. Et sic nihil aliud ponit nisi subiectum in quo fundatur: vt indiuisum sit quasi ens non diuisuz. Unde sine causa predicta verba Doctoris Sancti. Hic formaliter adducit: cum non fuerit in alijs locis sua consuetudo adducere dicta Doctoris Sancti formaliter.

¶Et licet Doctor Sanctus dicat in prima parte questione sexta articulo tertio ad primum ꝙ vnum importat rationem indiuisionis tantum: hoc tamen intelligendum est quantum ad rationem propriaz qua distinguitur ab alijs transcendentibus: ꝛ non quantum ad suam rationem totalem ꝛ completam: quia sic dicit ens indiuisum: vt etiam supra dictum est questione prima huius decimi libri articulo primo. Unde in prima parte vbi supra sic ait. Unuz non importat rationem perfectionis: sed indiuisionis tantum que vnicuiq; rei competit secundum suam essentiaz. Hec ille. Utrum autem vnum transcendens dicat aliquã aliam naturam positiuam ab ente: ꝛ vtrum significet aliquam formalitatem positiuam distinctaz a formalitate entis: ad longum deduximus supra libro quarto questione tertia articulo primo ꝛ articulo octauo.

Ad primum igitur ꝛ secunduz patet solutio ex dictis. ¶Ad tertium dicendum ꝙ contraria pro nunc sunt in duplici differentia. naz quedam sunt contraria proprijssime dicta vt infra patebit que. videlicet sunt due forme speciales sub eodem genere posite eidem subiecto vicissim inherentes ab eodez se mutuo expellentes: nisi altera ipsarum ei insit a natura. et isto modo vnum contrariorum non constituit reliquum: neque etiam vnum de altero predicatur. Et isto modo argumentum procedit. Alia sunt contraria non proprijssime dicta sed communiter dicta: secundum ꝙ duo entia aliquam naturam importantia: quorum vnum remouet alterum inquantum huiusmodi. Et sic vnum ꝛ multa opponuntur contrarie potissime reductiue modo exposito.

¶Ad quartum quod adducit Doctor Sanctus pro prima sua dubitatione respondet idem dicens. Sciendum igitur est quod cum contraria differant secundum formã vt infra dicetur quando dicimus aliqua esse contraria accipiendum est vtrunq; eorum secundum quod habet formam: non autem secundum quod est pars habentis formam. Corpus enim secundum quod absq; anima accipitur vt formam habens opponitur animali: vt inanimatum animato. Secundum vero ꝙ accipitur vt quasi imperfectum non formatum: sic non opponitur animali: sed est pars materialis ipsius: sicut etiam videmus in numeris. Nam binarius secundum quod est quoddam totum speciem ꝛ formam determinatam habens est diuisus specie a trinario: ꝛ sic ei opponitur. Si vero consideretur absq; hoc quod sit perfectus per formam: est pars trinarij. Sic igitur ꝛ ipsum vnum secundum ꝙ consideratur in se formam ꝛ speciem quandam habens opponitur multitudini: quia quod est vnum nõ est multa nec ecõuerso. ¶Prout vero consideratur vt non completum secũdum speciem ꝛ formam: sic non opponitur multitudini: sed est pars eius. Hec ille. Sicut etiaz dicit in prima parte. q. 11. articulo secundo eodem titulo. ¶Ad quintũ vo ꝛ sextum patuit solutio ex dictis. ¶Ad septimum dicendum quod vnum opponitur multo ꝛ pauco diuersimode: vt infra patebit isto eodem libro questione nona articulo primo. Non enim est inconueniens ꝙ idem opponatur pluribus diuersis rationibus. Multum enim opponitur vni absolute consideratum. Secundum vero ꝙ dicit excessum: opponitur pauco vt paucum est quoddaz multũ. Et hoc ratione diuisionis vt declaratuz est. ¶Ad octauum dicendum negando cõsequentiam quia punct9 non habet aliquam oppositionem ad lineam nisi relatiuã. Et hoc etiam multum large loquendo de oppositione re latina. ¶Ad alia duo argumenta patet solutio ex dictis Doctoris Sancti adductis. Ad hoc autem quod fiat circulus in demonstrationibus aut diffinitionibus: oportet ꝙ termini teneantur eodem modo progrediendo ab vno in alium ꝛ ecõuerso. Quod est impossibile vt argumentũ vltimum volnit: secundum ꝙ etiam declaratum est ad longum in primo posteriorum. ibi. Circulo vero ꝛc.

¶Sequitur in philosopho ꝛ Doctore Sancto. ibi. Est aut vnius ꝛc. Et in commentatore commento .10. Alia translatio. Et sicut descripsimus.

a **Secundum** sic proceditur. Uidetur ꝙ philosophus non conuenienter hic determinet de bis que consequuntur ad vnum ꝛ multa. videlicet de simili ꝛ dissimili: eodem ꝛ diuerso: ꝛ sic de alijs. Nã in quinto huius posuit modos omnium eorum que consequuntur ad vnum ꝛ multa: vt ibidem patuit. Ergo superflue hic eos philosophus adducit. ¶P.2°. Idem dicitur pluribus modis quã tribus: vt in quinto huius patuit. Ergo philosophus diminute adducit hic solũz tres modos ydemptitatis. ¶P.3°. Linee recte equales non sunt substantie: cum sint de genere quantitatis. Ergo male dicit hic philosophus quod sunt idem: cum idem dicatur de bijs que sunt substantie. Unum enim in substantia facit idem vt hic dicitur. ¶P.4°. Philosophus hic nõ distinguit equale. Ergo pari ratione non deberet ponere distinctionem similitudinis ꝛ ydemptitatis. ¶P.5° Tot modis dicitur vnum oppositorum quot modis dicitur ꝛ reliquum per maximam topicam. Ergo posita distinctione eiusdem ꝛ similis non erat necesse adducere distinctionem diuersi. ¶P.6°. Philosophus hic non distinguit dissimile. Ergo pari ratione non deberet distinguere diuersum quod opponitur ipsi eidem. ¶P.7°. Cũ idẽ sequatur vnitatem substãtie ꝛ diuersitas pluralitatem substantie: diuersum solum reperitur in genere substantie. Ergo male hic dicitur quod idem ꝛ diuersum reperiuntur in õmnibus generibus entis. ¶P.8°. Deus ꝛ creatura non generantur adinuicem: vt de se patet. Et tamen non sunt diuersa genere: cum non contineantur sub diuersis generib9 neqz sint ipsamet diuersa genera. Deus enim neque est genus neqz in genere continetur per se neque etiam reductiue sicut aliquid collocatum in genere. Transcendit enim omne genus vt supra declaratum est. Ergo hic male dicitur ꝙ illa sunt diuersa genere: quorum non est generatio adinuicem. ¶P.9°. Ex albo generatur nigrum. Dicitur enim primo phisicorum ꝛ primo de generatiõe ꝙ ex non nigro fit nigrum non ex quocunque sed ex sibi opposito. videlicet. ex albo vel ex aliquo alio medio colore. quod idem est in proposito. Et tamen sub diuerso genere proximo continentur quia sub eodem genere proximo non possunt poni nisi due species immediate duabus differentiis constitute. Ergo idem quod prius. ¶P.10°. Diuersitas specifica est relatio realis: cum habeat extrema realia realiter diffincta ꝛ referibilia. Si ergo diuersitas proprie reperiretur in genere substantie: vt hic dicitur sequeretur quod super substantiam immediate posset fundari relatio. Quod tamen Doctor Sanctus improbat in tertio phisicorum. Et etiam est contra philosophum in quinto huius: qui vult quod relatio predicamentalis quelibet fundatur aut super quantitate aut qualitate aut actione ꝛ passione. ¶Relinquitur ergo quod ea que hic a philosopho adducuntur de bijs que sequuntur ad vnum et multa: non sunt sufficienter posita.

¶Sed

¶Sed contra est phylosophus in secunda parte principali huius capituli.ibi:Est autem vnius quidem sicut et in diuisione contrariorum descripsimus idem simile et equale.¶Pluralitatis vero diuersum dissimile ⁊ inequale.Et multum habet diuersum dissimile et inequale ⁊c. vbi incipit cōmentum,decimum.

Respondeo dicendum quod in hac parte huius capituli adducit phylosophus ea que consequuntur ad vnum et multa: que iaz enumerata sunt ponendo modos aliquorum. Et primo determinat de bijs que consequuntur ad vnuz. Deinde vero de bijs que consequuntur ad multa.ibi. (Quare palam quod ⁊c.) De bis vero que cōsequuntur ad vnū que sunt idem et equale primo ostendit quot modis dicitur idem. Deinde quot modis dicitur simile.ibi. (Similе vero). Sed non distinguit equale:quia vt dicit hic Doctor Sanctus equale non dicitur multipliciter: nisi forte secundum diuersas species quantitatis. ¶Et p hoc patet solutio ad quartum. ¶Considerandum autem est hic primo secundum phylosophum quod ipse hic ponit tres modos quibus dicitur idem. Cum enim idem sit vnum in substantia:substantia autem dupliciter dicitur. videlicet ipsum suppositum et ipsa natura siue species eius:idem tripliciter dicitur. Uel secundum suppositum solum:sicut aliqua dicuntur eadez numero ydemptitate suppositi tantum:sicut hoc album:et hoc musicum: si sortes sit albus et musicus. Unde album et musicum dicuntur idem numero ydemptitate subiecti. Uel idem dicitur solum secundum naturam suppositi aut rationem aut speciem eius. Sicut Sortes et ¶Plato sunt idem in humanitate. Et isto modo dicuntur aliqua esse eadem specie vel genere. Unde sub hoc modo cōtinentur duo modi ydemptitatis:adiungendo tertium quo aliqua dicuntur idem proportione: vt supra libro quinto questione nona articulo primo dictum est. Uel idem dicitur secunduz virumqz. videlicet ratione suppositi et nature. vt Sortes dicitur idem sibiipsi. Unde dicit littera q tu es tibi ipsi idem materia ⁊ specie: vt materia referatur ad suppositū quia materia est principium individuationis. ¶Patet ergo q tres sunt modi eiusdem in genere: licet sint plures modi in speciali. ¶Per quod patet solutio ad secundū.

¶Quod autem phylosophus exemplificat hic in secundo modo ydemptitatis in quantitatibus:hoc non facit secundum propriam opinionem: vt dicit hic Doctor Sanctus sed secundum opinionem eorum qui ponebant ꝗn titates esse substantias rerum. Secundum quam quidez opinionem plures linee recte sunt sicut plura suppositа in genere substātie. ¶Et per hoc patet solutio ad tertiū.

¶Hec etiam phylosophus assignat hic modos ydemptitatis aut aliorum que consequuntur ad vnum et multa principaliter:sed solum incidenter ad maiorem ⁊ faciliorem cognitionem habendam de his que dicēda sunt in sequentibus. ¶Per quod patet solutio ad primum.

¶Considerandum vlterius est secundo quod phylosophus adducit in genere quattuor modos similitudinis. Quorum primus correspondet tertio modo quo aliqua dicuntur similia. ¶Nam primo modo aliqua dicuntur similia:quia conueniunt in vna forma:non tamen secūdū eandem rationem et eundem modum essendi. Et ista dicuntur similia similitudine proportionis. Et isto modo album et nigrum possunt dici similia. ¶Secundo modo aliqua dicuntur similia que conueniunt in eadem forma specifica secundum eandem rationem et secundum eundem modum essendi licet talis forma possit intendi et remitti. Et isto modo duo equaliter alba dicuntur similia. Et vocatur ꝓprie similitudo ydēptitatis. ¶Tertio modo aliqua dicuntur similia que conueniunt in alia forma specifica:nō tamen sm eundē modum essendi. sicut duo alba quoꝝ vnū est magis albū altero. ¶Quarto modo aliqua dicunt similia nō ꝓpter vnā qualitatem tm̄:sed sm̄ conuenientiā multoꝝ:sicut dicunt illa esse similia que in pluribus qualitatibus cōueniunt q̄ differunt. Et hoc dupliciter. Uel simpliciter. Uel quantum ad ea que in promptu apparent. Sicut stagnum dicitur simile argento et ignis auro et crocus colori rubeo:quia in multis conueniunt. ¶Hec omnia superius libro quinto questione decima articulo primo et secundo. ¶Considerandum vlterius est tertio quod phylosophus insuper determinat hic de modis eorum que consequuntur multum. Omittit tamen multiplicitatem dissimilis: quia vt dicit Doctor Sanctus:facile apparet qualiter modi ei? accipiantur per oppositum similis. ¶Et per hoc patet solutio ad sextum. ¶Et licet vnum oppositorum possit de facili cognosci per reliquum per se loquendo: quia tamen diuersum quod opponitur eidem habet quandaz repugnantiam cuz differenti:ideo phylosophus licet nō recitet modos ipsius dissimilis:recitat tamē modos ipsi? diuersi in genere:quorum primus est quod diuersuz dicitur omne illud quod est aliud per oppositum ad idez. Sicut enim idem dicebatur id quod est ipsuz qō quidē est relatiuum ydemptitatis:ita diuersum dicitur esse aliud quod est relatiuum diuersitatis. ¶Propter quod vnū quodqz ad aliud comparatum aut est idez aut diuersuz. Alius modus ipsius diuersi est quando non est eorum vna materia et vna ratio:sicut tu et propinquus tibi estis diuersi. ¶Et per hoc patet solutio ad quintum. ¶Tertius modus ipsius diuersi est modus similitudinarius: sicut in mathematicis: vt sic dicantur linee inequales eē diuerse. ¶Et per hoc patet solutio ad tertium. ¶Considerandum vlterius est quarto secundū Doctorem Sanctum de mente phylosophi.quod quia phylosophus dixerat q̄ omne ad quodcunqz comparatum idem est aut diuersum:ne quis credat hoc esse verum tam in entibus quā in non entibus:remouet phylosophus hoc dicens. Omne ad quodcunqz comparatum dicitur esse aut idem aut diuersum in his qūe dicuntur vnum et ens:non autē in non entibus. Cuius ratio est: quia idem et diuersum non opponuntur vt contradictoria: quorum alterum necesse est esse verum de quolibet ente:cum inter ea nullū cadat medium neqz per participationem neqz per abnegationem: vt supra quarto libro huius questione octaua articulo secundo declaratum est. Sed idem et diuersum opponuntur vt contraria:que non verificantur nisi de ente:quia quandam naturam important: vt dictum est superius libro quinto questione vndecima articulo primo et tertio. Et ideo diuersum non dicitur de non entibus. Sed bene non idem:quod contradictorie opponitur eidem:dicitur etiam de non entibus. Sed in omnibus entibus dicitur idem aut diuersum. Omne enim quod est ens et vnum in se:comparatum alteri aut est vnum ei. Et sic est ei idem. Aut non est vnum aptum natum tamē esse vnum. Et sic est diuersum. Sic igitur idem et diuersum opponuntur vt cōtraria:et reperiuntur in omnibus entibus. ¶Et licet primo et principaliter idez sequatur vnitatem substantie et diuersum eius pluralitatem:tamē quia substantia est radix omnium aliorum generuz:illud quod est proprium ipsius substantie: transfertur ad omnia alia genera: sicut phylosophus superius declarauit de eo quod quid est in septimo huius questione decima. ¶Et per hoc pz solutio ad septimuz. ¶Considerandum vlterius est quinto sm̄ pōm: vt deducit hic Doctor. S. q̄ aliud est diuersitas:et aliud differentia. Duo.n. quoꝝ vnum est diuersum ab altero:non est necesse ea per aliq̄ alia esse diuersa. ¶Possunt enim esse diuersa seipsis: vt dicitur de decem predicamentis. Et etiam due differentie cōstituentes species differentes non differunt inter se proprie loquendo:sed sunt diuerse et distincte seipsis. Aliter esset procedere in infinitum: vt satis notum est. Differēs autem ab alio oportet quod sit aliquo alio differens: et q̄ amboꝝ in aliquo conueniant quod est idem in eis.

Hoc autem quod est idem in pluribus differentibus: vel est genus vel spēs. Unde omne ꝓpꝛie differens aut differt gñe: aut spē: et hoc stricte et ꝑpe termis acceptis. Illa vero quoꝝ non est vna materia: differunt gene/
8°.Lec.3. re. Dictum est enim in septimo et octauo huius. quod li cet materia non sit genus: tamen ab eo quod est materia le siue habens modum materie in re sumitur ratio gene ris. Sicut natura sensibilis in homine est materialis siue potentialis respectu nature rationalis. Et ideo illud qō non cōmunicat in natura sensibili cum homine: est alteri⁹ generis. Et quia que non cōmunicant in materia non ge/ nerantur ex seinuicem: sequitur genere esse diuersa quo/ rum generatio non est adinuicem. Et hoc vt dicit hic do ctoꝛ Sanctus necesse est addere ꝓpter ea que non ha/ bent materiam: sicut sunt accidentia que sunt genere di/ uersa quecunqꝫ sunt in diuersis predicamentis: vt linea et albedo quoꝝ vnum non fit ex altero. Specie vero differre dicuntur quoꝝ est idem genus quod predi/ catur de duobus substantia siue specie differētibus: sicut animal de homine et equo. Contraria etiam differunt: qꝛ contrarietas quedam differentia est. vt infra patebit. q. se quenti articulo primo. ¶Ad argumenta igitur septem prima patet solutio ex dictis. ¶Ad octauum dicendum ꝙ licet in creaturis ꝓpꝛie etiam loquendo illa que sunt diuersa genere sint aut diuersa genera aut sub diuer/ sis generibus contineantur: vniuersaliter tamen loquen/ do hoc non est necesse. Creatura enim et deus sunt entia genere diuersa: et tamen nō ꝓpꝛie differunt. ¶Deus autem licet per se et directe non ponatur in genere: poni tur tamen reductiue in quolibet genere non tanquā prin/ cipium effectiuum ꝓpꝛium ꝓximum adequatuꝫ de/ terminatum siue limitatum intrinsecum et non transcen/ dens: vt vult Doctoꝛ Sanctus in prima parte questione tertia articulo quinto. et articulo tertio tertium. Et que/ stione octuagesimaoctaua articulo secundo ad quartum. Sed tanquam principium cōmune remotum inadequa tum indeterminatum siue illimitatum et extrinsecum: et omne genus excedens siue transcendens: vt idez dicit in de potentia questione nona articulo tertio ad tertium. et questione septima articulo octauo ad secundum. quēad/ modum superius in tertio huius questione sexta articulo tertio nonum declaratum est. ¶Ad nonum dicendum ꝙ hic non dicitur quod ista non sint genere diuersa quo/ rum generatio est adinuicem: sed quod illa sunt genere diuersa quoꝝ non est substantia vna. Unde ibi com/ mittitur fallacia consequentis. ¶Ad vltimum dicenduꝫ quod vt supra in quinto huius questione decimasexta ar ticulo. .declaratum est. nulla relatio fundatur immedia te super substantia per modum substantie considerata: lo quendo de relatione predicamentali. Super ea tamen bene fundatur talis relatio per modum quantitatis aut alicuius alterius predicamenti considerata: vt ibidem in capitulo ad aliquid ad longum disputatum est.

¶Questio sexta. De diffinitione contrarietatis et qui/ busdam coꝛrelarijs.

d **Einde** considerandum est in hoc secundo capitulo huius se cundi tractatus de diffinitione contrarie/ tatis: et de quibusdam coꝛrelarijs phy/ losophi. ¶Circa quod queruntur duo. ¶Primo vtrum contrarietas sit maxi/ ma differentia rerum. ¶Secundo vtrum vni sit tantum vnum contrarium.

¶Sequitur in ¶Phyloſopho et Doctoꝛe Sancto. ibi. Quoniam vero differre contingit adinuicem. Et in Cō/ mentatoꝛe cōmento decimotertio non in principio ſ ibi. Et cum possibile est vt. et est Lec.5.

a **¶Primum** sic proceditur. Uide tur ꝙ cōtrarietas nō sit maxima differentia rerum. Nam maximo non est dare maius. Sed aliqua sunt que ma/ gis differunt q̄ contraria: vt sunt contradictoria. Contra/ dictio enim est maioꝛ repugnantia q̄ contrarietas: vt pa/ tuit in quinto huius. Ergo contrarietas non est maxima differentia rerum. ¶ꝑ 2°. Ad. aioꝛ est differentia essen/ tialis quam differentia accidentalis: quia prima facit aliud et alterum simul: secunda vero alterum tantum: vt patet per poꝛphyrium. Sed contraria cum sint for/ me accidentales posite sub eodem genere faciunt differ/ re accidentaliter. Ergo non faciunt maxime differre: et per consequens contrarietas non est maxima differentia rerum. ¶ꝑ 3°. Quecunqꝫ differunt genere: differunt etiam specie et non econuerso: vt in quinto huius conces/ sum est. Ergo differentia generica est maioꝛ quam speci fica. Sed contrarietas est differentia specierum sub eoꝛū genere positarum: vt hic conceditur. Ergo contrarietas non est maxima differentia reruꝫ. ¶Sed contra est phy loſophus in textu. ibi. Quoniam vero differre contingit adinuicem differentia plus et minus est aliqua et ma/ xima differentia est. Et hanc dico contrarietatem. Quia vero est maxima differentia. palam est ex indu/ ctione.

¶Respondeo dicenduꝫ quod contrarietas est maxima reruꝫ differentia. Quod sic patet. Nam dabilis est maxima differentia. Sed talis non est alia quam contrarietas. Ergo contra/ rietas est maxima differentia rerum. Ad aioꝛ probatur hic secundum phyloſophum. Nam in quibuscunqꝫ est inuenire maius et minus: ibi est inuenire maximuꝫ: cuꝫ non sit procedere in infinitum. Sed contingit aliquid ab altero differre magis et minus. Ergo contingit aliqua duo maxime differre. Et per consequens est dabilis ma xima differentia rerum. ¶Probatio minoꝛis. videlicet ꝙ talis differentia non sit alia quam contrarietas. Et hoc inductiue secundum phyloſophum. Nam quecunqꝫ dif ferunt aut differunt genere: aut differunt specie. Sed illa que differunt genere non maxime differunt. Ergo que differunt specie maxime differunt. Contraria autem sunt species sub eodem genere maxime differentes. Ergo cō traria maxime differunt. Et sic contrarietas est maxima differentia rerum. Quod autem illa que genere differūt non maxime differant: sic patet. Nam in hijs que dicun/ tur maxime differre: oꝑtet inuenire viam transmuta/ tionis secundum quam ꝓius minus differant deinde magis: donec veniatur ad maximum. Sed in hijs que differunt genere: non potest inueniri talis via transmuta tionis vnius ad alterum: cum vt dictum est eoꝝ non sit vna materia. Oꝑtet enim materiam eandem mane re sub vtroqꝫ termino transmutationis: vt supra in sepi mo huius declaratum est. Unde in hijs que differunt genere non est accipere magis et minus differre: et per consequens neqꝫ maxime differre. Et sic in hijs que ge nere differunt non est maxima differentia. Quod vero in hijs que differūt specie oꝑteat maximā esse differē/ tiam que est inter contraria. patet: quia generationes mu tue fiunt ex contrarijs: sicut ex contrarijs vltimis genera tur quid medium vel ex medio: vt palidum ex nigro vel ex rubeo: vt nunc preſupponitur. Non tamen huiul modi generationes sunt ex duobus quasi ex vltimis: qꝛ quando generatio ex nigro procedit ad palidum: adhuc vlterius potest procedere ad aliquid magis differens a nigro. Et sic ibi non est statꝰ sicut in vltimo termino. Quod dicit phyloſophus quia generationes fiunt ex cō trarijs sicut ex vltimis. Sed manifestum est quod di/ stantia vltimoꝝ semper est maxima. ¶Relinquitur ergo

ergo q̄ inter ea que differunt specie maxime contraria differunt. Sed ea que differunt genere non maxime differunt: vt probatum est. Quecunq; autem differunt aut genere aut specie differunt. Relinquitur ergo q̄ contrarietas est maxima differentia reruꝫ. ¶Ex predictis infert philosophus hic duo corelaria. Quorum primum est: q̄ cōtrarietas est perfecta differentia. Secūdū corelarium est q̄ vni tñi vnum est contrarium. De quo in sequenti articulo videbitur. Primum corelariuꝫ sic probatur a philosopho p̄m deductionem Docto. Sanctum est. Sed vt probatum est contrarietas est maxima differentia rerum. Ergo est differentia perfecta. Maior sic declaratur. Nam maximuꝫ est quod non exceditur. Et perfectum est extra quod non est aliud sumi. Patet: quia cōmuniter omnia dicuntur perfecta eo q̄ deveniūt ad finem. Unde maxima topyca. Cuius finis bonus est: ipsum quoq; bonum est. Bonum enim et perfectum idem sunt: vt patet p̄mo de celo. Extra finem autez nihil est: quia in qualibet re finis est quod est vltimum in exe/cutione et continet rem. Unde nihil est extra finez. Nec id quod perfectum est indiget aliquo exteriori: sed totuꝫ cōtinetur sub sua perfectione. Et sic patet q̄ perfecta differentia est que pervenit ad finem sicut maxima differentia. Cum ergo contrarietas sit maxima differentia reruꝫ: ipsa est differentia perfecta. ¶Considerandum autez est hic primo p̄m philosophum. q̄ quia contraria dicuntur multipliciter: vt infra. q. 7. articulo p̄mo. et. q. 13. articulo secundo ostendetur: non omnia contraria dicuntur equaliter esse perfecte differentia. Sed ita quelibet contraria dicuntur perfecte differre: sicut competit eis esse contraria. videlicet quibusdam primo et quiquſdaꝫ secūdario. Unde alia translatio in principio cōmenti decimiquarti habet. Et cum contraria dicuntur multis modis: accidit eis vt sint completa hoc modo p̄m q̄ est eis existentia vt sint contraria. ¶Considerandus vlterius est. 2°. p̄m Albertum in hoc libro tractatu secūdo capitulo tertio q̄ ex predictis elicitur talis diffinitio contrarietatis. videlicet q̄ contrarietas est duorum sub vno genere differentium maxima et perfecta distantia. Et hoc maxime veruꝫ est: vt dicit de pura et prima contrarietate. Quia vero distantia in spacio loci per se est maxima: propter hoc contrarietas que est in locis est causa contrarietatis in alijs. Et ideo ponitur distantia vt causa siue genus in diffinitione contrariorum. ¶Et dum arguitur. Primuꝫ genus q̄ō est subiectum et causa omnium aliorum est substantia. Ergo videtur q̄ cōtrarietas eius sit prima et q̄ sit causa aliarum contrarietatum. Et sic non videtur esse veruꝫ q̄ prima contrarietas est illa que est scōm situm et locum. ¶Ad hoc dicit Albertus in eodem tractatu capitulo quarto. q̄ hec et similia argumenta non est difficile solvere: quia cum dicimus locum esse generationis principiū et contrarietatem que est in loco esse causam aliarum cōtrarietatum: non accipimus locum vt spaciuꝫ mathematicum: sed potius corpora que sunt locus locans alia corpora physica. Et sic sunt substantie quedam locantes qualitates actiuas et passiuas dantes corporibus in ipsis locatis. Et ideo secundum rationem accepta prima contrarietas est quidem primi generis quod est substantia. Si autem secundum esse accipiatur: tunc prima est contrarietas loci superioris et inferioris secundum differentias situs. Hec ille formaliter. ¶Qualiter autem hec intelligenda sint: infra patebit. ¶Considerandum vlterius est tertio quod dum supra dictum est vbicunq; est dare magis et minus ibi est dare maximum: hoc intelligendum est in positiuis: non autem in privatiuis. Aliter cuꝫ sit dabile maius malum et minus malum: esset dabile maximum: et per cōsequens sūmum malum: sicut et sūmum bonum. Et sic duo principia simpliciter prima. Quod est contra theologos: quia sapit heresim. ¶Quod etiam dicebatur quod generatio est inter contrarios terminos: hoc non est intelligendum de generatione substantiali accipiendo eam secundum quod distinguitur contra alterationem: sed potius secundum quod includit in se alterationem priviam: vt septimo huius questione duodecima articulo secundo declaratum est. ¶Et cuꝫ etiam dicitur quod contrariorum maxima distantia est in eodem susceptibili: hic vt dicit Albertus vbi immediate supra accipiuntur ambo contraria in eodem susceptibili: vt actus puri educti de potentia ipsius susceptibilis quod mediū est inter ea et equaliter se habens ad vtrunq; quantum in se est in quo sunt simul in potentia ad reliquum materialiter loquendo: vt etiam supra declaratum est in qnto huius. q. 9. ar. 7.

Ad primum igitur dicendum q̄ licet contradictoria maxime differant simpliciter: tamen contraria maxime differunt sub eodeꝫ genere in eodem susceptibili. Unde ratio non est ad propositum. ¶Ad secundum dicendum quod licet forme accidentales faciāt differre accidentaliter eorum subiecta: differunt tamen essentialiter inter se: maxime si in abstracto designentur. ¶Ad tertium dicendum negando consequentiam: quia licet concedi possit quod differentia generica sit maior extensiue q̄ō specifica: non tamen intensiue: propter rationem philosophi adductam. ¶Verum tamen ratio magis concludit oppositum quam proposuit. Ex eo enim quod quecunq; differunt genere differunt specie et non econuerso. sequitur quod differentia specifica sit maior differentia q̄ō differentia generica: quia plura requiruntur ad differentiam specificam q̄ō ad differentiam genericam: vt ex predictis patet.

¶Sequitur in Philosopho et Doctore Sancto. ibi. Hijs autem entibus palam q̄ē. Et in Cōmentatore commento octauo paulo post principium commenti ibi. In alia translatione. Et cum contraria ita sint manifestum est q̄ē.

a **D secundum** sic proceditur. Uidetur quod vni possint esse plura opposita oppositione contrarietatis. Nam vt arguit hic Albertus vnum quod est voluntarium: vt patet per philosophum in tertio et quarto ethycorum. opponitur duobus involuntarijs. vni quidem per ignorantiam dicto alteri vero per violentiam. Ergo vnum contrariatur duobus: et econuerso plura opponuntur vni contrarie: cum vt ibidez habetur voluntarium et involuntarium contrarie opponātur. ¶Ꝺ 2°. Nigro contrariatur album et fuscum: vt patet in libro de sensu et sensato. Ergo vni plura contrariantur. ¶Ꝺ 3°. Uirtus contrariatur duobus extremis: vt patet in libris ethycorum. Ergo idem q̄ō prius. ¶Sed contra est philosophus in textu. ibi. Hijs autez entibus palam q̄ē. 3°. Lec. 3. Lectio. 15. 2°. Lec. 2.

Respondeo dicendum quod vt in alio articulo precedenti dictum est. philosophus ex determinatis inferebat secundum corelarium. videlicet quod non contingit plura esse vni cōtraria. Quod dupliciter probatur a philosopho secundū quod hic deducit Doctor Sanctus. ¶Primo quia cōtrarietas est maxima et perfecta quasi vltimorum distantia: vt ex precedenti articulo patet. Sed vnius distantie non possunt esse plura extrema quam duo. Neqz etiam vltimo est dare aliquid vlterius. Unde impossibile est cum vna contrarietas sit vna distantia: quod vni contrariorum contrarientur aliqua duo ex equo quasi vltima. Et si vnum contrariorum contrariaretur magis et alterum minus: illud quod contrariaretur vt minus non esset quid vltimum simpliciter: sed haberet aliquid vlterius. ¶Et per hoc patet solutio ad secundum.

¶Secundo idez probatur alio modo ſm phyloſophū. Nam contrarietas;eſt differentia quedam. Omnis autem differentia eſt aliquorum duorum vltimorum: ſi ſit differentia perfecta et maxima. Ergo cum contrarietas ſit maxima et perfecta differentia rerum ſequitur ꝙ eſt tm̄ duorum extremoꝝ.Et ſic vnuz vni tm̄ eſt contrariū. ¶Alio modo preſertim vocaliter probat idem Alexander per viam Auicenne in ſua methaphyſica. Nam ſi ſit poſſibile quod vnum contrarietur duobus ponatur quod.a.contrarietur.b.et.c. Et tunc queritur ab aduerſario.vtrum.a. contrarietur illis duobus ſecundum eandem rationem:aut ſecundum diuerſas.Si primum: ſic vnum vni tantūm opponitur.Sicut ſi nigredo contrarietur albedini ꝓPetri et Martini. Non enim propter hoc dicendum eſt ꝙ nigredo contrariatur duobus. Si autem dicatur ꝙ.a.contrariatur.b.et.c.ſm diuerſas rationes:ita ꝙ ſecundum vnam rationez opponitur ipſi.b. et ſecundum aliam rationem ipſi.c. ſequitur quod ſunt due contrarietates et non vna. ¶Conſiderandum antez eſt hic primo ſm dominum Antonium archyepiſcopuz: ꝙ cum contraria habeant fieri circa idem:ſequitur ꝙ nigredo Joānis non contrariatur albedini Martini inq̄ntum talis niſi forſitan inquantum albedo: quia nigredo que eſt in vno ſubiecto:non poteſt eſſe in altero ſubiecto indiuidualiter loquendo.Alias eſſet migratio accidentis de ſubiecto in ſubiectum. ¶Et ſi arguas. Caliditas huiꝰ ſubiecti poteſt agere in frigiditatem alterius ſubiecti: vt de ſe patet.Hec enim aqua calida poteſt calefacere manum ab ea remouendo frigiditatem. Actionis antez ſunt contrariorum.ergo ꝛc̄. ¶Ad hoc reſpondet dicens: ꝙ hec nigredo contrariatur illi albedini:non vt eſt hec: ſed vt eſt albedo:niſi forteſſe quis dicat ꝙ ſint in eodem ſubiecto in ſpecie:licet non in numero.Uel ſaltem eis nō repugnat.ꝛ hoc ſufficit. ¶Conſiderandum vlterius eſt ſecundo quod vni tantum vnum poſſe contrariari poteſt intelligi tripliciter.Uno modo de contrarietate tam cōmuniter ſumpta q̄z ꝓprie. Et iſto modo vnum poteſt eſſe pluribus contrarium.Alio modo loquendo de contrarietate ꝓprie dicta.Et hoc etiam modo vnuz poteſt pluribus contrariari:ſicut voluit ſecundum argumentū. Non tamen ſecundum eandem rationem:ſed ſecundum diuerſas.Tertio modo loquendo de contrarietate ꝓpꝛiſſime ſumpta.Et iſto modo vni non poſſunt multa contrariari. ¶Sed arguebat diſcipulus nouellus. Maz ſupza conceſſum eſt quod multa et vnuz opponuntur nō ſolum priuatiue: ſed potius contrarie etiam ſecundum eandē rationem.Ergo vni multa ſunt contraria. ¶Dicēdum quod ibi committitur fallacia figure dictionis mutando numerum ſingularem in pluralem. Multa enim aut multitudo contrariatur vni. Ergo multa contrariantur vni.non valet.Cōmittitur etiam ibi fallacia diuiſionis:quia licet multa ſimul ſumpta contrarientur vni:non tamen diuiſim ſumpta.Cōmittitur etiā ibi fallacia equiuocationis:quia vnum quod eſt principium multitudinis opponitur multis.ideſt multitudini.Sed vnum acceptum ꝓ re vna non opponitur multitudini. Unde etiā hec volui apponere: ad oſtendendum illi diſcipulo nouello quod aliqualis ſophyſta eſt:ſed nunduz methaphyſicus. ¶Conſiderandum vlterius eſt tertio ſecundum phyloſophum hic in textu quod omnes diffinitiones date de contrarietate ab alijs ſecundum predictam diffinitionem verificantur.Quidam enim diffininnt contraria dicentes quod contraria ſunt que plurimum differunt. Alij vero dicunt ꝙ contraria ſunt que maxime differunt ſub eodem genere.Alij dicunt quod contraria ſunt que plurimum differunt in eodem ſuſceptibili. Alij antez ſic diffiniunt. Contraria ſunt que plurimum differunt ſub eadem potentia. ¶Quod autem predicte diffinitiones verificentur per eam que data eſt a phyloſopho: patet. primo de anima. Nam dictum eſt quod contrarietas eſt maxima et perfecta differentia rerum:que facit plurimū differre. Manifeſtum eſt enix ex predictis quod in hijs que differunt genere non eſt accipere quod magis eſt differens hijs que differūt ſpecie:quia ad ea que ſunt extra genus non eſt differentia: vt dictum eſt modo expoſito. Eorum vero que differunt ſpecie maxima differentia eſt differentia contrariorux.Et ſic ſequitur ꝙ contraria ſunt que plurimū differunt:que fuit prima diffinitio. ¶Secundo hoc patet de ſecunda diffinitione. Nam contrarietas vt dictum eſt:eſt maxima differentia rerum et perfecta.Sed maxima et perfecta differentia eſt eorum que ſunt in eodem genere.Unde relinquitur quod contraria ſunt que maxime differunt ſub eodem genere. Que fuit ſecunda diffinitio. ¶Tertio hoc patet de tertia:quia eadem eſt materia contrariorum:cum ex ſeinuicem generentur:vt dictum eſt.Ergo contraria ſunt que plurimuz differunt in eodem ſuſceptibili. Que fuit tertia diffinitio. ¶Quarto hoc patet etiam de quarta. Nam vt in nono huius dictum eſt.ſcientia eſt potentia rationalis.Unde ſe habet ad oppoſita:et vna ſcientia eſt circa vnum genus. Cum ergo contraria ſint ſub eodem genere: oportet ꝙ ſint ſub eadem potentia ſiue ſcientia.Et quia contrarietas eſt perfecta differentia eorum que ſunt ſub eodem genere:ſequitur ꝙ contraria ſunt que plurimum differunt ſub eadem potentia ideſt ſcientia. Que fuit quarta diffinitio. ¶Patet ergo qualiter omnes diffinitiones contrariorum ab alijs date verificantur per eam que traditur hic a phyloſopho: et per ea que tradidit phyloſophus hic de contrarietate. ¶Ex quibus omnibus poteſt colligi talis completa diffinitio contrariorum.videlicet. Contraria ſunt que plurimum ꝛ perfecte tanquam vltima ab innicem diſtant ſub eodem genere in eodem viciſſim ſuſceptibili ſecundum eandem poteſtatem. Contrarietas vero eſt duorum extremorum vltimorum ſub eodem genere in eodem ſuſceptibili ſm eandem potentiam maxima et perfecta diſtantia.

Ad primum igitur dicendum ſecunduz ꝙ dicit Albertus hic tractatu ſecundo capitulo quarto vbi hoc argumentum adducit:ꝙ in veritate per maximam diſtantiam non opponitur vni niſi vni.Sed quia duo in ſe continet voluntariuz;omnis enim voluntas eſt appetitus in ratione exiſtens:ideo per formam rationis opponitur inuoluntario per ignorantiā ꝛ per formā appetitus opponitur inuoluntario per violentiam.Et ſic inter quattuor formas. videlicet rationis et ignorati appetitus et violenti ſunt due diſtantie maxime.Et in vtraq; opponitur vnum vni tantum. Hec ille formaliter. ¶Latrabat hic ꝓfatus diſcipulus nouellus. Quia vnum vni ydemptificatur. Ergo vnum vni nō contrariatur. ¶Audini et tacui:eo ꝙ ad hoc reſponſum eſt ſupra in declarationibus. ¶Ad ſecundum et tertium patet ſolutio ex dictis in ſecundo notabili. ¶Uerum ad tertium reſpondet hic dominus Antonius archyepiſcopus dicens:ꝙ auaricia opponitur liberalitati ſicut vitium virtuti:et opponitur prodigalitati ſicut vitiuz vitio. ¶Sed hoc non euacuat argumentum:quia liberalitas contrariatur auaritie et prodigalitati.Ergo vnum pluribus contrariatur:et per conſequens econuerſo. Unde dicenduz ꝙ liberalitas non opponitur illis duobus ſecunduz eandem rationē:ſed diuerſis rationibus:vt quarto ethycoꝝ patet clarius.

¶Queſtio ſeptima. De comparatione contrarietatis ad alias ſpecies oppoſitionis.

Conſequenter conſideranduz eſt de contrarietate per comparationez ad alias ſpecies oppoſitionis poſt abſolutam eius conſiderationem. ¶Circa

Questio Septima

¶Circa quod queruntur duo. ¶Primo vtrum contrarietas sit vt priuatio et habitus: siue oppositio priuatiua. ¶Secundo vtrum sit possibilis transitus a priuatione ad habitum.

¶Segitur in philosopho et Doctore Sancto. ibi. ¶Prima vero ꝓtrarietas. Et in cōmētatore cōmentū decimū quintum. et est Lec. 6ª.

¶Primum sic proceditur. Videtur ꝙ cōtrarietas nō sit priuatiua oppositio. Nam vnum disperatorum non verificatur in recto de reliquo: immo ad affirmationez vnius disperati: sequitur negatio alterius per maximam topycam. Bene enim sequitur. Sortes est homo. Ergo Sortes non est asinus. Sed cōtrarietas et priuatiua oppositio sunt disperate species oppositionis et adinuicem distincte: vt patet in postpredicamentis. Ergo contrarietas non est priuatiua oppositio.

¶Ꝯ 2º. Contrarietas est contradictio. Ergo cōtrarietas non est priuatio: intelligendo per priuationem priuatiuā oppositionem. ¶Patet cōsequentia per locū a disperatis. Antecedens patet. Nam album et nigrum cōtrariantur. Sed nigrum est non album. Album autez et non album contradicunt. Ergo album ⁊ nigrum contradicunt. Et ꝙ consequens contrarietas est contradictio. ¶Ꝯ 3º. Si cōtrarietas esset priuatio: hoc esset quia contraria includunt priuatiue opposita. Sed manifestum est ꝙ contrarietas etiam includit contradictiones. Ergo pari ratione qua cōtrarietas esset priuatio: etiam esset contradictio. Quod tamen philosophus hic reꝓbat. ergo ⁊c. ¶Sed contra est hic philosophus in textu. ibi. ¶Prima vero cōtrarietas habitus et priuatio est: sed nō omnis priuatio. Multipliciter enim dicitur priuatio ⁊c.

¶Respondeo dicendum ꝙ prima contrarietas est priuatio et habitus: q. s. in omni contrarietate priuatio includitur et habitus.

¶Ꝛo cuius declaratione considerandus est primo fm philosophum ꝙ ad manifestandum non idem esse oppositum fm priuationem et habitum et opponi fm contrarietatem philosophus subiungit: ꝙ non omnis priuatio est contrarietas: quia vt ex superioribus patet priuatio multipliciter dicitur. Nam aliquando in eo dicitur esse priuatio quod quocunqz modo non habet id quod natum est haberi: licet ab eo non sit natum haberi. Sed talis priuatio non est contraria: quia non ponit aliquam naturam oppositam habitui: licet aliquando supponat subiectum determinatum quando. vz aliquid non habet illud quod natuz est habere. Sed illa priuatio dicitur esse contrariū que vt dicit hic Albertus est finalis fm maximam distantiam. Hec enim supponit viam esse inter extrema. ¶Priuatio enim vt dicit hic Doctor Sanctus fm id quod nō est recipit magis aut minus. Ideo non potest dici priuatio cōtrarium: nisi ratione alicuius nature que perfectam distantiam habet ad habitum. sicut non omnis priuatio albi est contrarium albo: sed priuatio maxime distans ab albo: quam oportet fundari in aliqua natura eiusdem generis maxime distante ab albo. Et sic hoc dicimus ꝙ nigrum quod est priuatio albi est contrariuz albo. ¶Considerandum vlterius est hic scdo fm Albertū ꝙ in quolibet genere prima contrarietas est habitus et priuatio. i. repugnantia habitus et priuationis. Cuius rationem assignat: quia in omni genere prima principia eorum que sunt in genere sunt potentia et actus. ¶Potentia autez sub priuatione existens nominatur priuatio. Quoꝛcunqz. n. contrariorum alterum est vilius et minus nobile hoc ꝑz priuationis modum denominatur: sicut frigidum per respectum ad calidum priuatio dicitur: et nigrum comparatum ad album. Hec ille. ¶Considerandum vlterius est. 3º. fm philosophum ꝙ omnia alia contraria que cōtrarietatis nomen ⁊ rationem participant fm habitum ⁊ priuationem: vocantur contraria per aliquam analogiaz ad ipsa: diuersimode tamen. Nam quedam dicuntur cōtraria in eo ꝙ habent in se inclusam priuationem ⁊ habitum: sicut album et nigrum. calidum et frigidum. Alia vero dicuntur contraria: quia componuntur ex cōtrarijs sicut medij colores. Alia vero quia faciunt priuationem et habituz: sicut sunt calefaciens ⁊ infrigidans. Alia vero sunt contraria: quia sunt in virtute actiua siue productiua priuationis aut habitus: sicut calefactiuum et infrigidatiuum. Alia vero sunt contraria: quia sunt acceptiones eorum: sicut caliefieri et infrigidari. Alia vero sunt contraria: quia sunt abiectiones eoꝛum: sicut coꝛruptio caliditatis et frigiditatis: Et non solum hijs modis dicuntur cōtraria: sed etiam ex eo. videlicet ꝙ habent habitudines easdem ad contraria sequentia: sicut si dicamus ꝙ ignis et aqua sunt contraria: quia habent calidum et frigidum: que etiam dicebantur contraria per hoc ꝙ includunt priuationem et habitum. ¶Considerandum vlterius est quarto secundum philosophum: ꝙ contrarietas non est contradictio. Quod sic ꝓbat philosophus. Nam in cōtradictione non est aliquod medium. Sed in contrarietate est aliquod medium. Ergo contrarietas non est contradictio. ¶Prima patet: quia necesse est de eodem aut affirmare aut negare: de nullo vero simul: vt patuit quarto huius per firmitatem primi principij. Unde dicitur primo posteriorum ꝙ contradictio est cuius secundū se non est dare medium. Media patet. ¶Nam omnia contraria aut sunt mediata aut ĩmediata. Si primum: sic manifestū est ꝙ inter ea cadit medium etiam per participationem extremoꝛum sicut album et nigrum. Si secundum: sic et inter ea cadit medium et si non per participationem ratione cuius dicuntur contraria ĩmediata: inter ea tamē cadit medium per abnegationem: vt lapis nec est iustus neqz iniustus nec sanus aut eger. ¶Considerandum vlterius est quinto secundum eundem ibidem ꝙ quattuoꝛ modis aliqua alicui opponuntur. ¶Primo modo vt contradictio: sicut sedens non sedenti. Alio modo vt priuatio: sicut cecus videnti. Tertio modo vt contrarietas: sicut nigrum albo. Quarto modo vt ad aliquid: sicut pater filio. Inter ista autem quattuoꝛ genera oppositionis. primum est contradictio: vt dicit hic philosophus. Cuius rationem assignat hic Doctoꝛ Sanctus. quia contradictio includitur in omnibus alijs tanquaz prius ⁊ simplicius inter omnia genera oppositionis: vt etilam ad longum declaratum est quarto huius questione octaua articulo primo. Oppoſita enim scōm quodcunqz oppositionis genus. impossibile est simul existere in eodem subiecto. Quod quidem contingit ex hoc ꝙ alterum oppositum habet in se: et includit negationem alterius: sicut de ratione ceci est ꝙ sit non videns: et de ratione nigri est ꝙ sit non album: et de ratione filij est ꝙ sit non pater. Ex quo patet: quod contradictio est primum genus oppositionis. ¶Considerandum vlterius est sexto secundum eundem ibidem quod priuatio: vt quinto et nono huius declaratum est dicitur multis modis. Dicitur enim priuatio vno modo quando aliquid non habet quod nullo modo aptum natum est habere: vt si diceremus ꝙ lapis priuatur visu: quia non habet visum: neqz aptus natus est habere. Alio modo dicitur priuatio secundum quam aliquid dicitur priuari quando non habet quod natuz est habere aut secundum genus aut secundum speciem: sicut animal si non habeat visum dicitur priuari visu. Et hoc contingit dupliciter. Uno modo qualitercunqz non habeat illud. Alio modo si non habeat cum aliqua determinatione: vt patet de claudo et de catulo ante nonum diem: et sic de similibus. ¶Ex quibus concludit philosophus quod priuatio est aliqualis siue quedam contradictio non absolute siue simpliciter dicta. Quod autem priuatio sit contradictio quedam: patet ex eo quod aliquid dicitur priuatum ex hoc non habet illud. Sed quod non sit contradictio absoluta: patet: quia contradictio absoluta de sui ratione non requirit neqz aptitudinem in subiecto neqz existentiam alicuius subiecti. Uerificatur enim tam de ente quam de non ente. Dicimus enim quod animal non videt lignum non videt: chymera

Lectio. 13. Lecot. 5.

non videt: et ꝙ non ens non videt. Sed priuatio de necessitate requirit aliquod subiectum: et quandoqz requirit aptitudinem in subiecto. Quod enim est omnino non ens non dicitur priuatum. Unde subūgit philosophus ꝙ priuatio est indeterminata potentia. s. cum aptitudine ad habitum: aut saltem est concepta cuz susceptiuo. idest cum subiecto: licet non habente aptitudinem ad habitum: sicut cum dicimus vocem inuisibilem: vel lapidez rem motiuam et huiusmodi. ¶Considerandum vlterius est septimo secundum philosophum quod contradictio non potest habere medium. ¶Priuatio vero aliquo modo habet medium. Necesse est enim omne equale esse: siue sit ens siue non ens. Sed non est necesse ꝙ omne sit equale aut inequale: sed solum hoc necesse est in susceptiuo equalitatis. Sic igitur oppositio contradictionis omnino est imediata in determinato susceptiuo. Non autez est imediata simpliciter. Unde priuatiua oppositio non est contradictio absoluta: sed tantuz quedam siue aliqualis. Ex quo patet ꝙ contrarietas que est nata habere mediuz: propinquioz est priuationi ꝙ contradictioni. Unde si priuatio non est contradictio absoluta: vt deductuz est: neqz etiam contrarietas erit contradictio.

¶Considerandum vlterius est octauo ſm philosophuz ꝙ duplex est generatio. videlicet generatio simpliciter: et generatio scōm quid. Generatur enim aliquid simpliciter in genere substantie: ⁊ scōm quid in genere accidentium: vt pz in primo de generatione. Generationes autē vt ibidem dicitur fiunt ex contrarijs in materia. ¶Ex quo infertur probatio conclusionis responsalis posite in principio articuli. Quam philosophus probat dupliciter. videlicet sillogismo et inductione. Sillogismo probat isto modo. Nam alterum extremoꝝ est priuatio vel habitus in qualibet generatione: quia omne illud ex quo fit generatio aut est species siue quicūqz habitus speciei: aut est priuatio speciei siue cuiuscūqz forme. Sed vtrūqz contrariorū est extremum generationis: quia vt dictum est generationes fiunt ex contrarijs. Generantur enim contraria ex seinuicem sicut albuz ex nigro: et nigrum ex albo. Necesse est ergo ꝙ alteruz contrariorꝝ sit priuatio. Et per consequens sequitur ꝙ contrarietas sit oppositio habitus et priuationis. Que fuit conclusio responsiua ad questum. ¶Eandem vero conclusionez probat philosophus inductiue dupliciter. ¶Primo sic. Nam inequalitas est ꝑuatio equalitatis: et dissimilitudo similitudinis. malitis vero virtutis: et sic de omnibus alijs contrarijs. Semper enim vnum contrariorum est priuatio alteriꝰ: et per cōsequens contrarietas est priuatio. i. priuatiua oppositio siue repugnantia habitus ⁊ priuationis. ¶Scōo idem probat reducendo omnia contraria ad prima: que sunt vnum et multa. Nam omnia contraria reducuntur ad vnum et multa: sicut equale et inequale. simile ⁊ dissimile idem et diuersum. Differunt autem. Quedaz enim diuersitas est: et quedam contrarietas est: et quedaz differentia est: et sic de alijs contrarijs. Unde omnia contraria reducuntur ad vnuz et multa. Sed vnuz et multa opponuntur vt indiuisibile et diuisibile. Relinquitur ergo ꝙ omnia contrarie opposita includunt priuationem. Et sic contrarietas est priuatio. ¶Considerandum vlterius est nono ſm philosophum ꝙ non omnis priuatio est cōtrarietas. Cuius ratio est. Quia contingit priuatum multipliciter priuari: vt iam sepe dictum est. Quocūqz enim modo id quod natuz est habere aliquam formam si non habeat illam: dici potest esse priuatum: siue vt dicit hic Doc. S. sit in dispositione propinqua ad formam illam: siue in dispositione remota. Sed contrarium semper est in dispositione remota: quia contraria sunt ex quibꝰ fiunt permutationes sicut ex extremis maxime distantibus: vt ex supradictis patet. Aliquid enim dicitur priuari albedine si non sit albuz: siue sit palidum siue quocunqz alio colore coloratum. Sed non dicitur esse contrarium nisi qñ est maxime distans ab albo. s. quando est nigrum. Unde manifestum est ꝙ non omnis priuatio est contrarietas.

¶Considerandum vlterius est hic decimo ſm Doctorem Sanctum ꝙ ex dictis philosophi manifestuz est ꝙ cum priuatio nihil aliud requirat nisi absentiam forme suppposita tantum aptitudine in subiecto siue hoc ꝙ determinet aliquam dispositionem in subiecto per quam subiectum sit propinquuz forme vel distans ab ea: cum indifferenter ad propinquum et distans se habeat sequitur ꝙ priuatio non significat aliquam naturam in subiecto sed presupponit subiectum cum aptitudine ad aliquam formam. Contrarium vero quia requirit determinatam dispositionem subiecti secunduz quaz maxime differt a forma absente: de necessitate aliquaz naturaz significat in subiecto que est eiusdem generis cum forma absente. sicut ignis est eiusdem generis cum albo. Hec Doctor Sanctus. ¶Ex quo patet ꝙ nulla est necessitas ponere inchoationem formaruz ratione priuationis que est coeterna materie: cuz priuatio ex se nullaz formam ponat in materia neqz presupponat sicut Albertiste volunt: vt in septimo huiꝰ questione decimaseptima articulo ꝫrto disputatum est. ¶Considerandum vlterius est hic vndecimo secundū philosophuz et eius expositores ꝙ diuersimode vnum contrariorum est priuatio alterius. Quod quidem contingit diuersimode secundū diuersaz rationem priuationis. Que quidem diuersitas attenditur dupliciter. Uno modo ex hoc ꝙ priuatio potest dici: quia aliquid est priuatū soluz in aliquo tempore: vel in aliqua parte determinata corporis. In tempore quidez: vt si aliquid fit priuatuz in aliqua etate. Sicut aliquis dicitur insensatus si in etate perfecta discretione careat: non autem si in puerili etate. In parte autez corporis determinata: vt si aliquid fit priuatuz in aliqua parte principali. Sicut aliquis dicitur nudus si partes eius principales non sint cooperte et nō aliter. Ex qua diuersitate priuationis que in contradictione includitur pronenit ꝙ quoꝛūdam contrariorum est mediuz: ⁊ quoꝛūdam non. Inter bonum enim et maluz cadit mediuz saltez per abnegationez. Est enim aliquis homo neqz bonus neqz malus. Cuius ratio est: quia dicitur homo bonus scōm virtutem. Uirtus autem est que habentez perficit: et opus eius bonū reddit. Non autez omnis qui caret virtute est malus. Nam puer caret virtute: et tamen moraliter loquendo non dicitur malus. Sed si in etate in qua virtutez debet habere careat: malus dicitur. Uel etiaz si aliqbis virtute careat quantuz ad actus minimos et quasi indifferentes ad virtutez: non dicitur malus: sed soluz si virtute careat quantum ad actus principales et necessarios ad vitam virtuosaz. Sed par et impar in numeris non habent medium: quia numerus dicitur impar ex hoc ꝙ quocunqz diuiz

guantur ſm oppoſitas res: ſed ſm oppoſitas rationes: ſi/cut ſupra in primo huius queſtione octaua articulo p̃mo 5m. conceſſum eſt de ſapientia et ſcientia: que licet ſint ha/bitus abinuicem diſtincti ſm oppoſitas rationes: non ta/men ſm oppoſitas res. Unde vnum de altero predica/tur. ¶Nec enim eſt veriſſima quelibet ſapientia eſt ſcien/tia: licet queliber ſcientia non ſit ſapientia. ¶Ad ſecundū dicendum q̃ contrarietas non eſt contradictio niſi redu/ctiue ſolum. ¶Et licet ad nigrum ſequatur non album: non tamen propter hoc ſequitur q̃ album et nigrum cō/tradicant. Aliter oporteret concedere q̃ inter contra/dictoria daretur medium. Sed ibi committitur fallacia accidentis: vt de ſe manifeſtum eſt. Ac ſi arguretur. Homo eſt riſibilis. Sed homo eſt per ſe ſubſiſtens. Ergo riſibile eſt per ſe ſubſiſtens. ¶Ad tertium patet ſolutio ex dictis.

¶Ubi ſupra. Sed p̃ſertim ibi in Doc. S. ¶Conſide/randum eſt. 2c̃.

a **¶ Secundum** ſic procedit. Vi/detur q̃ ñ ſit poſ/ſibilis tranſitus de p̃uatione ad habitū. Nam dicitur in poſt p̃dicamentis q̃ impoſſibile eſt fieri regreſſum a p̃uatione in habitum naturaliter loquē/do. Sed impoſſibile 7 poſſibile otradicunt: vt patet. 2°. peryermenias. Ergo nō eſt poſſibilis tranſitus de p̃ua/tione in habitum. ¶Ꝑ 2°. Cecus nō poteſt fieri videns neq3 mortuus viuens naturaliter loquendo: vt nunc lo/quimur. Sed cecitas opponitur p̃uatiue viſui: 7 mors vite. ergo 2c̃. ¶Ꝑ 3°. Si poſſibilis eſſet talis tranſitus: aut hoc eſſet verum in omnibus: aut ſolum in aliquibus. Non primū: vt cōcedunt hic doctores ſicut p3 de cecita/te. Neq3 ſecūm: q2 nō eſt maior ratio de aliquibus q̃ de aliis. ¶Ꝑ 4°. Omnis tranſitus qui fit cum aliqua muta/tione fit a termino a quo ad terminum ad quē: vt p3. 5°. phyſicoꝝ. Sed p̃uatio no p̃t eſſe termin9 a quo reſpe/ctu ipſius habitus: cum terminus a quo p̃cedat termi/num ad quē: p̃uatio autem non p̃cedit habitum: ſed ſequitur ipſum: vt ſupra conceſſum eſt. ergo 2c̃. ¶Ꝑ 5°. Omnis tranſitus ſiue tranſmutatio eſt de contrario in cōtrarium: vt in hoc capitulo cōcedit phūs. Sed p̃ua/tio nō eſt vnum cōtrariorū: cuꝝ nō dicat naturam in ſubie/cto: vt etiam hic cōceſſuꝝ eſt. ergo 2c̃. ¶Sed in cōtrariū arguitur ſm phūm in preſenti capitulo: qui dicit q̃ gene/rationes fiunt non ſolum ex forma ſeu habitu forme ad p̃uationem: ſed etiaꝝ econuerſo ex p̃uatione forme ad habitum. Ergo a p̃uatione ad habituꝝ poſſibilis eſt trā/ſitus: cum habitus p̃o forma hic accipiatur. Dicit enim textus. Generationes ipſi materie ex contrarijs ſunt: q2 aut ex ſpecie aut ſpecie habitu aut ex p̃uatiōe aliqua ſpe/ciei et forme. 2c̃. Alia tranſlatio in p̃incipio cōmenti. 16. Et ſi generationes in materia ſunt ex contrarijs et gene/ratur ex forma et habitu forme: aut ex p̃uatione foꝛe. 2c̃. Ergo ex p̃uatione fit tranſitus ad formam ſiue habitū. Unde dicitur in. 5°. phyſicoꝝ. q̃ eſt aliqua mutatio de non ſubiecto in ſubiectum. i. de p̃uatione in habituꝝ: vt ibidem exponunt doctores.

¶ Reſpondeo dicendum ſm Doccto. S. in preſenti lectiōe. q̃ duplex eſt p̃uatio. Nam quedam eſt que habet īmediatum ordi/nem ad ſubiectum forme: ſicut tenebra habet īmediatuꝝ ordinem ad dyaphanum quod eſt ſubiectum luminis. Et inter huiuſmodi p̃uationem et habitum ſiue formā ei oppoſitaꝝ eſt mutua tranſmutatio. Aer enim de lucido fit tenebroſus 7 de tenebroſo fit lucidus: vt volunt inſtan/tie in cōtrarium adducte. Alia eſt p̃uatio que nō habet immediatuꝝ ordinem ad ſubiectum forme: ſed ad ipſum non comparatur niſi mediante forma: cum ſit quedaꝝ cor/ruptio eius ſicut cecitas eſt corruptio viſus: et mors eſt corruptio vite. Et in talibus non eſt mutua tranſmutatio. Cum igitur phyloſophus hic oſtenderit contrarietatem eſſe p̃uationem ex mutua tranſmutatione que eſt in cō/trarijs ex p̃uatione et forma: manifeſtum eſt q̃ non dici

tur iſta p̃uatio eſſe cōtrarietas que eſt corruptio forme: ſed que habet īmediatuꝝ ordinem ad ſubiectum forme. Et ſic ceſſat illa differentia que ponitur in predicamētis. videlicet q̃ a p̃uatione in habitum non fit reuerſio. Cō/traria autem tranſmutantur adinuicem. Hec Doct. S. formaliter. ¶Conſiderandum eſt autem q̃ preter diſti/ctionem Doctoris Sancti iam poſitam Antonius An/dree qui eam adducit hic. q. 4. ponit duas alias diſtin/ctiones. Quarum prima eſt q̃ duplex eſt motus. videli/cet quidam acquiſitiuus 7 alius deperditiuus. Acquiſiti/uus vero dicitur ille per quem poſitiue aliqd acquirit. Deperditiuus autem dicitur ille per quem aliquid abij citur et nihil acquiritur poſitiue. Que diſtinctio non eſt alia ꝗ̃ q̃ duplex eſt mutatio. Quedam eſt generatio: et alia eſt corruptio: accipiendo generationem 7 corruptio/nem vt ſe extendunt ad generationem ſimpliciter que ter minatur ad ſubſtantiam: et ad generationeꝝ ſm quid que terminatur ad preuiam alterationem accidentalem: ſimi liter loquendo de corruptione. ¶Alia ſua diſtinctio eſt q̃ termini motus ſunt in duplici differentia. Nam qui/dam ſunt primi: quidam vero ſunt cōcomitantes p̃mos. primi termini ſunt p̃uatio et habitus: ſecundi vero nō. Et hoc eſt quod in quinto phyſicoꝝ dicitur q̃ quidam ſunt termini motus immediati: quidam vero mediati. ¶Ad argumenta igitur p3 clare ſolutio ex dictis. Lectio. 3.

¶Queſtio octaua. De ſolutione cuiuſdam queſtionis mote a phyloſopho in textu. De oppoſitione equalis ad magnum et paruum.

¶ Aſuper in hoc quarto capitulo huius ſecundi tractat9 conſiderandum eſt de oppoſitione equa lis ad magnum et paruum. ¶Circa qō queruntur duo. ¶Primo vtrum eqna le opponatur contrarie magno 7 paruo. ¶Secundo vtrum eis opponatur vt negatio p̃uatiua. ¶Sequitur in phyloſopho et Doctore Sancto. Et cō/mētatore cōmēto. 17. ibi. Quoniam autez vni eſt contra/rium. et eſt Lec. 7a.

a **¶ Primum** ſic proceditur. Uide tur q̃ equale oppo/natur contrarie magno et parno. Et hoc trib9 rationibus phyloſophi. Nam in oppoſitis in/terrogantes ſolum et ſemper vtimur iſto interrogatiuo vtrum. Sed illa particula vtimur interrogantes de equa li magno et paruo. Querimus enim vtrum hoc ſit illo maius aut minus aut equale. Ergo aliqua eſt oppoſitio equalis ad magnum et paruum. Sed non poteſt dici q̃ equale alteri iſtorum ſit contrarium tantū. videlicet q̃ ſit contrarium magno aut paruo tantū: quia nulla ratio eſt: quare equale magis ſit contrarium magno ꝗ̃ paruo. Er/go vtriq3 eſt contrarium. ¶Sed dicebat q̃ ſm ea que dicta ſunt ambobus equale non eſt contrarium: q2 vnuꝝ vni eſt contrarium. ¶Contra. Nam equale eſt contra/rium inequali. Sed inequale ſignificat aliquid meſſe am bobus. ſ. magno et paruo. Igitur equale eſt contrarium ambobus. ¶Ꝑ 2°. Equale opponitur inequali. Sed in equale ſecundū pythagoricos competit dūalitati. Ergo inequale eſt contrarium duobus. Sed non niſi magno 7 paruo. Igitur 2c̃. ¶Sed in cōtrariuꝝ arguitur duabus rationibus phyloſophi. Nam magnum et paruum ſunt duo. Si ergo equale ſit contrarium magno et paruo: vnum erit contrarium duobus. Quod quidem eſt im/poſſibile: vt ſupra oſtenſum eſt. ¶Ꝑ 2°. Non eſt contra rietas medij ad extrema. Quod quidem ſm ſeipſum pa tet. Et ex diffinitione contrarietatis manifeſtatur. Nam contrarietas eſt maxima et perfecta diſtantia vltimoꝝ. Sed id quod eſt medium aliquoꝝ non eſt perfecte di/ſtans ab altero eorum: quia extrema magis differunt ab inuicem ꝗ̃ media ab extremis. Et ſic relinquitur quod contrarietas non eſt mediorum ad extrema. Sed ſtrictes

magis est eox que habent aliqō mediuz. Equale autem videtur esse mediū magni ⁊ parui. Ergo equale non est ꝯrarium magno et paruo.

Respondeo dōm ꝙ equale opponit̄ magno ⁊ paruo: alio tamen modo q̄z fm ꝯrarietatez. Qō enim equale opponatur magno ⁊ paruo: pz per tres rationes ante in cōtrariū adductas. Qō vero eis nō opponat̄ fm ꝯrarietatem: pz per duas rationes post in cōtrariū adductas. ¶ Ex quo ifert phūs ꝙ cuz equale opponat̄ magno et paruo: ⁊ non eis opponat̄ ꝯrarie: neqz etiaz relatiue: sicut equale opponitur inequali. qō satis notuz est ex descriptiōe relatiue oppositox: sequit̄ ꝙ equale opponat̄ magno ⁊ paruo: aut sicut negatio: aut sicut priuatio etiā vtriqz et nō alteri trī. Qō probat phūs dupl̄r. ¶Primo quidem q̄z nō est maior ratio quare equale sit magis negatio aut priuatio magni q̄z parui aut ecōuerso. Unde opz ꝙ sit negatio aut priuatio amboz. Scōo idē ostendit phūs per hoc ꝙ interrogantes de equali per compationē ad ambo et nō ad alterū trī: vtimur isto interrogatiuo vtruz. Non eniz querimus. vtruz hoc illo sit magis equale aut minus equale: sed semper ponimus tria. s. vtruz sit maius aut min⁹ aut equale. Igit̄ ꝛc̄. ¶ Cōsiderandū aūt est hic fm phm: vt adducit etiaz hic Doc. S. ꝙ hoc interrogatiuo vtrū semp vtimur in oppositis. vt cuz querimus vtrū aliqd sit albū aut nigruz que sunt opposita fm ꝯrarietatez: et vtruz sit albuz aut nō albuz que sunt opposita fm ꝯradictionem. Sed vtrū aliqd sit homo aut albuz: nō dicimus querēdo nisi ex hac suppositione ꝙ nō possit esse aliqd albuz ⁊ hō. Et sic querim⁹ vtruz sit albū vel homo. Sicut querim⁹ vtruz venit Cleon aut Socrates: supponētes ꝙ nō ambo venūt. Hic aūt modus querendi in hijs que in nullo genere oppositionis sunt opposita: nō est ex necessitate: ꝫ solum fm suppositionē. Et hoc iō est: q: hoc interrogatiuo vtruz vtimur ex necessitate in oppositis: in alijs autem ex suppositione trī: q: sola opposita ex sua natura nō possint simul existere in eodem. ¶ Ad argumenta igitur pz solutio ex dictis: vt iam declaratum est: q: tria prima bene ꝓbant ꝙ equale opponit̄ aliquo modo oppositionis magno ⁊ paruo ⁊ nihil aliud. Due vero rationes in cōtrarium adducte. ꝓbāt ꝙ equale nō opponit̄ magno ⁊ paruo ꝯrarie. Quox vtrūq; concedimus.

¶ Sequitur in phō et Doc. S. ibi. Non priuatio autem ex necessitate ꝛc̄. Et in cōmētatore cōmē. 19.

a **Secundum** sic ꝓceditur. Videt̄ ꝙ equale nō opponat̄ magno ⁊ paruo tanq̄ negatio priuatiua. Nam equale est terminus positiuus qui opponit̄ inequali. Ergo equale nō est negatio priuatiua. Et sic equale nō opponit̄ magno ⁊ paruo tanq̄ negatio. ¶ Ꝑ 2°. Unum trī vni opponit̄: vt dicit hic phūs. Ergo equale nō opponit̄ magno ⁊ paruo aliquo modo. ⁊ per cōsequens nō eis opponit̄ priuatiue. ¶ Ꝑ 3°. Equale est relatiuum. Ergo opponitur relatiue ei cui opponitur: et nō priuatiue. ¶ Ꝑ 4°. Subiectū alicuius extremox oppositionis nō pōt esse oppositus illius. Subiectum enim ꝯrariox nulli est ꝯrariū: vt habet̄ in 5° physicox. et 5° de generatione. Et simile est de alijs oppositis. Sz eāle est subiectuz magni et parui. ergo ꝛc̄. Minor probatur. Quia fm phm hic in textu equale est qō non est maius aut minus: aptuz natuz esse magnū ⁊ parnū. ¶ Sed cōtra est phūs in textu ibi. Est itaqz equale qō neqz magnū neqz paruū: aptū natū magnū aut paruū esse. Et opponitur ambobus vt negatio priuatiua. Alia translatio. Et opponitur ambobus fm priuationem.

Respondeo dōm ꝙ equale opponitur magno et paruo: vt negatio priuatiua. Qō sic pz fm phm. Nam equale opponitur vtriqz tam magno q̄z paruo: cum in eis vtamur hoc interrogatiuo vtruz. Sed nō opponit̄ eis relatiue neqz contrarie: vt ꝓbatum est: neqz vt negatio ꝯradictoria: vt ꝓbabit̄. Ergo eis opponitur vt negatio priuatiua. Consequentia pz per locuz a sufficienti diuisione per maximaz topicaz: q: si diuisuz alicui assignatur inesse: necesse est aliqd membrox dividentiū ei inesse. Qō aūt eis nō opponat̄ tanq̄ negatio ꝯradictoria sic ꝓbat̄ fm phm. Nam illa particula nō que includit̄ in hoc ꝙ dicimus equale est quod nō est maius neqz minus nō est negatio simpl̄r. Ergo nō est negatio que dicitur negatio ꝯdictoria. Antecedēs pz. Nam negatio simpl̄r sive absoluta de qualibet dicit̄ eni nō inest sua opposita affirmatio: vt pz ꝙ primū ꝓncipiuz. Negatio aūt simplex et absoluta nō est hic in ꝓpositō. Non enim dicimus omne illud esse equale qō absolute ⁊ simpl̄r nō est maius aut min⁹: sed solū hoc dicimus in illis in quibus aliqd aptū natū est esse maius aut minus. Hec est ratio ipsius equalis: vt dictum est. Nam equale est qō neqz magnū neqz paruū est aptū natū esse magnū aut paruū: sicut et alie priuationes diffinūtur. Dicimus enim ꝙ punctus est cuius pars nō est: sēm tamen ꝙ ly sicut dicit similitudinē aliquā ꝓportionis: ⁊ nō ꝯaꝑtitatis. Relingtur ergo ꝙ nō opponit̄ eis vt negatio ꝯdictoria: sed vt negatio priuatiua. ¶ Sed instrabat discipulus. Nam priuatio est extremū oppositionis priuatiue: sicut cecitas est vnū extremū oppositum priuatiue visui. Sed equale nō est extremū: sed mediū inter magnū ⁊ paruū est ipsuz equale: vt probat hic phūs. Ergo nō opponitur eis priuatiue. ¶ Dicendū ꝙ equale pōt accipi dupliciter. Uno modo in sensu diuiso. videlicet ꝓ eo qō ē equale. Et sic est subiectū ⁊ mediū inter magnū ⁊ paruū: vt etiā voluit argumentū vltimū superi⁹ adductū. Et isto modo ītelligit̄ hic dictū philosophi. Alio modo accipit̄ equale in sensu composito. videlicet fm rōnem eq̄litatis inq̄ntū equale est. Et sic nō mediat inter magnuz ⁊ parnum: nisi forsitan per abnegationē: q: equale vt sic neqz magnū est neqz paruū. Neqz etiaz aptuz natuz est esse alterū illox: si cōsideret̄ inq̄ntū est equale. s. sub rōne eq̄litatis. Uerū etiā si magnū ⁊ paruū ꝓsiderent̄ in rōne extremox oppositionis priuatiue: sic etiā equale nō mediat: sed est alterū extremox priuatiue oppositionis. Qualiter aūt a priuatione ad habitū fit transitus et qualiter nō: pz ex ꝓpractis in ꝓcedenti questione. ar. 2°. Non eniz est incōuenies materialiter loquendo per remotiones alicuius ab eo qō est magnū fieri transitū ad equale et ecōuerso. ¶ Considerandū aūt est hic fm phm ꝙ equale est medium inter magnū ⁊ paruū: vt pz per descriptionē ipsius equalis data. Sicut et qō neqz malum neqz bonum est opponit̄ ambobus: ⁊ est mediū inter bonū ⁊ malum. Cum ergo equale sit illud qō neqz est magnū neqz paruz: sequitur ꝙ est mediū inter ea. Sed hec est differentia inter ea: q: qō neqz magnū est neqz paruū: est nobis noiatuz et dicit̄ equale. Sed id qō neqz bonū est neqz malum: est nobis innoiatuz. Cuius ratio phi est talis: q: qñqz ambe ꝓpositiones duox ꝯrariox cadūt super aliquod vnū determinatum. Et tunc est vnuz trī mediū: et potest de facili nominari sicut equale. Ex eo enim est aliquid neqz maius neqz minus qō habet vnaz ⁊ eandez q̄ntitatē. Sed qñqz illud super qō cadunt due ꝓpationes cōtrariox dicitur multipliciter: et nō est vnum trī susceptiū vtriusqz ꝓpositionis. Et tunc nō habet vnū nomen. Sed vel omnino remanet inoiatum: sicut neqz bonū neqz malum est quod multipliciter contingit. Uel habet diuersa nomina: sicut hoc qō dicimus qō neqz est album neqz nigrū. Hoc. n. nō est aliquid vnum: sed sunt quidam determinati colores in quibus predicta negatio ꝓpriatiua dicit̄. Necesse est enim id qō neqz album est neqz nigrum: esse aut palludum aut croceuz aut aliquid tale. Non tamen pari rōne vt aliqui voluerunt posset assignari mediū inter quecūqz vt dicit hic phūs: q: mediū dicit̄ esse oppositox que sit in vna distantia quasi extrema vnius generis. Sed illoꝝ de quibus illi antiqui sicut calcei et manus nō est talis oppositio sive differētia ꝙ sint in vna distantia: q: sunt i alio genere quox negationes simul accipiunt. Unde non est aliqd vnum qō subijciat̄ hmōi negationib⁹. Et sic inter talia nō est accipere medium presertim medium subiectionis:

pby. Z. 11.

Lec. 20.

etionis: sicut est accipere medium inter bonum ⁊ malum magnum ⁊ paruum: ⁊ sic de similibus.

Ad primum igitur dicendum ꝙ secundum substantiam vocis equale ẽ ter minus positiuus cui opponit inequale. Sed si considere/tur quantum ad rem significatam ipsum equale esse positiuum potest intelligi dupliciter. Uno modo quantuz ad nostrum modum intelligendi seu cognoscẽdi. Et sic eqna le dicit priuationem vt patet ꝑ diffinitionem eius a philosopho hic adductam. Alio° quantũ ad rẽ significataz in se. Et sic non dicit meram priuationẽ: qz aliter non posset poni equalitas in diuinis. Quod est contra Doctores theologos: ⁊ presertim ꝺ Doc. S. in prima parte .q.42.ar. primo in corpore: vbi dicit ꝙ equale dicit per negationẽ maioris ⁊ minoris. In diuinis aũt non possumus ponere maius neqz minus vt ariani volunt ⁊c. ¶ Et si arguatur. In deo non est quantitas. Ergo ibi non est equalitas: cuz vnum in quantitate faciat eqnale: sicut vnum in substantia facit idem: ⁊ vnum in qualitate facit simile vt sup a in. ſ. huius dictũ est. ¶ Dicẽdũ ꝙ in deo Iz nõ sit quãtitas molis: est tñ in eo quantitas virtutis vt ibidẽ declarat Doc. S. in solutione ad primum. ¶ Sed instabat discipulus. Nam priuatiue opposita sunt que habent fieri circa idem subiectum ordine irregressibili ⁊ tpe determinato a natura: vt dicitur in post predicamentis. Ergo vbicũqz reperi tur vnũ priuatiue oppositoz põt reperiri ⁊ reliquũ: sicut vbicunqz põt esse cecitas põt esse visus ⁊ econuerso. Sz sic non est de equali ⁊ magno ⁊ paruo. qz vt concessuz est equale reperitur in deo: nõ autem magnũ ⁊ paruũ. In ipso enim nulla est maioritas vel minoritas: vt Doc. S. deducit in prima parte vbi imediate supra. Ergo equale non opponit priuatiue magno ⁊ paruo. ¶ Dicenduz ꝙ illud dictũ põy in post predicamentis habet intelligi de priuatiue oppositis specialibus: nõ autem transcendenter loquendo. In deo autem est sũma vnitas essentie in quo nulla est essentie pluralitas. Unde ratio laborat in equino eo. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ licet vnum tñ vni opponatur scõm vnam ⁊ eandem rationem: potest tamẽ pluribus opponi ſm diuersas oppositiones: ⁊ ẽt ſm eãdem oppositionem diuersis rationibus: vt supra. q. 6. ar. 2. declaratum est. Magnũ aũt opponitur equali ſm ꝙ equale importat excessum. Paruũ vero opponit equali ſm ꝙ importãt recessum. ¶ Et per hoc patet solutio ad tertiuz. ¶ Considerandum est tñ ſm Doc. S. in prima parte vbi supra ad scõm ꝙ vbi attenditur equalitas ſm quantitatẽ virtualem ibi equalitas includit similitudinem ⁊ aliquid plus qz excludit excessuz. Quecunqz enim cõmunicãt in vna forma: possunt dici similia ẽt si inequaliter illam formam participent: vt patuit superius cũ de modis similitudinis ageretur in hoc lib: o. q. ſ. ar. 2. notabili. 2°. Et in quinto huius. q. 10. ar. ꝑmo. Sicut si aer dicatur similis igni in calore. Sed nõ possunt dici equalia: si vnũ illorum alterum formam illaz perfectiori modo participet. Unde nõ valet hoc argumentum. Simile non opponitur illi quod est simile priuatiue: ergo equale non opponitur priuatiue magno ⁊ paruo. Uerũtamen hic accipit priuatiua opposita largo modo ⁊ non proprie. ¶ Ad quartum patet solutio ex supradictis.

¶ Questio nona. De questiõe mota a philosopho de oppositione vnius ad multa.

Einde cõsiderandum est de oppositione vnius ad multa d postcz consideratum est de oppositione equalis ad magnum ⁊ paruum. ¶ Circa quod queruntur duo. ¶ Primo vtruz vnum ⁊ multa opponãtur. ¶ Secundo si sic: vtrũ opponantur relatiue. ¶ Sequitur in põo ⁊ Doc. S. ibi. Similiter autẽ ⁊ de vno ⁊ de multis. Alia trãslatio. cõmento. 20. Querenda est etiam hec questio. ⁊ est lectio. 8.

Ad primũ sic pceditur. Uidetur ꝙ vnũ ⁊ multa nõ opponantur. Et hoc duabus rationibus põy. Nã multa opponuntur pauco: vt statim patebit. Sed vnum vni tantũ est cõtrarium vt dictum est superius Ergo multa non opponuntur vni. Nisi forte dicatur ꝙ vnũ sit paucũ vel pauca. Quod est impossibile: vt statim probabitur. ¶ Ꝑ. 2°. Ipsa duo sunt multa: qz ſm arismetricum ipsum duplex est multiplex. Sed multa opponuntur paucis. Ergo ipsa duo opponuntur paucis. Si ergo multa opponant vni: sequitur idem quod prius. vz. ꝙ vnũ sit paucum vel pauca. Quod est impossibile. Quod sic probatur. Nam ita se habent vnũ ⁊ paucũ ad pluralitatem siue multitudinẽ: sicut productũ ⁊ breue ad longitudinez. Utraqz enim vtriusqz ꝓprie sunt passiones. Sed omne breue ẽ longitudo quedaz. Ergo oẽ paucũ est pluralitas quedam. Si ergo vnum est paucum quod necesse est dicere: si duo sunt multa: sequit ꝙ vnũ sit quedaz pluralitas. Et ita vnum erit non solum multũ: sed ẽt multa. Nam oẽ multum est etiam multa. ¶ Sed cõtra est põs in presenti capitulo. ſ°. huius secundi tractatus: in quo probat ꝙ vnum ⁊ multa opponuntur: ibi. Similiter autem ⁊ de vno ⁊ de multis. ⁊c.

Respondeo dicendũ ꝙ multa opponuntur paucis ⁊ vni. Quod sic pz. naz illa que habent diuersas rationes inter se opponunt aliq modo oppositiõis. Sed multũ vnum ⁊ paucũ sunt huiusmodi. Ergo ⁊c. ¶ Ꝓ declaratiõe huius est hic primo sciendum ſm põm: vt hic deducit Doc. S. ad longuz ꝙ multa accipiuntur dupliciter. Uno quidez modo vt significant pluralitatem excedentez. Et hoc duplr. Uel simpliciter: vel per respectum ad aliqd. Simplr quidem sicut cum dicimus aliqua esse multa eo ꝙ excedunt pluralitatẽ que solet cõmuniter reperiri in rebus sui generis. vt si dicamus multam esse pluniã: quando vltra cõem cursum pluit. Sed per respectum ad aliquid: vt si dicamus decẽ hoies esse multos in comparatione ad tres. Et isto° multũ opponitur pauco: qz paucum dr pluralitas deficiens a pluralitate excedente. Alio° dicitur multũ absolute. Sic̃ numerus quilibet dicit quedã multitudo. Et sic multuz solum opponitur vni ⁊ non pauco. Nam multa secunduz hanc significationem sunt quasi plurale ei° quod dr vnũ: vt ita dicamus vnũ ⁊ multa ac si diceremus vnum ⁊ vna pluraliter: sicut dicimus albuz ⁊ alba. Et sic vnũ cõparat ad multa sicut mensura ad mensurabile. Nam multa mẽsurantur per vnum. Et ſm hanc significationẽ a multis dicuntur multiplicia. Manifestum est enim ꝙ ſm quemlibet numerũ dicit aliqd multiplex: sicut a binario duplũ ⁊ a trinario triplum ⁊ sic de aliis. Unusquisqz enim numerus est multa hoc modo: qz refertur ad vnum ⁊ etiam qz quilibet est mensurabilis vno. Et hoc modo multa opponuntur vni: ⁊ nõ ſm ꝙ opponũtur pauco. ¶ Considerãdum vlterius est scõo ꝙ duo qz sunt numerus quidã sunt multa ꝛz ꝙ multa opponũtur vni. ¶ Sed ſm ꝙ multa significant pluralitatem excedẽtẽ: duo non sunt multa sed sunt pauca. Nihil enim est paucius duobus. Unũ enim non est paucum vt probatum est quia paucitas est pluralitas habens defectum. Prima vero pluralitas habens defectum. i. que est deficiens a multitudine excedente est dualitas. Sequitur ergo ꝙ ipsa dualitas est prima paucitas. ¶ Et per hoc patet solutio ad argumenta in principio articuli adducta. ¶ Hoc adducit Doc. S. in plib9 locis sue theologie: ⁊ presertim in prima parte. q. 11. ar. ꝑmo ⁊ ar. 2. ad tertium. Et de potentia. q. 9. ar. 7. ad septimũ. Et in prima pte. q. 23. ar. 7. ad tertium. Et quol. 4. q. 12. ar. 1. ad nonum. ¶ Considerandũ vlterius est hic tertio ꝛz põm ꝙ Anaxagoras qui posuit generationes reruz omnium fieri per extractionem intellectus a quodam confuso mixto dicebat ꝙ ante talem extractionem res erant infinite ⁊ pluralitate ⁊ paruitate. Quod quidem recte dicit qz in quantitatibus cõtinuis inuenitur infinitum per diuisionem. Quam quidem infinitatem significabat Anaxago

ras per paruitatem. In quantitatibus autem discretis inuenitur infinitum per additionem: quaz significauit p pluralitatē. Sed tamen cum in hoc recte dixisset: destitit a veritate. Visum enim est ei post modum q̄ vbi posuit paruitatem q̄ debuisset etiam ponere paucitatem. Quod quidem vt dicit hic pb̄us non est recte dictum: quia res non sunt infinite paucitatis. Est autem vt probatum est inuenire primum paucum. s. duo: non autem vnum. Vbi autē est inuenire aliquod primum: non proceditur in infinituz. Si enim ante vnum esset paucum: oporteret in infinitū procedere. Et sic sequeretur q̄ vnuz esset multa q̄ omne paucum est multa: vt declaratum est. Si aūt vnum esset multa: oporteret aliquid esse minus eo: q̄ etiaz esset paucum & illud iterum esset multum. Et sic in infinitum abiretur. Hec omnia Doc. S. in lectione formalr. ¶ Ad argumenta ergo patet solutio ex dictis.

¶ Sequitur in pb̄o & Doc. S. ibi. Opponitur itaq̄z vnū multis. Et cōmentato: cōmento. 21.

B secundum sic proceditur. Vī q̄ vnum non opponatur multo relatiue. Mā superius pbatuz est q̄ vnū opponitur multitudini contrarie: & nō relatiue aut priuatiue. Ergo &c. ¶ p̄. 2°. Relatiue opposita sunt de genere ad aliquid: vt patet in predicamentis. Sed vnum cum sit transcendens non ponitur in aliq̄ genere. Ergo vnum non opponitur alicui relatiue. ¶ p̄. 3°. Si vnum opponeretur relatiue multo: videretur sequi q̄ vnum esset minus multo. Sed id quod est minus multo dicitur esse paucum. Ergo &c. ¶ Sed cōtra c̄ pb̄s in secunda parte huius capituli ibi. Opponitur itaq̄z vnū multis: vt metrum mensurabili. Hoc autez vt que ad aliquid. Diuisum est autem a nobis in alijs &c. Lecti. 15.

Respondeo dicendum q̄ vnum opponitur multis relatiue. Quod sic probatur secundum philosophum. Nam vnum opponitur multis sicut mensura mensurabili. Multitudo enim mēsuratur per vnuz. Sed mensura & mensurabile opponūt relatiue. Ergo &c. Considerandum aūt est hic primo scōz pb̄m q̄ vnum & multa non sunt de numero eorum que dicuntur f̄m se ad aliquid. Nam vt dictum est in libro qnto huius. q. 16. dupliciter dicuntur aliqua eē ad aliquid. Nam quedam sunt que referuntur adinuicem ex equo: sicut dominus & seruus pater & filius magnum & paruuz. Et hec dicuntur esse ad aliquid ex equo & sunt ad aliquid secundum seipsa: quia vtrunq̄z eorum secundum hoc ipsum quod est ad alterum dicitur. Relatio autem que ē inter talia relatiua si sint realia & realiter distincta & referibilia est relatio realis in vtroq̄z extremorum: sicut vt credo satis prolixe declaratum est in libro quinto huius operis capitulo ad aliquid. q. 16. ar. 6. Alia vero sunt & dicuntur ad aliquid non ex equo: sed vnum eorum dicitur ad aliquid: non quia ipsum referatur ad aliquid sed quia aliqd aliud refertur ad ipsum. sicut de scientia & scibili patet. scibile enim dicitur relatiue non quia ipsum referatur ad scientiam: sed quia scientia refertur ad ipsum. Unde est relatio realis in vtroq̄z extremorū. Patet igitur q̄ huiusmodi non sunt relatiua secundum se: quia scibile non secundum hoc ipsum quod est ad alterum dicitur. ¶ Considerandum vlterius est secundo secundum Doc. S. in presenti lectione q̄ multitudo siue pluralitas que opponitur vni quod conuertitur cum ente est quasi genus numeri: quia numerus nihil aliud est quā pluralitas siue multitudo mensurabilis vno. Sicut igitur vnum quod dicitur simpliciter ens indiuisibile conuertitur cum ente: secūduz autem q̄ accipit rationem mensure sic determinatur ad aliquod genus determinatum scilicet ad genus quantitatis in qua p̄prie inuenitur ratio mēsure: ita similiter pluralitas vel multitudo f̄m q̄ significat entia diuisa non determinatur ad aliquod genus. Secunduz autem q̄ significat aliquid mensuratum: determinatur ad genus quantitatis: cuius species est numerus. Ideo dicit hic pb̄us q̄ numerus est multitudo mensurata vno. ¶ Considerandū vlterius est tertio f̄m Doc. S. vbi supra quod pb̄us dicit hic quod pluralitas est quasi genus numeri. Non aūt dicit quod sit simpliciter genus: quia ens non est genus p̄prie loquendo vt supra probauit philosophus. Sed tamen pluralitas est quasi genus: quia habet aliquid de ratione generis: inquantum. vz. ē ad plures pluralitates communis. ¶ Considerandum vlterius est quarto secundum Doc. San. vbi supra q̄ vt elicitur ex predictis vnum quod est principium numeri vt habet rationem mensure & accipiendo numerum qui est species quantitatis mensurato vno: sic opponuntur vnum & multa non vt contraria f̄m q̄ dictum est supra de vno quod conuertitur cum ente & de pluralitate sibi opposita: sed opponuntur relatiue: non quidem indifferenter secundum omnia relatiua: sed sicut aliqua eorum que sunt ad aliquid: quorū. s. vnum dicitur relatiue quia alterum refertur ad ipsum. ¶ Considerandum vlterius & quinto vt hic dicit Doc. S. quia sic opponuntur vnum & multa sicut predicta relatiua de quibus facta est mentio: inquantum tamen vnum est mensura & numerus mensurabilis per vnum. Et quia est talis natura similium rerum: oportet q̄ sit vnum: sed non oportet q̄ vbicunq̄z est vnum: q̄ ibi sit numerus: quia sic est aliquod indiuisibile vt punctus: ibi est vnum & non numerus. In alijs aūt relatiuis in quibus vtrūq̄z secundum se & f̄m id quod ē dicitur ad aliud: neutrum est sine reliquo. Non enim seruo est dominus: neq̄z seruus sine domino. Talia nam q̄z posita se ponunt: & perempta se perimunt: vt patuit in predicamentis. ¶ Sed est hic difficultas circa hoc q̄ hic dicit Doc. S. vz. q̄ vnum comparatur ad multitudinem sicut scientia ad scibile. Maz scientia non mensurat scibile sed potius econuerso: cum scibile sit causa scientie preferendo tim speculatiue: vt dicit Doc. S. in primo perhermenias lectione tertia. Ergo vnum non cōparatur debite ad multitudinem sicut scientia ad scibile. ¶ Dicendum q̄ illa dictio sicut non denotat ibi omnimodam similitudinez vdē ptatis. Alias nulla esset ibi similitudo: cuz similitudo sit rerum differentium eadem qualitas. Sed ibi denotat aliqualem similitudinem proportiōis. vz. q̄ sicut relatio scientie ad scibile est relatio p̄prie dicta in vno extremoz ita etiam relatio mensure ad mensurabile. Sed in hoc est diuersitas. Nam si est scientia: oportet scibile esse in ratione scibilis & non tamen quantum ad esse existentie. Si vero scibile sit: non est necesse quod sit scientia: nisi forsan considerando scibile secundum rationem p̄prianam relatio & mis & scibilitatis. Econuerso vero si vnum sit vt dictum est non est necesse numerum esse: sed bene econuerso. vnde non est ibi omnimoda similitudo vt dictum est. ¶ Ex predictis infert philosophus q̄ multitudo absoluta opponitur pauco: & non-vni cum vnum non sit paucum: vt probatum est in precedenti articulo. 2. cc. 4.

Ad primum igitur dicendum quod vt iam dictum est vnum quod est principium numeri de genere quantitatis: opponitur relatiue. Sed vnum quod conuertitur cum ente: opponit̄ multo contrarie. ¶ Sed contra hoc videtur esse Doc. S. in prima parte questione. 11. articulo primo in corpore. vbi sic ait quod vnum quod conuertitur cum ente opponitur multitudini per modum priuationis: sicut indiuisum diuiso. Ergo vt sic non opponitur ei contrarie: licet superius concessum sit secundum philosophum in isto eodem libro q̄ contrarie ei opponatur & non vt negatio priuatiua ¶ Dicendum quod non sine causa dicit ibi Doc. S. in passu allegato quod vnum quod conuertitur cuz ente opponitur multitudini per modum priuationis. Non enim dicit q̄ opponatur ei priuatiue: sed q̄ opponitur ei p modum priuationis. Unde ex dictis supra in isto libro satis colligitur q̄ priuatio potest accipi dupliciter. Uno modo p̄prie. vz. f̄m q̄ dicit negationem alicuius forme in subiecto

subiecto apto nato: nullam formam siue naturam in sua significatione includens. Et isto modo vnum etiam transcēdenter loquendo opponitur priuatiue multitudini: cū vt Doc. S. sepius dicit vnum quantū ad suā rōnem totalez ⁊ completam non significet solam indiuisionez: sed ens indiuisum: licet quantum ad rationem proprijz qua distinguitur ab alijs transcendentibus importet indiuisionez tā tū: vt ipsemet dicit in prima parte. q. 6. ar. 3. ad primū vbi sic ait. Vnum non importat rōnem perfectionis: sed indiuisionis tantū que vnicuiqz rei competit sm suam essen/tiam. Hec ille formaliter. Et hoc etiā superius adductuz est in isto libro. q. 5. ar. 2°. Alio modo accipitur priuatio largo modo. vz. p omni negatione que aliquid negat in subiecto apto nato: siue ponat aliquid in eo siue nō. Et isto modo vnum transcendenter acceptum opponitur multo priuatiue: non obstante q ei opponatur cōtrarie modo tū superius expōsito. q. 5. ar. 2mo. ¶ Ad secūdū pz solutio in vltimo ⁊ penultimo notabili. ¶ Qualiter autem nulla priuatio quocūqz modo accipiatur tollat totaliter esse cuz liter hoc habeat veritatem in terminis communibus siue transcendentibus: patet per Doc. S. in prima parte. q. 11. ar. 2. in solutione ad primum: secūdum q etiam adductuz est formaliter superius presertim in quarto libro huius operis. q. 3. ar. 8. ¶ Ad tertium dicendum q licet vnum sit minus q̄ duo: non tamen vt dicit hic pbus sequit quod vnum sit pancum lz de ratione pauci sit q sit minus: quia ois paucitas pluralitas quedam est.

¶ Questio decima. De medijs contrariorum quantum ad eorum compositionem.

v **Vlterius** considerandum restat de medijs contrariorum ⁊ presertim de eorum cōpositione post quā visum est de ipsis contrarijs. ¶ Circa quod queruntur duo. ¶ Primo vtrum media sint eiusdē generis cum extremis que quidem media reperiuntur inter contrarie opposita. ¶ Secundo vtrum media contrariorum componantur ex extremis. vz. ex contrarijs.

¶ Sequitur in pbo Doc. S. ibi. Quoniam vero contrariorum ⁊c. Et in commentatore commentum. 22m. Alia translatio. Contraria vero pñt esse mediata. Et est lec. 9a.

a **B primū** sic pceditur. Videtur q media non sint eiusdez generis cum extremis. Nam equale mediat iter magnum ⁊ paruum vt supra concessum ē. Sz constat q equale cum sit relatiuum nō sit eiusdem generis cum magno ⁊ parno que non sunt de genere relationis vt probatur in predicamentis capitulo quantitas. Ergo ⁊c. ¶ D. 2°. Lapis non est videns neqz cecus. Ergo lapis mediat inter visum ⁊ cecitatez. Et tamen lapis non ē eiusdem generis cum illis extremis vt de se patet. Ergo ⁊c. ¶ D. 3°. Inter magnum ⁊ parvum mediat equale: vt etiam nūc assumptū est. Sed magnū ⁊ paruū nō sunt cōtraria: cū in genere quantitatis non sit cōtrarietas: vt pbs deducit in predicamentis. Ergo media non solum sunt inter contraria. ¶ Sed contra est pbs in hoc capitulo sexto huius secundi tractatus. ibi. Quoniam vero contingit aliquod medium esse omnia nāqz media in eodem sunt ī genere quorum sunt media. Media enim hec dicimus ⁊c.

Respondeo dicendum primo q media sūt eiusdem generis cuz extremis quod sic pz secundum pbum: quia per descriptionē mediorum media sunt in qūe prius venit illud quod mutatur de vno extremorum quam in alterum extremum. ergo media sunt eiusdem generis cum extremis. Antecedens probat philosophus per duo exempla. Quorum primum est in sonis. Secundum musicos enim quidam sunt soni graues ⁊ quidam acuti: ⁊ quidam medii. Secundam dispositionem sonorum disponunt corde a musicis in eorum instrumentis musicalibus. Nam ille corde que reddunt graues sonos vocantur ypate: quasi principales. Ille vero que reddūt sonos acutos: dicuntur nite. Si igitur musicus a grauib⁹ paulatim ad acutos accedere velit: necesse est q prius veniat ad sonos medios. ¶ Secundum vero exemplum ponit in coloribus. Si enim aliqd mutatur ab albo in nigrum: oportet quod primo veniat ad medios colores: quam ad extremos. Et simile est in aliis mediis. ¶ Consequentia vero probatur secundum philosophum: quia de medijs fit transmutatio ad extremum: ⁊ econuerso. Sed de his que sunt in diuersis generibus non fit transmutatio inuicem per se: nisi forsan per accidens: sicut patet de colore ⁊ figura. Non enim mutatur aliquid de colore in figuram: sed de figura in figuram. vñ necesse est quod medium ⁊ extrema sint in eodem genere presertim genere physico. ¶ Dicendum secundo q talia media sunt proprie inter contraria. Quod sic probatur secundum philosophum. Nam media proprie non sunt nisi oppositorum. Sed media non sunt proprie inter alia quam inter contraria. Ergo ⁊c. Maior sic deducitur. nā solum ex oppositis fiunt mutationes vt patet primo physicorum. Ex nigro enim fit aliquid albū. Sed media sunt ex quibus ⁊ per que est mutua transmutatio: vt per descriptionem mediorum iam datam patet. Impossibile ē ergo quod media sint nisi oppositorum. Aliter sequeret q esset mutatio ⁊ non ex oppositis. Minor vero sic deducitur. Nam inter opposita contradictorie nullo modo potest esse medium tale. Contradictio enim est cuius altera pars ex necessitate adest cuicunqz subiecto an sit ens aut non ens. De quolibet enim ente vel non ente necesse ē dicere q sedet vel non sedet. Et sic patet quod contradictio nullum habet medium. Relatiue vero opposita que non ex equo referuntur vt scientia ⁊ scibile non habent medij quia media ista ⁊ extrema non sunt in eodem genere referibilitatis: cum vnum secundum se referatur vt scientia: non autem aliud vt scibile secundum quod declaratuz est circa illa relatiue opposita que non ex equo referuntur in precedenti articulo ⁊ in quinto huius questione. 16. articulo sexto. ¶ Illa vero relatiue opposita que ex eqao referuntur ⁊ similiter priuatiue opposita se habent vt contraria. Inter que si cadit aliquod medium: hoc est vt quodammodo participant rationem contrariorum. Relinquitur ergo quod medium presertim transmutationis solum reperitur inter contrarie opposita. Et hoc loquendo de mutatione siue motu physico. vz. successiuo ⁊ de medio per participationem.

Lectio. 11.

Ad primum igitur dicendum quod magnum ⁊ paruum possunt dupliciter considerari. Uno modo materialiter aut fundamentaliter. Alio modo formaliter secundum formam relationis: inquantum habent rationez equalitatis ⁊ inequalitatis. Primo modo non sunt eiusdem generis cuz equali: sed bene. Secundo modo. ¶ Ad secundum patet solutio ex dictis: quia hic potissime fit mentio de medio extremorum in quod prius peruenit id quod transmutatur q̄s in extremum vt dictum est. ¶ Ad tertium dicendum q lz magnum ⁊ parvum non sint vere contraria logyce loquendo: sunt tamen contraria contrarietate physica: que videlicet sufficiens est ad motum. Augmentatio enim que terminatur ad magnum ⁊ diminutio que terminatur ad parvum: sunt motus physici. Omnis autem motus physicus est de contrario in contrarium. Generatio vero ⁊ corruptio non sunt motus physici: sed sunt mutationes instantanee vt infra patebit: ⁊ vt latius in physicis disputatum est.

¶ Sequitur in philosopho ⁊ Doctore Sancto. ibi. Si vero sunt in eodem genere ⁊ cetera. Et in commentatore cōmentum. 23m.

a **B secundum** sic proceditur. videtur q media nō sint composita ex extremis. Nam ex duob⁹ entibus in actu non potest fieri vnum tertium p

regulam phyloſophyeam. Sed one ſpecies extremie vt puta album ⁊ nigruz ſunt entia in actu. Ergo ex eis non poteſt fieri tertia ſpecies media. ℂ Ꝑ 2°. Forma eſt compoſitioni cōtingens ſimplici ⁊ inuariabili eſſentia ꝓſtēs ſm actorem ſex principiorum. Ergo forma media nō poteſt eſſe ex extremis compoſita. ℂ Ꝑ 3°. Tepiditas mediuz quoddam eſt inter caliduz ⁊ frigiduz. Et tamen nō componit ex calido ⁊ frigido. Aqua. n. tepida nō eſt calida neqz frigida: vt cōmuniter ꝓcedit. Ergo idem quod prius. ℂ Ꝑ 4°. Si mediuz eſſet compoſitū ex extremis ſequeret ꝙ eſſet forma ab eis diſtincta. Et ſic moms qui eſſet de nigro in album p rubeuz nō eſſet vnus mot⁹ numero aut ſpecie: cū ad diuerſas formas numero ⁊ ſpecie diſtinctas terminareť. Quod eſt falſum. Dū enim aqua calefit: primo exiſtens frigida poſtea fit tepida ⁊ poſtea calida: dicit calefactio vna in ſpecie ⁊ etiā in numero ſm phyloſephos. Ergo ⁊c̄. ℂ Ꝑ 5°. Partes componentes actu ſunt in cōpoſito: quia cōpoſituz actu exiſtens nō componit ex partibus imaginarijs aut ex partibus in potentia exiſtētibus. Si ergo medius color cōponeret ex extremis: ſequeret ꝙ due forme eſſentiales ſpecie diſtincte eiuſdez generis eſſent actu in eodez. Et ſic oppoſita ſimul actu eſſent in eodē. Hoc autez eſt incōueniens. Igitur ⁊c̄. ℂ Ꝑ 6°. Omne cōpoſitum vel eſt quantitas cōtinua vel habens quantitatez ꝓtinuam: vt patet primo de generatiōe. Sed forme medie nō ſunt huiuſmodi: quia quantitati nihil eſt cōtrariū: vt dicit in predicamētis. Ergo forme medie cōtrariorum nō ſunt cōpoſite. ℂ Ꝑ 7°. Extrema cōtrarietatis reſpectu mediorum nō ſe habēt ſicut genus ⁊ differētia: cū ſint ſpecies. Ergo media ex eis nō componūtur tali cōpoſitione que eſt ex genere ⁊ differentia. Neqz etiaz ſe habent ſicut mā ⁊ forma: quia forma accidentalis nō habet materiā ex qua: iz habeat materiā in qua. Ergo etiā tali cōpoſitione ex eis nō componūtur. Neqz etiā ſe habent ſicut natura ⁊ ſuppoſitū: cuz nō ſint de genere ſubſtātie. Neqz vt eſſe ⁊ eſſentia. Neqz ſicut ſubiectū ⁊ accidens. Neqz vt fundamentū ⁊ relatio. Neqz vt potentia ⁊ actus: cum ſint forme actuales ⁊ ſpecifice. Et ſic de alijs componentibus. Ergo media nullo modo cōponunť ex extremis: preſertim actualiter. ℂ Ꝑ 8°. Omne cōpoſitum ex contrarijs eſt corruptibile etiaz per ſe ſicut id quod corrūpit. Immo neceſſe eſt quodlibet tale eſſe corruptibile. Sed mediū cōtrarioꝝ cū ſit forma accidētalis nō ē illo mō corruptibilis. ſ. per ſe: vt patuit in. 7°. huius: preſertim cum in ſe nō includat materiā ex qua ꝓnatiom admixtā: que eſt mater corruptiōis: vt ibidē declaratū eſt. Ergo ⁊c̄. ℂ Ꝑ 9°. Unūquodqz reſoluit in ea ex quibus cōpoſit: vt patet primo phyſicoꝝ ⁊ primo de generatione. Sed forme medie nō reſoluūť in ipſa extrema ſaltez in ipſa remanentia facta reſolutione. Ergo ex eis nō componūtur. ℂ Ꝑ 10°. Si ſpēs medie componerent ex extremis pari rōne differentie medie componerent ex differentijs extremis: vt etiam ꝓcedit hic phyloſophus. Sed hoc eſt impoſſibile: qz aliter ipſius differentie eſſet differētia: ⁊ differentia eſſet cōpoſita ex genere ⁊ differentia: ⁊ ſic differētia eſſet ſpēs ⁊ nō differentia. Que omnia ſunt incōueniētia. Relinquit ergo ꝙ ſpecies medie nō cōponunť ex extremis. ℂ Sz cōtra eſt phyloſophus in preſenti capitulo. 6°. huius ſecundi tractatus: ibi. Si vero ſint in eodē genere ⁊c̄. Alia trāſlatio vbi incipit cōmentū. 23ᵐ. Si igit media ſunt in eodem genere ſicut declaratū eſt ⁊ cōtraria habent media: neceſſe eſt vt media ſint cōpoſita ex iſtis ꝓtarijs: quoniā aut habebūt aliquod idē genus: aut nō habebūt ⁊c̄. ℂ Ꝑ 2°. Ad idem eſt phyloſophus in libro de ſenſu ⁊ ſenſato in tractatu de coloribus. Et ſimiliter ad idem eſt in⁹ prio phyſicoruz ⁊ primo de generatiōe vbi expreſſe vult media componi ex extremis. ℂ Ꝑ 3°. Ad idez arguit ratione. Haz id qō participat aliqua ſm magis ⁊ minus: eſt compoſitū ex illis. Sed media ꝓtariorum ſunt huiuſmodi: vt patet de colore griſeo ⁊ celeſti. Ergo tales medij colores componūtur ex extremis. ℂ Ꝑ 4°. Si nō: ſequitur ꝙ poſſit eſſe motus ad tepidū tanqz ad formā tertiā: ⁊ nō erit motus ad calidum aut frigidum. Quod eſt inconueniens. Ergo ⁊c̄. ℂ Ꝑ 5°. Si non: ſequeret ꝙ media eſſent eque perfecta ſicut extrema: qz eque ſimplicia ſunt. Sed hoc etiam a phyloſophis inconueniens reputatur. Ergo ⁊c̄. ℂ Ꝑ 6°. Que ſunt ſimplicia in aliquo genere: ſunt primo componētia alioꝝ in illo genere. Ergo extrema cōtrariorum ſunt ſimplicia in ſuo genere. Ergo ſunt per ſe componentia alioꝝ eiuſdē generis. Sed media vt ꝓbatum eſt in precedēti articulo ſunt eiuſdez generis cum ſuis extremis. Ergo ex eis componūtur. Quod autem extrema cōtrariorum ſint ſimplicia: patet. Nam talia extrema nō ſunt compoſita ex ſe inuicem: cū vnū cōpoſitoruz nō componat ex reliquo. Neqz etiam ſunt cōpoſita ex medijs: quia ſic nō maxime diſtarēt ſub ſuo genere. Quod eſt contra determinata ſuperius. Ergo ⁊c̄. ℂ Ꝑ 7°. Aut omnia media ſunt compoſita ex extremis: aut nullum: quia qua ratione nō vnum: nec aliud. Sz aliquod eſt medium qō eſt compoſituz ex extremis. Igit ⁊ omnia. Probatio medie. Nam aliquis eſt medius color qui plus habet de vno extremo qz de alio: vt de ſepatet. Igitur talis color extrema participat: ⁊ per ſequēs ex eis componitur. ℂ Ꝑ 8°. Priora in vnoquoqz genere ſunt componentia poſterioruz: cum ipſa poſteriora reſoluantur in ipſa priora. Sed extrema contrariorum ſunt priora in ſuo genere. Ergo idem quod prius. ℂ Ꝑ 9°. Aliqua ſunt contraria mediata que a contrarijs imediatis diſtinguūtur: quia participant aliquid de vtroqz extremorum. Unde dicuntur eſſe oppoſita inter que cadit medium per participationem. Media ergo talium contrariorum participant extrema in eorum entitate. Ergo ex eis componuntur. ℂ Ꝑ 10°. Non eſt querenda cauſa quare ex potentia ⁊ actu fit vnum: vt dicitur in nono huius ⁊ in ſecundo de anima. Sed vnum extremorum ſe habet in potentia reſpectu alterius in ordine ad medium: ſicut nigrum ſe habet in potentia ad album. Ergo ex nigro ⁊ albo poteſt fieri aliquod tertium: videlicet ſcum. Et ſic medium componitur ex extremis: vt etiam vult cōmentator hic cōmento. 23. ⁊ vt etiam volunt ꝓpoſitores phyloſophi.

Reſpōdeo dicendum ꝙ phyloſophus ifert ex dictis ꝙ ſi media ſint eiuſdez generis cum extremis vt dictum eſt: ⁊ ſi media ſolum ſunt inter contrarie oppoſita vt etiam oſtenſum eſt: neceſſe eſt media ex huiuſmodi extremis eſſe compoſita. ℂ Conſiderandum igitur eſt primo ꝓo declaratione huius ſecundum phyloſophum in textu: ꝙ contrarie ſpecies habent priora contraria ex quibus conſtituuntur. Nam oportet ꝙ contrariorum ſit aliquod idem genus aut nullum. Si ergo nullum eſſet idem genus contrariorum: tunc contraria nō haberent medium: quia medium vt ſupra declaratum eſt non eſt niſi eorum que ſunt vnius generis. Sed ſi contrariorum quorum poni ſit aliquod medium ſit aliquod idem genus prius ipſis contrarijs: neceſſe eſt ꝙ ſint differentie contrarie priores ſpecibus contrarijs: que faciant ⁊ conſtituant ſpecies contrarias ex ipſo genere vno. Species enim ex genere ⁊ differentijs conſtituuntur. Sicut ſi album ⁊ nigrum ſint contrarie ſpecies: ⁊ habeant vnum genus qō eſt color: neceſſe eſt ꝙ habeant aliquas differentias conſtitutiuas: ita ꝙ album ſit color diſgregatiuus viſus. Et ſic iſte differentie congregatiuum ⁊ diſgregatiuum viſus ſunt priores albo ⁊ nigro. Unde cum vtrobiqz ſit contrarietas manifeſtum eſt ꝙ contraria ſunt ſe inuicem priora. Contrarie enim differentie ſunt priores contrarijs ſpecibus. Et ſunt etiam magis contraria: quia ſunt cauſa contrarietatis in ipſis ſpeciebus. ℂ Conſiderandum tamen eſt hic ſecundo vt dicit hic Doc. San. ꝙ congregatiuum ⁊ diſgregatiuum viſus non ſunt vere differentie conſtitutiue nigri ⁊ albi: ſed magis effectus eorum. Denotantur enim loco differentiarum nobis incognitarum ſigna earum ſicut interdum

Lec. I.

Lec. 14.

phyſicoꝝ. Lec. 13.

Lec. 12

1°. Lib.

sicut interdum per accidentia designatur differentie ⁊ forme substantiales disgregatio enim visus prouenit ex conuenientia lucis: cuius plenitudo albedinem constituit. Sz congregatio visus contingit ex causa contraria. ¶Consideranduz vlterius est tertio secundum phylosophum: qđ non solum species contrarie que hic vocantur species extreme sicut album ⁊ nigrum sed etiam species medie habent priora contraria ex quibus constituuntur. Nam cuz media sint species eiusdez generis ⁊ omnes species ex genere ⁊ differentijs constituantur: necesse est etiam ꝙ medie species ex genere ⁊ differentijs constituantur. Sicut quicunqz colores sunt medij inter album ⁊ nigrum oportet eos constitui ⁊ diffiniri ex genere quod est color: ⁊ ex quibusdam differentijs. Sed tales differentie ex quibus constituuntur medij colores non possunt esse prima contraria ideſt differentie ille contrarie que constituebant contrarias siue extremas species scilicet album ⁊ nigrum. Alter oporteret quod quilibet color medius esset albus aut niger: ⁊ sic medius color non esset medius sed extrem⁹. Color enim disgregatiuus est color albus. Color vero congregatiuus est color niger vt dictum est. Oportet ergo ꝙ differentie constitutiue mediorum sint alie a differentijs illis contrarijs que sunt constitutiue speciem contraria rum primarum siue extremarum. Et quia sicut se habent species ad species ita ⁊ differentie ad differentias per regulam topicam: ideo oportet ꝙ sicut medij colores sunt species medie inter species primas contrarias ita ⁊ differentie constitutiue earum sint medie inter differentias contrarias: que dicuntur prima contraria in proposito. Hec omnia Doc. S. formaliter. ¶Sic ergo patet ꝙ species medie habent differentias medias ex quibus cum proprio genere constituuntur. ¶Consideranduz vlterius est quarto secundum phylosophum quod media componuntur ex extremis siue sint species siue differentie. Quod probatur tribus rationibus phylosophi elicitine secundum viam commentatoris. ¶Quarū prima ratio taliter potest extrahi ex dictis phylosophi ⁊ commentatoris. Nam contraria extrema sunt aggregata ex genere ⁊ differentijs primis ⁊ extremis: que quidem differentie sunt ante differentias constituentes contraria media: ita quod tam contraria extrema quam media componuntur ex genere ⁊ aliquibus differentijs. Sed differentie constituentes extrema contraria sunt magis contraria quam differentie constituentes contraria media: vt patuit per primum notabile. Ergo differentie constituentes cōtraria media sunt aliquo modo contrarie. Patet consequentia arguendo a cōparatiuo ad suum positiuum. Sed differentie constituentes contraria media non sunt penitus eedem cum differentijs primis constituentibus contraria extrema: nec penitus diuerse ab illis. Ergo differentie constituentes media contraria ex illis primis differentiis sunt composite: sicut ⁊ contraria media quorum sunt differentie composita sūt ex contrarijs extremis: quorum sunt prime ille differētie. Et ita videtur ꝙ contraria media sint composita ex contrariis extremis quorum illa sunt media: que fuit conclusio responsalis ad quesitum in principio articuli. ¶Secunda ratio est sextum argumentum post in contrarium adductum. ¶Tertia ratio est septimum argumentum ibidem post in contrarium adductum. ¶Consideranduz vlterius est quinto secundum phylosophum quod omnia contraria media composita ex extremis contrarijs speciebus plus habent de vno extremo ⁊ minus de reliquo. impossibile est enim ꝙ equaliter participent de vtroqz extremo. Cum ergo omne tale sit medium inter extrema sequitur ꝙ media sint composita ex extremis contrarijs: ⁊ quod omne compositum ex contrarijs sit medium inter contraria. Et vniuersaliter dicit textus omnia media ⁊ omnia que sunt sub medijs ⁊ vniuersaliter omnia contraria nisi prima sunt composita ex contrarijs primis. ¶Cōsideranduz vlterius est sexto ibidem secundum commentatorem commento. 23. circa finem quod impossibile est quod in eodem composito sint due partes equales componentes ipsum. Sed altera debet esse dominans cui attribuitur forma: ⁊ altera cui forma dominatur. s. materia. Et propter hoc vt dicit impossibile est inuenire complexionem mediam in extremis contrarijs. Quod tamen dicit Galienus esse possibile. Et ꝙ hoc sit impossibile probat per hoc ꝙ si talis complexio posset inueniri: complexionatum tali complexione esset incorruptibile: cum nullum miscibilium in ipso dominaretur super alterum. hoc autem est falsum: quia quodlibet mixtum cum sit ex contrarijs compositum est corruptibile. ¶Idem confirmatur. Si enim inueniretur complexio media ita. vz. ꝙ medium equaliter participaret extrema essent talia equaliter secundum suas virtutes in medio. Et secundum hoc neutrum esset materiale respectu alterius: sed vtrumqz esset in actu. Et sic impossibile esset ex eis fieri aliquid i actu. Sic igitur non est possibile: vt miscibilia equaliter sint in mixto: vt extrema in medio: imo in eo plus erit de vno ⁊ minus de altero. Et hoc non simpliciter dicit hic commentator: sed aliquo ideſt in potentia ⁊ non actu. Partes enim compositi vt ipse dicit sunt in composito in potētia ⁊ non in actu. Et ideo compositum est vnum in actu per formam ⁊ per partem dominantem. Aliter non esset vnum in actu. Hec commentator. ¶Ex quibus omnib⁹ patet ꝙ species medie ⁊ differentie medie sunt compositе ex extremis. Et hoc accipiendo differentias medias cōstituentes species medias non formaliter prout differentie distinguuntur predicabiliter contra species: sed secundum quod ydemptificantur cum speciebus constitutis. ¶Consideranduz vlterius est septimo secundum Antonium Andree ⁊ Dominum Antonium archyepiscopum ꝙ in proposito triplex solet assignari distinctio compositionis: ⁊ per oppositum triplex distinctio simplicitatis. quarum prima est. Nam compositionum quedam est essentialis realis ⁊ totalis. Sicut homo componitur ex anima ⁊ corpore. Quedam vero est partialis. Sicut homo cōponitur ex carnibus ⁊ ossibus: que non componunt hominem nisi secundum partem eius. vz. secunduz corp⁹. ¶Secunda distinctio que est sub distinctio primi membri predicte diuisionis est talis. Nam compositio totalis est duplex. Quedam est essentialis totalis ex partibus realiter ⁊ essentialiter distinctis: sicut est compositio substantie ex materia ⁊ forma. Alia est compositio essentialis totalis tantuz ex partibus formalibus formaliter distinctis sicut est compositio ex genere ⁊ differentia. ¶Tertia distinctio est quod duplex est compositio partialis. Quedā homogenea: sicut compositio carnis ex partib⁹ suis. Alia est etherogenea. Et hoc vel ex partibus distinctis forma ⁊ situ: sicut est compositio manus hominis ex ossibus ⁊ neruis. Uel ex partibus distinctis forma ⁊ non situ: sicut sunt elementa in mixto secundum opinionem eorum qui ponunt ea manere in mixto formaliter ⁊ actualiter que tamen non distinguuntur situ. ¶Et similiter dicendum est de simplicitate: quia vt dicitur in primo topicorum: tot modis dicitur vnum oppositorum sicut ⁊ reliquum. ¶Consideranduz vlterius est octauo vt etiam patuit in septima obiectione ante in contrarium adducta quod secūdum dominum Antonium archyepiscopum in quolibet accidente etiam multiplex est compositio. Nam in eo est compositio generalis que dicitur compositio ex potentia ⁊ actu: licet ipsum non sit subsistens: quia tamen dependet a creatore: in eo est aliqua potentialitas. Aliter esset actus simpliciter purus: qui soli deo attribuitur. Alia est in eo compositio generis ⁊ differentie. ¶Tertia est in eo compositio graduum secundum ipsum. ¶Quarta est compositio partium quantitatiuarum: sicuti in quantitate ⁊ in accidentibus extensis. ¶Quinta potest dici in eis cōpositio: quia sunt componibilia cum altero: quod repugnat vere simplicitati. ¶Nec obstat si dicat actor sex pñ

eipiorum ꝙ simplex additum simplici non facit ipsuꝫ ma
ius. Et sic quantitas ⁊ forme extense non erunt in simpli
ci essentia: quia ly pars continua addatur quantitati conti
nue vel alicui forme extense in quantitate secundum quar
tam compositionem in accidente assignatam: non ꝓpter
hoc debet fieri maior ipsa forma: sed maius subiectum
sub illa forma. Hec ille. ¶Considerandum vlterius est
nono quod media non componuntur compositione essen
tiali totali: quia non componuntur ex materia et forma.
Non etiam componuntur ex extremis actualiter in eis
existentibus: quia aliter duo contraria simul essent in eo
dem secundum idem in actu. Non ergo media compo
nuntur ex extremis formaliter et actualiter sed virtuali
ter tantum: vt dicit dominus Antonius archyepiscopus
in tertia sua conclusione. Sicut verbi gratia ex eisdez cau
sis ex quibus producuntur colores extremi producun
tur et medij colores secundum esse remissum. verbi gra
tia ex opacitate et dyaphanitate producitur albedo ⁊ ni
gredo: vt patet per philosophum in libro de sensu ⁊ sen
sato: sic etiam ex eisdem in tali ⁊ tanto gradu dispositis fi
unt colores medij. Hec ille. ¶Et licet medij colores
componantur ex genere et differẽtia compositione essen
tiali etiam actuali tanq̃ ex partibus secundum rationem
distinctis: non tamen componuntur actualiter ex extre
mis: sed virtualiter tantum. Ac si diceremus ꝙ celum
ingreditur compositionem istorum inferiorum: non qui
dem formaliter: sed virtualiter et effective: licet non sit
omnimoda similitudo. ¶Considerandum vlterius est
decimo quod media componi ex extremis potest intel
ligi dupliciter. Uno modo ita quod vnum medium com
ponatur ex vno extremo et alterum ex altero: vt rubedo
ex nigro tanquã ex genere circumlocutiue loquendo et
ex sua propria differentia. Similiter celestis color ex al
bo tanquã ex genere ⁊ ex sua propria differentia. Et hoc
sicut dixi circumlocutiue loquendo. Impossibile est enim
quod sint plures species contente immediate sub pro
prio genere quã due: que constituuntur per duas diffe
rentias formaliter oppositas. Medij ergo colores non
possunt esse immediate species coloris: sed oportet quod
habeant aliquod aliud genus immediatum nobis inno
minatum. Et isto modo sententia est clara. Alio modo
potest intelligi ita. videlicet quod vnus medius color cõ
ponatur ex duobus coloribus extremis: et similiter de
alijs medijs. Et isto modo loquendo de compositione
virtuali sic concedendum est quod media componuntur
ex extremis: vt volunt argumenta post incontrarium ad
ducta: non autem loquendo de compositione actuali et
essentiali secundum quod declaratum est: vt volunt ar
gumenta ante incontrarium adducta. ¶Ad argumenta
ergo omnia quantum ad vtranq; partem patet solutio
ex dictis. ¶Verumtamen dicit hic dominus Antonius
Archyepiscopus quod ipse non vidit adhuc hominem
bene respondentem ad argumentum tertium et quartuꝫ
quia dum aqua calefit. primo est tepida: et postea calida
et per consequens talis calefactio non est vnus motus in
numero: cum tepiditas non sit eadem numero aut spe
cie cum caliditate. ¶Et adducit franciscum de mayro
nis in primo sententiarum: qui ad hoc respondens dicit
ꝙ tepiditas non est forma specie distincta a caliditate.
Unde talis calefactio est vnus motus. Que quidem re
sponsio siue solutio sibi non satisfacit: quia vt ipse dicit p̃
fatus franciscus negat medium forme inter contraria:
contra philosophum in predicamentis. ¶Sed secun
dum communem viam in aqua tepida est totus color to
talitate essentie: non tamen secundum esse perfectum: et
secundum omnem modum essendi: vt etiam supra de
claratum est in quinto huius questione nona articulo se
ptimo. Unde tepiditas et caliditas non sunt due forme
realiter et specifice distincte. Quod autem talis aqua nõ
denominatur calida sed tepida: hoc non est quia ibi non
sit realiter caliditas: sed solum quia color non habet in ta
li subiecto esse perfectuꝫ: quod tamen requiritur ad hoc
quod aliqua forma accidentalis perfecte possit denomi
nare suum subiectum tale. Quod quidem etiam non suf
ficit: sed oportet etiam quod habeat nomen impositum:
secundum quod est in tali subiecto: vt patuit in predica
mentis capitulo quale. ¶Hec est concedendum: vt ali
qui concedunt quod in aqua tepida est frigiditas codez
modo sicut caliditas. videlicet secundum esse remissum
et formaliter. Et hoc ideo dicunt quia cessante actione ca
lefacientis aqua reuertitur immediate ad frigiditatem.
Sed hoc non est ideo quia ibi sit formaliter frigiditas:
sed propter naturalem habilitatem ipsius aque ad frigi
ditatem. Que quidem habilitas nunquaꝫ potest ab aqua
separari: ea remanente inesse: quia sequitur naturam ip
sius: vt patet per Doctorem Sanctum in prima parte
questiõe quadragesimaoctaua articulo quarto vbi sic ait.
Quoddam vero est bonum quod diminuitur quidem
per malum: sed non totaliter tollitur. Et hoc bonum est
habilitas subiecti ad actum. Diminutio autem huius bo
ni non est accipienda per subtractionem. sicut est dimi
nutio in quantitatibus: sed per remissionem sicut est dimi
nutio in qualitatibus et formis. Remissio autem huius
modi habilitatis est accipienda econtrario intensioni ipsi
us. Intenditur enim huiusmodi habilitas per dispositio
nes quibus materia preparatur ad actum: que quanto
magis multiplicantur in subiecto tanto habilius est ad
recipiendum perfectionem et formam. Et econtrario re
mittitur per dispositiones contrarias: que quanto magis
multiplicate sunt in materia et magis intense: tanto ma
gis remittitur potentia ad actum. Si igitur contrarie dis
positiones in infinituꝫ multiplicari et intendi non possunt
sed vsqꝫ ad certum terminum: neqꝫ habilitas predicta
in infinitum diminutio: vel remittitur: sicut patet in qua
litatibus actiuis et passiuis elementorum. frigiditas. n.
et humiditas per que diminuitur siue remittitur habili
tas materie ad formam ignis non possunt multiplicari
in infinitum ꝛc̃. Hec ille. Et multa pulchra dicit ibidez
vbi clare loquitur de intensione et remissione huiusmodi
habilitatis. ¶Neqꝫ etiam est simile de medijs colori
bus sicut est de tepiditate: quia medius color habet esse
perfectum in subiecto: non autem tepiditas. Unde sicut
non valet iste est rubeus ex verecũdia: ergo est rubeus:
ita non valet: ista aqua est tepida: ergo est calida. Valet
tamen consequentia iste est coloratus colore medio: er
go est coloratus. Vel iste est coloratus paledine: ergo est
palidus: vt in predicamentis disputatum est.

¶Questio vndecima. Qualiter differentia que facit dif
ferre secundum speciem pertineat ad contrarietatem.

Consequenter considerã
c terius qualiter differentia que duꝫ est vt
ferre secundum speciem: pertineat ad cõ
trarietatem: postquam visum est quod
contrarietas est differentia quedam.
Quedam enim differentia est secundum speciem: vt di
ctum est. ¶Circa quod querũtur duo. ¶Primo vtrũ
differentia que facit differre specie sit per se differentia
ipsius generis: quasi ipsam naturam generis in diuersas
species per se dividens. ¶Secundo vtrum talis diffe
rentia genus sic diuersificans sit contrarietas.
¶Sequitur in pho et Doc. S. ibi. Diuersum specie.
Et in Cõmẽtatore cõmentum. 24m. Alia translatio. De
claratum est igitur. ꝛc̃. et est lec. 10a.

Ad primum sic proceditur. Uide
a tur ꝙ differentia que
facit differre specie non sit per se differentia
ipsius generis: quasi ipsam naturam generis
in diuersas

in diuersas species diuersificans. Nam illud quod per se conuenit alicui: aut est de diffinitione eius: vel econtra: vel est hoc aliquid: vel est per se causa: vt patet per quattuor modos perseytatis in quinto huius ꝛ in primo posteriorum a philosopho assignatos. Sed differentia respectu generis nullo istorum modorum se habet vt patet inducenti per singulos modos. Non enim differētia est de diffinitione generis neqꝫ econuerso: vt patuit in tertio huius. Neqꝫ est hoc aliquid cum non sit individuum. Neqꝫ per se est causa alicuius actionis: cum actiones sint suppositorum: vt in prohemio huius metaphysice patuit. Ergo ꝛc. ¶ P. 2°. Genus predicatur vniuoce de speciebus loquendo de vero genere ꝛ de predicatione vniuoca non physica: sed logyca. Ergo genus conuenit pluribus speciebus sm vnam naturam ꝛ rationem. Et per consequens differentia aduenies per se generi non diuersificat per se naturam ipsius generis. ¶ P. 3°. Differentia specifica constituens species: non diuersificat naturam generis ipsius solis. Alter essent plures vt ita loquar soles sub eodem genere. Quod est contra omnes philosophantes. Ergo idem quod prius. ¶ Sed contra est philosophus in presenti capitulo ibi. Diuersum specie ꝛc.

Respondeo dicendum ꝙ differentia que facit differre specie est per se differentia ipsius generis ipsam naturam generis diuersificans. Quod sic deducit Doctor. san. sm sententiam philosophi. Nam in omni diuersitate sm speciez oportet duo accipere. s. vt hoc sit diuersum ab aliquo: ꝛ vt aliquid diuersificatū sine diuisuz per hec duo. Dō gdez diuersificatū opz inesse ambobus. Sicut aīal est diuersificatum in diuersas species. s. in hominem ꝛ equuz sm diuersas differētias. Et oportet ꝙ ambo. vz homo ꝛ equus sint aīalia. Igitur necesse est ea que differunt specie adinuicem esse in eodem genere. Sed id vocatur genus quod est vnum ꝛ idem ambobus. ꝛ non idem ambob⁹. non sm accidens de vtroqꝫ predicatum: neqꝫ sm accidens diuersificatum sine diuisum in vtrunqꝫ. Ergo oportet ꝙ habeat differentiam non sm accidens: sine ponatur ens quasi materia: sine qualitercunqꝫ aliter. Et sic differentia que facit differre specie est per se differentia ipsius generis. Et sic patet prima pars articuli. ¶ Cō siderandum autem est hic primo vt dicit hic Doct. san. ꝙ aliter diuersificatur materia per formas: ꝛ aliter genus per differentias. Forma enim non est hoc ipsum quod est materia: sed facit compositionem cum ea. Unde materia non est ipsum compositum: sed aliquid eius. Differentia vero additur generi nō quasi pars parti sed quasi totum toti. Unde genus est hoc ipsum quod est species ꝛ non solum aliquid eius. Si autem esset pars: non predicaretur de eo: loquendo de parte integrali aut etiā de parte essentialiter constituente. ¶ Considerandum vlterius est secundo ꝙ totum potest denominari ab vna sua parte. vt si homo denominetur habens caput vel habens manus: contingit ipsum compositum ex materia denominari ꝛ ex forma. Et nomen quidem quo aliquod totuz denominatur ab eo quod est materiale in ipso est nomen generis. Nomen autem quo aliquid denominatur a principio formali: ꝛ nomen differētie. Sicut homo nominatur animal a natura sensibili: rationale vero a natura intellectiua. Natura autem sensibilis comparatur ad naturam rationalem sicut materiale ad formale vt septimo huius declaratum est. Sicut ergo habens manum competit toti licet manus sit pars: ita genus ꝛ differentia conueniunt toti licet sumantur a partibus. ¶ Considerandum vlterius est tertio sm Doctorez sanctum ꝙ si consideretur in genere ꝛ differētia illud a quo vtrunqꝫ sumitur: hoc modo genus se habet ad differentias: sicut materia ad formas. Si autem considerentur sm ꝙ nominant totum: sic aliter se habent. hoc tamen cō

mune est vtrobiqꝫ vt sicut essentia materie diuersificatur per formas: ita ipsa natura generis diuersificatur per differentias. Sed hoc vtrobiqꝫ distat: qz materia est quidem in vtroqꝫ diuersorum non tamen est vtrunqꝫ eorū qz materia nominat partem genus vero totum. ¶ Consiederandum vlterius est quarto sm Doctorem sanctuz ex sententia philosophi ꝙ non solum oportet genus esse commune duobus differentibus sm speciem sicut ꝙ homo ꝛ brutum sit animal sicut aliquid indiuisum est commune diuersis vt eadem domus aut possessio: sed oportet ꝙ hoc ipsum quod est animal esse alterum in vtroqꝫ: ita ꝙ hoc animal sit homo ꝛ hoc animal sit brutum. Quod est contra platonicos qui ponebant communia esse quedam separata quasi natura communis non diuersificaretur ita ꝙ natura speciei esset aliquid preter naturam generis. Sed qz hoc ipsum quod est commune diuersificatur sm speciem: oportet ꝙ commune vt animal sm se sit hoc tale sm vnam differentiam ꝛ illud tale sm aliam differentiam sicut ꝙ hoc sit equus ꝛ illud homo. Et ita sequitur ꝙ si animal sm se sit hoc tale ꝛ illud tale per diuersas differentias: ꝙ differentia faciens differre specie sit quedam diuersitas generis: que ipsaz naturam generis diuersificat. Ex quo patet declaratio secunde partis articuli. ¶ Considerandum vlterius est quarto sm Doctorem sanctum ꝙ ex predictis non solum excluditur opinio platonis ponentis commune vnum ꝛ idem per se existere: sed etiam excluditur opinio illorum qui dicunt ꝙ illud quod pertinet ad naturam generis non differt specie in speciebus diuersis: sicut ꝙ anima sensibilis non differt specie in homine ꝛ equo ꝛ asino.

Ad primum igitur dicendum ꝙ differentia non dicitur per se ipsi⁹ generis quasi per se predicatum. sed dicitur per se qz essentialiter ꝛ non per accidens diuidit genus ꝛ constituit speciem faciens speciem cōstitutam essentialiter differre ab alia: vt patet in predicabilibus ꝑphorphyrij. ¶ Ad secūdum dicendum ꝙ licet logyce loquendo genus dicat naturam communem vnam per abstractionem quod sufficit ad predicationem vniuocam si talis natura equaliter conueniat his quibus attribuitur: tamen physice loquēdo genus non dicit vnam naturam vniuoce. Unde communiter dicitur ꝙ in genere latent multa vt infra declarabitur. ¶ Et per hoc patet solutio ad tertium.

¶ Sequitur in philosopho ꝛ Docto. san. ibi. Cōtrarietas igitur ꝛc. Et in Cōmentatore cōmentum. 24m.

B secundum sic proceditur Uidet ꝙ differentia que facit differre specie: non sit cōtrarietas. Nam differentia que facit differre specie: contrariatur alteri differentie sicut rationale irrationali vt dictum est superius: ꝛ etiam hic conceditur. Sed contrarietas ꝙ differre: vt hic etiam philosophus concedit. Relinquitur ergo ꝙ differentia specifica non est contrarietas. ¶ P. 2°. Lec. 7. Si sic: sequeretur ꝙ in genere substantie esset contrarietas: cum ibi sit perfecta differentia specifica. Quod est contra philosophū in predicamentis. Ergo ꝛc. ¶ Sed contra est philosophus in secunda parte huius capituli. ibi. Contrarietas igitur erit hoc. ꝑDalam autem est ex inductione ꝛc.

Respondeo dicendum ꝙ differentia diuersificans sm se genus modo p̄dicto. vz differentia specifica est cōtrarietas. Quod probat philosophus primo ex inductione. Nam oportet ꝙ aliquod cōmune solum oppositis diuidatur. Ergo omnia genera diuidūtur per opposita. Nam ea que nō sunt

oppoſita: poſſunt ſimul exiſtere in eodez. Unde talia nō poſſunt eſſe diuerſa ſm ſpeciem: cum non ex neceſſitate ſint in diuerſis. Aliter oppoſita actu poſſet eſſe in eodem. Omnia ergo genera diuiduntur per oppoſita. Sed diuiſio generis per oppoſitas ſpecies non poteſt fieri per alia oppoſita cū cōtrarie oppoſita. Ergo talis differentia ſiue diuerſitas eſt cōtrarietas. Minor vt dictū eſt probatur inductiue. Nam talis diuiſio nō pōt fieri per cōtradictoria: q3 ꝺdictorie oppoſita nō ſunt in eodem genere: cum negatio ſimpliciter nihil ponat. Et ſimile eſt de priuatiue oppoſitis: cuz priuatio non ſit niſi negatio in ſubiecto apto nato. Relatiue etiam oppoſita vt ſupra habituz eſt non ſunt eiuſdem generis: niſi illa que ſm ſe adinuicem referuntur que quodammodo ſunt cōtraria vt ex ſupradictis patet. Et ſic per inductionez relinquitur q3 ſola cōtraria faciunt differre ea que ſunt eiuſdem generis. Relinquit ergo q3 talis diuerſitas eſt contrarietas. ¶Secūdo probat philoſophus idem ratione. Nam ad differē tiam ſm ſpeciem requiritur ydemptitas generis: ⁊ diuerſificatio generis per diuerſas ſpecies. Sed vtrunqz horum reperitur in ꝺrietate. Oſtenſum eſt enim ſupra q3 ꝺria ſunt in eodē genere: ⁊ q3 cōtrarietas eſt maxima ⁊ perfecta differentia. Sequitur ergo q3 ꝺria ſiue diuerſitas ſm ſpeciem ſit cōtrarietas. Et hoc accipiendo cōtrarietatem pro repugnantia duarum differentiarum diuidentiū formaliꝝ idem genus. ¶Conſiderandum aūt eſt hic primo ſm pbm q3 omnia contraria ſunt eiuſdez predicamenti. Et hoc loquendo de cōtrarijs que faciunt differre ſpecie tm̄ ⁊ non genere: q3 corruptibile ⁊ incorruptibile differūt genere: vt infra probat philoſophus. Et quia hoc eſſe aliqua eſſe diuerſa ſm ſpeciez exiſtentia in eodem genere habere contrarietatem differentiarū. que quidem ſpecies ſi ſint ſpecialiſſime: ſunt indiuidua. i. nō vlteriꝰ diuiſa in ſpēs. Spēs enim dicunt̄ indiuidua per carentiam diuiſionis formalis: q3 non vlterius diuidunt̄ diuiſione formali ſiue per differentias formales formaliter oppoſitas. ¶Particularia vō dicunt̄ indiuidua inquātum neqz formaliter neqz materialiter vlterius diuidūtur. ¶Conſiderandum vlterius eſt 2° ſm philoſophuz q3 ſicut diuerſa ſpecie ſunt que habent contrarietatem: ita eadem ſpecie ſunt que non habent contrarietatem: cum ſint indiuidua per formalem differentiam. Contrarietates enim fiunt in diuiſione non ſoluz in ſuprēmis generibus: ſed etiam in mediis priuſq3 perueniat ad indiuidua i. ad vltimas ſpecies. Sic igitur manifeſtum eſt q3 licet non in omni genere ſit contrarietas ſpecierum: tamen in omni genere eſt contrarietas dīarum diuidentium genus. Hec omnia Doct. ſan. ſm ſententiam philoſophi in textu. ¶Ex quibus apparet q3 quelibet differētia formalis facit differre ſpecie. Qualiter autem hoc vitatem habeat: in prima parte huius operis in quinto huius. 4. 29. ar. 4. declaratum eſt. ¶Quot modis etiam accipiat indiuiduum: ſuperius in. 7. huius. q. 2. ar. 1. declaratū eſt.

¶Conſiderandum vlterius eſt 3° ſm philoſophum q3 ex predictis infertur correlarie: q3 nihil eorum que ſunt in genere ſicut ſpecies generis dicit̄ idem ſpecie neqz diuerſum ſpecie ad genus: quia illud ad quod aliquid dicitur ſpecie idem: habet vnam ⁊ eandem differentiaz. Illud autem ad qō aliquid dicitur diuerſum ſpecie: habet oppoſitam differentiam. Si igitur aliqua ſpecierum diceretur idem ſpecie vēl diuerſum ad genus ſequeretur q3 genus haberet in ſui ratione aliquaz dīam. Quod falſum eſt: ſi in ratione generis cōſideretur. Quod ſic patet. Materia enim oſtendit̄ negatione. i. natura materie intelligitur quaſi per negationem oīum formarū. Genus aūt eſt quodāmodo materia: vt ſupra expoſitum eſt. Unde genus in ſui ratione nō includit aliquam dīam. Sic ergo pz q3 nulla ſpecies a ſuo genere differt ſpecie: neqz etiam cum eo eſt idem ſpecie. Similiter aliqua nō differunt ſpecie ab illis que non ſunt in eodem genere ꝓprie loquendo: licet ab eis genere differant. Contrarietas aūt eſt differētia ſiue diuerſitas qua aliqua differunt ſpecie: vt oſtenſum eſt non: q3 ipſa ꝺrietas differentiarum differat ſpecie: licet contraria differant ſpecie. Et q3 contrarietas eſt ſolum in hijs que ſunt eiuſdem generis: relinquitur q3 differentia ſpecie non ſunt ꝓprie in hijs que ſunt alterius generis.

Ad primum igitur dicendū q3 hicnō dicitur q3 ⁊ contrarietas nō faciat differre: lz dicat q3 contrarietas nō differat ſpecie a differē tijs. Uerūz dīa poteſt accipi dupliciter. Uno modo ſecundum ꝺrietatem. vz pro illa dīa que facit differre. ſicut rationale facit differre hominem ab aſino. Et ſic dīa ſpecifica non eſt contrarietas: ſed vnum ꝺrium extenſo nomine cōtrarij. Alio modo accipitur dīa abſtractiue. vz pro diuerſitate ſpecifica. Et iſto modo dīa ſpecifica eſt ꝺrietas. Unde ratio laborabat in equiuoco. ¶Ad ſecundum pz ſolutio ex dictis in 2° notabili: q3 licet in genere ſubſtantie nō ſit contrarietas ſpecierum: eſt tamen ꝺrietas dīarum diuidentium genus. Et hoc accipiendo contrarietatem communiter vt ſe extendit ad tres gradus contrarietatis de quibus ſtatim infra patebit. q. 13. ar. 2.

¶Queſtio. 12. De cōtrarijs que non faciūt differre ſm ſpeciem: ſed ſunt in eadem ſpecie.

Deinde conſiderandū eſt de cōtrarijs que non faciūt differre ſm ſpeciem ſed ſunt in eadem ſpecie: poſtquam viſum eſt de differentia ſm ſpeciem quomodo eſt contrarietas. ¶Circa quod queritur. Utrum vir ⁊ mulier differāt ſpē. ⁊ ē le. 11. ¶Sequitur in philoſopho ⁊ Doctor: e ſancto ibi. Dubitatur aūt vtiqz ⁊c. Et in Lō mentator: e cōmentū. 25m. Alia tranſlatio. Querendum eſt quare mulier.

Quod ſic proceditur. Uide tur q3 vir ⁊ mulier differant ſpecie. Nam maſculinum ⁊ femininum ſunt contraria. Sed ex contrarietate cauſatur differentia ſm ſpeciem: vt iam ſupra oſtenſum eſt. Ergo vir ⁊ mulier differunt ſpecie. ¶Ꝑ. 2°. Ipſa natura generis ⁊ etiam ſupra oſtenſum eſt diuerſificatur in diuerſas ſpecies per dīas: que etiaz ſunt per ſe differentie illius generis. Sed maſculinum ⁊ femininum ſunt dīe per ſe ⁊ non per accidens ipſius animalis. Predicantur enim de animali inqz tuz eſt animal. Sicut enim par ⁊ impar predicantur de numero ⁊ in eorum diffinitionibus ponitur numerus: ita etiam in diffinitione virt ⁊ mulieris ponit̄ animal. Ergo idem quod prius. ¶Sed contra eſt philoſophus in preſenti capitulo. 8. huius ſecundi tractatus ubi. Dubitabit autem vtiqz ⁊c. Et cōmentator cōmento 25. cum ſuis expoſitoribus. Ergo ⁊c.

Reſpondeo dicendum q3 vir ⁊ mulier nō differunt ſm ſpeciem. Ad cuius declarationem conſiderandum igitur eſt hic primo pro huius declaratione ſm philoſophum q3 ratio quare aliqua contrarietas facit differre ſm ſpeciem ⁊ aliqua non aſſignatur talis: q3 quedam contraria ſunt ꝓprie paſſiones generis: ⁊ quedam ſunt minus ꝓprie. Quia enim genera a materia ſumuntur materia aūt per ſe habet formam: ille ꝓprie ſunt dīe generis que ſumunt̄ a diuerſis formis perficientibus materiam. Sed q3 forma ſpeciei uterum multiplicatur in diuerſa ſm materiam ſignatam que eſt ſubiecta indiuidualibus ꝓprietatibus: inde eſt q3 contrarietas accidentium indiuidualium minus ꝓprie ſe habet ad genus: cui contrarietas differentiarum formaliuz. Cū ſideranduz vlterius eſt 2° q3 q2 in propoſito eſt materia ⁊ forma

ꝛ forma hoc autem est ratio.i.forma que constituit speciem:hoc vero est materia que est indiuidnationis principium:ideo contrarietas quecunqꝫ se tenet ex parte forme facit differre ꝑm speciem. Contrarietates vero que sunt ex parte materie que sunt proprie indiuidui non faciunt differre ꝑm speciem. ¶Propter quod albedo ꝛ nigredo non faciunt differre ꝑm speciem homines. Non enim homo albus ꝛ homo niger differunt specie: quia homo particularis cui conuenit albū aut nigrum est qua si materia. Non enim dicitur ꝙ homo sit albus: sed ꝙ hic homo est albus. Et sic homo particularis est conceptus cum materia: ꝛ materia non facit dꝫiam ꝑm speciē sequitur ꝙ hic homo ꝛ ille homo non differunt ꝑm speciem: Et hoc ideo:qꝛ plures homines non sunt plures: nisi propter diuersitatem materie: qꝛ.i. sunt diuerse carnes ꝛ diuersa ossa ex quibus est hic homo ꝛ ille. ¶Consideradum vlterius est tertio ꝙ indiuiduuꝫ ex materia ꝛ forma indiuiduali compositum licet ab altero non differat ꝑm speciem:tamen ab eo diuersificatur:qꝛ q̄uis in diuersis indiuiduis eiusdem speciei non sit contrarietas ex parte forme: est tamen mālis diuersitas particulariuꝫ indiuiduoꝝ:quia aliquod particulare nō soluꝫ est forma neqꝫ solū forma cuꝫ mā cōmuni:sed est forma cū materia indiuiduata. Et ita sicut diuersitas forme facit dꝫiam specierum:ita diuersitas materialis indiuiduoꝝ facit diuersitatē indiuiduoꝝ. ¶Consideradum vlterius est q̄r to ꝙ qꝛ album non predicatur de homine nisi ratione indiuidui:non enim vt dictum est homo dicitur albus nisi qꝛ aliquis homo dicitur albus:ideo homo per accidens dicitur albus:qꝛ non inquantū homo dicitur albus. Homo autem dicitur hic homo propter materiam signataꝫ Unde album ꝛ nigrum non partinent ad differentiam formalem hominis:sed solum ad materialem. Et propter hoc non differūt specie homo albꝰ ꝛ homo niger: sicut nec circulus ereus ꝛ circulus ligneus differunt specie. Differentia enim specifica non est propter materiaꝫ: sed propter formam tm̄. Sicut triangulus ereus ꝛ circulus ligneus differunt specie nō propter materiam sed propter diuersitatem forme. Qꝛ igitur masculinum ꝛ femininum licet sint passiones animalis etiam proprie cum animal ponatur in diffinitione vtriusqꝫ: qꝛ tamen non conueniunt animali ꝑm substantiam ꝛ formam sed solum ex parte materie ꝛ corporis:ideo sequitur ꝙ masculus ꝛ femina siue vir ꝛ mulier non differunt ꝑm formam ꝛ per consequens neqꝫ ꝑm speciem essentialem: licet posset concedi ꝙ differant specie accidentali. ¶Ex quo patet probatio responsionis ad quesitum. ¶Consideradum vlterius est quinto ꝙ ex eodem spermate potest fieri masculus ꝛ femina ꝑm ꝙ diuersimode patitur aliquam passionem:qꝛ cum calor agens fuerit fortis: fiet masculus. Cuꝫ autem fuerit debilis:fiet femina. Hoc autem non posset esse aut contingere si masculus ꝛ femina different specie. Non enim ex vno semine diuersa ꝑm speciem producuntur qꝛ in semine est vis agēs. Omne autem agens naturale agit ad determinatam speciem qꝛ agit sibi simile. Quapropter masculinum ꝛ femininū conueniunt animali ex parte materie ꝛ corporis. Quod assumebatur in ratione precedentis notabilis. ¶Consideradum vlterius est sexto vt dicit hic Doctor sanctus ꝙ aliquis posset querere vtruꝫ materia aliquo modo faciat differre specie. Et videtur ꝙ sic: qꝛ hic equus diuersus est specie ab hoc homine. Et tamen manifestum est ꝙ ratio vtriusqꝫ est cum materia indiuiduali. Et sic videtur ꝙ materia aliqualiter faciat differre specie. ¶Sed manifestum est ꝙ hoc non contingit propter diuersitatem materie:sed qꝛ cōtrarietas est ex parte forme. Sicut patet ꝙ homo albus ꝛ equus niger differunt specie. Sed hoc non est propter album ꝛ nigrum. Quod ex hoc apparet. Qꝛ si ambo essent albi aut ambo nigri: adhuc different specie. Unde apparet ꝙ contrarietas que est ex parte forme facit differre specie: non autem illa que est ex parte materie. Cum ergo diuersitas que est inter masculum ꝛ femineam sit ex parte materie:relinquitur aperte ꝙ non differunt specie. Duplex ergo est differentia. Quedam est materialis. Et talis nō facit differre specie. Alia est differentia formalis. Et hec est duplex. Quedaꝫ est accidentalis que facit differre specie accidētali. vt masculinum ꝛ femininum: que tamen se tenet ex parte differentie materialis vt dictum est. Alia est differentia formalis essentialis. Et hec est duplex. Quedam est formalis includens etiam materialem. quod notanter dicit:qꝛ anima petri formaliter differt ab anima. Inde non per formam simpliciter:sed per formam que est apta nata informare tale corpus. Et talis nō facit differre specie: sed numero tm̄. Alia est formalis que est soluꝫ formalis nō includens naturalem. Et talis differentia formalis essentialis facit differre specie: vt supra in quinto huiꝰ.q.29. ar.4. ꝑm Doctorem sanctum ad longum disputatū est. ¶Utrum autem materia sit principiuꝫ indiuiduationis cum quantitate aut ipsa sola vel ipsa hecceytas in septimo huius.q.22.ar.1.3.ꝛ.7. etiam declaratum est.

¶Questio.13. ꝛ vltima De contrarijs que faciunt differre genere.

Ultimo considerādū est in hoc nono capitulo huius secundi tractatus de contrarijs que faciunt differre ꝑm genus. ¶Circa quod querūtur duo. ¶¶Primo vtrum corruptibile ꝛ incorruptibile differant genere. ¶Secundo vtrū inter formas substantiales sit vera ꝛ propria contrarietas.

¶Sequitur in philosopho ꝛ Docto. Sācto. ibi. Qm̄ vō contraria diuersa specie. Et in Cōmentatore cōmentum.26ᵐ. Alia translatio dictum est igitur. ꝛ est lec.12.

¶ Primum sic proceditur. Uidetur ꝙ corruptibile ꝛ incorruptibile non differant genere. Nam anima rationalis ē incorruptibilis. Homo vō cum sit quoddam compositum ex contrarijs: est corruptibilis. Et tamē nō differūt genere. Ergo ꝛc. ¶¶.2°. Quantitas celi ꝛ quantitas istorum inferiorum sunt de genere quantitatis. Et tamen vna est corruptibilis altera vō non. Ergo ꝛc. ¶¶.3°. Homo ante resurrectionem generalem ꝛ homo post illam sunt eiusdē generis: ymo eiusdem speciei ꝛ numeri. Et tamen homo ante resurrectionem est corruptibilis: post eam vō erit incorruptibilis: vt fides christiana ꝑm veritatem tenet. Ergo ꝛc. ¶Sed contra est philosophus in vltimo capitulo huius secundi tractatus ibi. Qm̄ autem cōtraria diuersa specie. Corruptibile autē ꝛ incorruptibile ꝺ̄ria ꝛc.

¶Respondeo dicendum ꝙ corruptibile ꝛ incorruptibile differunt genere ꝛ non solum specie. Quod sic patet ꝑm philosophum Nam sicut forma ꝛ actus pertinent ad speciem vt supra dictum est in.8. huius.q.2.ar.1.3. ita materia ꝛ forma pertinent ad genus. Ergo sicut contrarietas siue repugnātia que hic contrarietas nominatur que est ꝑm formas ꝛ actus facit differentiam ꝑm speciem: ita contrarietas que est ꝑm potentiam ꝛ materiam facit differentiam ꝑm genus siue generis diuersitatem. Sed corruptibile ꝛ incorruptibile opponuntur ꝑm potentiam ꝛ ꝑm eius oppositum. vꝫ impotentiā. Ergo differūt differentijs cōtrarijs que faciunt differre genere. ¶Considerandum autem est hic primo pro declaratione huiꝰ ꝑm philosophum vt deducit hic Doc. S. ꝙ ipoˢ opposita determiāte potētie

S.Z lec. 12.

est quedam priuatio vt qnto ℞ nono huius habitum est. ¶Priuatio aũt est principiuz cõtrarietatis: vt supra in hoc libro declaratũ est. Unde sequitur ꝙ impotentia sit contrariũ potentie. Corruptibile igitur ℞ incorruptibile opponuntur ſm potentiã ℞ impotentiaz: sed diuersimode. Nam si accipiatur potẽtia cõmuniter ſm ꝙ se habet ad posse agere vel posse pati quodcunqz sit illud: sic corruptibile dicẽt ſm potentiam incorruptibile vo ſm impotentiã. Sed si accipiatur potentia ſm quã aliquid nõ est posse pati deterius aliquid: sic econuerso incorruptibile dicit ſm potentiã: corruptibile vo ſm ipotentiã. ¶Cõsiderandũ vlterius est 2° ꝙ cõtrariorum quedam sunt in his de quibus dicuntur: vt albũ ℞ nigruz: in quibus verum est dicere ꝙ possunt esse simul in eadẽ specie: ℞ successiue in eodem singulari. Alia vo sunt cõtraria in quib⁹ hoc est impossibile: de quoꝝ numero sunt corruptibile ℞ incorruptibile. Non enim corruptibile ℞ incorruptibile sunt per accidẽs in his de ꝗbus predicant: qz qõ est ſm accidens cõtingit nõ esse. Sed corruptibile ex necessitate ineſt hijs quibus ineſt: ℞ similiter incorruptibile. Aliter sequeret ꝙ vnum ℞ idem esset qñqz corruptibile ℞ qñqz incorruptibile: quod est impossibile ſm naturã: licet virtus diuina possit aliqua ſm suam naturam corruptibilia incorruptibiliter conseruare. Sic ergo corruptibile ℞ icorruptibile opponunt sicut ſm se p̃dicata: que. ſ. predicant de aliquo inq̃tum huiusmodi. Ex quo sequit ex necessitate ꝙ corruptibile ℞ icorruptibile sunt genere diuersa. ¶Cõsiderandum vlteri⁹ est 3° ſm Doc. san. ꝙ ꝺ ria que sunt in eodem genere nõ sunt de substantia illius generis. Nõ enim rõnale ℞ irrationale sunt de substãtia animalis. Sed aĩal est potentia vrũqz. Quodcũqz autẽ genus acceptum oportet ꝙ corruptibile ℞ incorruptibile sint de intellectu eius. Unde impossibile est ꝙ cõmunicent in aliquo genere. ¶Quod sic cõfirmat: qz corruptibilium ℞ icorruptibiliũ nõ potest esse vna materia. Sed genus physice loquendo sumitur a materia: ℞ nõ solum ab eo quod habet modum materie. Unde supra dictum est ꝙ ea que nõ cõmunicãt in materia sunt genere diuersa. Unde physica loquendo corruptibile ℞ incorruptibile nõ habent conuenientiã in aliquo vno genere. Sed logyce loquendo nihil prohibet ꝙ conueniãt in genere: inq̃tum. vz cõueniunt in vna ratione cõmuni vel substantie vel qualitatis vel alicuius huiusmodi. ¶Ex quibus pz falsitas opinionis illoꝝ qui dicebant ꝙ sicut vnum ℞ idem singulare potest esse nunc album ℞ postea nõ albuz ipso in esse remanente: ꝙ similiter idem singulare potest esse ꝓmo corruptibile ſm suã naturã ℞ postea incorruptibile. ¶Cõsiderandum vlterius est 4° ſm phylosophuz ꝙ ex predictis sequit ꝺ platonicos ꝙ nõ possunt esse species separate. qz ipsi ponunt illas species siue ydeas separatas esse eiusdẽ speciei cum singularibus: que de eis nõ equiuoce predicantur: cum tamen corruptibile ℞ incorruptibile genere ꝺrant ℞ ea que sunt diuersa genere plus ꝺrant quam ea que differunt specie. ¶Considerandum vlterius est 5° vt hic dicit⁹ Doc. san. ꝙ phylosophus hic ostendit ꝙ quedam ℨria non faciunt differre specie: ℞ hoc si fiat cõparatio cõtrarioꝝ ad aliquod determinatum genus. Nam album ℞ nigrum licet non faciant differre specie in genere aĩalis: faciunt tamẽ differre specie in genere coloris: ℞ masculinum ℞ femininũ faciunt differre specie in genere sexus. Animatum etiaz ℞ inanimatum licet faciant differre genere quantũ ad infimas species: tamen quantũ ad genus quod per se dividitur per aĩatuz ℞ inaĩatum facit̃ differre specie tm̃. Naz omnes differentie generis sunt constitutiue speciez quarũdam: licet ille species possint differre genere. Corruptibile aũt ℞ incorruptibile dividũt ens per se: qz corruptibile est qõ potest nõ esse: incorruptibile aũt quod non potest nõ esse. Unde qz ens non põt eẽ genus vt supra probatum est: non est mirũ si corruptibile ℞ incorruptibile nõ conueniunt in aliqũo vno genere. Ulteriuz ꝺia Doc. san. ſm sententiam phylosophi ℞ Cõmentatoris. ¶Considerandum vlterius est 6° vt declarauimus in fine primi physicoꝝ ℞ etiam in 7° huius ꝙ a materia sumitur genus physicum. Que ergo non cõmunicant in materia eiusdem rationis: nõ conueniũt genere physico: sicut corpus celeste ℞ corpora ista inferiora. Licet. n. cõueniant in materia: qz tamẽ illa mã nõ est eiusdem rõnis in vtroqz ideo differunt genere physico. Materia. n. que stat sub forma celi nunq̃ põt stare sub forma alicui⁹ corpis corruptibilis nãliter loquendo. Neqz etiam materia lapidis vel alicui⁹ alteri⁹ corporis corruptibilis põt stare sub forma celi. Unde mã celi ℞ corpoꝝ corruptibilium ẽ alterius rõnis: ℞ per cõsequens differunt genere physico: licet conueniant genere logyco.

Ad primum igit̃ dicendum ſm Doct. san. in prima pte. q. 76. ar. 3. in solutione ad 2m ꝙ forme non collocant in genere vel specie loquendo de forma ptis ℞ directe. Sed cõposita collocant in genere. Homo aũt est corruptibilis sicut ℞ alia aĩalia. Unde ꝺĩa ſm corruptibile ℞ incorruptibile que est ex pte formaꝝ non facit hominez ſm genus differre ab alijs speciebus aĩalis. ¶Ad 2m dicendum similiter. Et lz huius quãtitates sint eiusdem generis logyci: differunt tamẽ genere physico: cõcomitatiue loquẽdo. ¶Ad 3m dicendum ꝙ hic phylosophus loquit̃ de hijs que habent cursum ſm naturã: nõ autem de diuina potentia vt dictum est supra in. 7. huius. q. 17. 11. ca. fi.

¶Ubi supra in phylosopho ℞ Doct. san. impertinẽter.

¶ Secundũ ꝙ iter formas substãtiales sit vera ℨrietas. Nam vt hic arguit Antonius Andree omne quod corrũpitur: a suo ℨrio corrumpitur: vt pz primo de celo ℞ primo de generatione. Sed in genere substantie est vera corruptio: vt etiam pz primo de generatione. Ergo ibi est vera ℨrietas ℞ nõ nisi inter formas substantiales. Ergo ꝛc. ¶ꝺ. 2°. Cum forma corrumpenda a materia expellit̃: ab aliquo expellit̃. Nõ aũt expellitur a se aut ab aliquo sibi simili. Ergo relinquit̃ ꝙ expellit̃ a suo cõtrario. ¶ꝺ. 3°. ¶Primo phyſicoꝝ dicit̃ ꝙ in genere substãtie est vna ℨrietas: ad quaz omnes alie reducunt. Ergo ꝛc. ¶ꝺ. 4°. Superius in hoc libro probabat ꝙ cõgregatiuum ℞ disgregatiuuz visus magis contrariantur ãb albũ ℞ nigrum: ℞ hoc ideo qz sunt causa ℞ principium ℨrietatis que est inter albedinẽ ℞ nigredinem. Cum ergo substantia sit causa ℨrietatis etiaz ꝓprie ℞ stricte accepte. sequitur ꝙ in genere substãtie est ℨrietas stricte accepta. ¶ꝺ. 5°. ¶Phylosophus in 2° de generatione dicit mixtum esse compositum ex elementis quattuor tanq̃ ex contrarijs. Sed elementa sunt de genere substantie. Ergo idem quod prius. ¶ꝺ. 6°. In hoc libro dicit phylosophus ꝙ differentia ſm speciem est differentia ℨrietatis. Sed manifestum est ꝙ maxime in genere substantie est differẽtia ſm speciem. Ergo ibi maxime est ℨrietas. ¶ꝺ. 7°. Due forme substantiales opponunt̃ cum non sint idem. Ergo aliqua specie oppositionis opponũtur: qz per regulam topycam nihil est in genere quod nõ sit in aliqua specie eius. Sed forme substantiales non opponuntur contradictorie: cum ambe sint entia positiua. Et eadem ratione neqz priuatiue. Non etiam opponuntur relatiue. Ergo opponuntur contrarie. ¶ꝺ. 8°. Contrariorum motuum sunt contrarij termini: vt pz 5° physi. cor̃. Sed generatio ℞ corruptio sunt mot⁹ contrarij: vt etiam ibidem pz. Ergo habẽt terminos cõtrarios. Igit̃ tales motus terminant ad formas substãtiales. Igit̃ forme substãtiales ℨriant. ¶ꝺ. 9°. Ex 2° de generatione habetur ꝙ ℨriorum cause sunt ℨrie. Unde ibidem dicitur ꝙ contrarietas in effectibus arguit contrarietatem in causis. Sed calor ℞ frigus contrariantur. Ergo ℞ eorũ cause que

se que sunt forme substantiales contrariantur. Et sic idez quod prius. ☩ Ď. 10°. ¶Phylosophus superius in hoc libro habet ꝙ ignis ⁊ aqua sunt contraria. Sed hec sunt de genere substantie. Ergo ⁊c. ☩ Sed incōtrarium arguitur. Nam in contrarijs ab extremo per medium per uenitur ad extremū per motum. Sed in genere substantie nō est motus per se: quia vt probatur. 5. physicoꝝ soluꝫ ad tria predicamenta est per se motus. Ergo in genere substantie nō est contrarietas. ☩ Ď. 2°. Ubicunqꝫ est contrarietas ibi est susceptio ipsi⁹ magis ⁊ minus. cuꝫ susceptio ipsius magis ⁊ minus causetur ex depuratiōe cōtrarij a cōtrario: vel ex permixtione vnius cum altero cōtrario: vt patet per Actorem sex principioꝝ Sed forme substantiales non suscipiunt magis ⁊ minus: cum earum esse in indiuisibili consistat: ⁊ etiam sint sicut numeri: vt patuit. 8. ⁊. 9. huius. Ergo forme substantiales non cōtrariantur. ☩ Ď. 3°. Dicit phylosophus in predicamentis: ꝙ substantie nihil est contrarium. Ergo ita est per locum ab auctoritate. ☩ Ď. 4°. Ad contrarium peruenitur a cōtrario per medium subiecto permanente. Sed sic non potest esse de formis substātialibus. Ergo ⁊c. ☩ Ď. 5°. Ex. 2°. de generatione habetur ꝙ si ex igne fiat aqua non oportet transire per media elementa. Cum ergo in contrarijs fiat transitus ab vno extremo ad aliud per medium: vt supra in hoc libro probatum est: sequitur ⁊c. ☩ Ď. 6°. Ubicūqꝫ est contrarietas ibi potest esse motus vt patet per phylosophum in. 5. physicoꝝ ⁊ in. 2°. de generatione. Sed in substantia nō potest esse motus proprie dictus de quo intelligitur maior assumpta. Ergo ⁊c. ¶Probatio minoris. Nam si fiat acciat medium motus: tunc in tali medio erit aliquod corpus quod non est in aliqua specie determinata: puta si ex igne fieret aer per motum in medio puncti materia tantum haberet de forma ignis quantum de forma aeris. Sequeretur etiam ꝙ ipsum nō esset ipsum: vꝫ ꝙ in tali puncto assignato aer non esset aer neqꝫ ignis esset ignis. Sed hec sunt inconuenientia. Igitur ⁊c. ☩ Ď. 7°. cōtraria habent fieri circa idez. Non enim ille qui habet formam hominis potest habere formaꝫ asini. Ergo ⁊c. ☩ Ď. 8°. Cōtraria sunt forme accidentales mutuo se expellentes ab eodem subiecto: vt etiam supra probatum est. Sed forme substātiales nō sunt subiectiue in aliquo subiecto: cum nō sint accidentia. Ergo ⁊c. ☩ Sed dicebat ꝙ sub ambabus formis substantialibus manet vna ⁊ eadem materia que est subiectum generationis. ☩ Contra. Nā materia sub diuersis formis habet diuersa esse: cum cuilibet forme substantialis sit dare esse simpliciter. Ergo talis materia non est vna ⁊ eadem simpliciter: sed est altera ⁊ altera. Et inde est ꝙ vna forma substātialis non potest introduci nisi in hac parte materie ab altera diuisa. ☩ Ď. 2°. ¶Primo physicoꝝ dicitur ꝙ subiecto contrariorum nihil est contrarium. Sed substantia vt de se patet est subiectum cōtrariorum. Ergo substantie nihil est contrarium: ⁊ per consequens inter formas substantiales nō est vera cōtrarietas.

a **B tertium** sic proceditur. Uidetur q̄ differentia huius scientie ab alijs scientijs specialibus: non sit bene data. Nam illud quod non cadit sub obiecto potentie intellectiue: non o3 considerari in aliqua scientia humanitus inuenta. Sed sbe que sunt separate a materia sensibili fm esse ⁊ rationez: non cadunt sub obiecto intellectus nostri: cum obm intellectus nostri q̄ presenti statu sit quidditas rei materialis. Ergo hec scientia nō o3 cōsiderare tales sbas. Quod est ꝺ primaz differentiā huic a pbo assignatam. ¶ Ꝺ. 2°. Sacra theologia est nobilior scientia q̄ sit ista: ⁊ fm Doc.S. est speculativa. Ergo inter scias speculativas hec non est ceteris nobilior. Quod est contra secundam differentiam. ¶ Ꝺ. 3°. Hec scientia non predicatur de physica ⁊ mathematica in recto: cum sint scientie speculative fm genus scibile diffincte. Ergo hec scientia nō est vtis. qr vle predicatur in recto de hijs quorum est vle: vt p3 per diffinitionem vtis. ¶ Sed ꝺ est pbus in tertia parte presentis capitulj: ibi. Quomam autem est quedam scientia entis inquantum est ens ⁊ separabile: considerandum est vtrū quodā naturali eandez ponendum esse hanc aut magis alteram ⁊c.

Respondeo dicendū q̄ in hac 3ª parte huius capituli pbus etiaz recollegit tres differentias inter hanc scientiam ⁊ alias scientiales speciales presertim speculativas: cum quibus videt habere maiorem convenientiam: que sunt scientia naturalis ⁊ mathematica. ¶ Quarum prima differentia est talis. Nam hec scientia est de abstractis a materia sensibili ⁊ intelligibili fm esse ⁊ rationem. Alie vero sunt de conctis materie sensibili aut fm esse tm̄ sicut mathematica: aut fm esse ⁊ rationem: sicut scientia naturalis. Ergo hec scientia differt ab eis fm modum considerandi. ¶ Tertia differentia est talis: qr hec scientia est nobilior scientia naturali ⁊ mathematica: cum de nobilioribus. 3 de deo ⁊ angelis consideret. Ergo ab eis differt in nobilitate. qr nobilitas ⁊ dignitas scientie sumitur a dignitate rei considerate vt patuit in prohemio libri de anima. ¶ Tertia differentia est talis. Nam hec scientia considerat ens in quantum ens ⁊ alia transcendentia que sunt magis vniuersalia q̄s ens mobile ⁊ ens quantum de quibus considerant scientia naturalis ⁊ mathematica. Ergo hec scientia differt ab eis. ¶ Ex quo p3 q̄ hec scia vniuersaliter loquendo tripliciter differt a scientia naturali ⁊ mathematica. Prima differentia sumitur fm modum abstractionis. Secūda sumitur ratione dignitatis. Tertia vero ratione vniuersalitatis. ¶ Considerandum autem est hic primo circa primam differentiaz fm pbm q̄ ad hanc scientiam non solum pertinet considerare de ente in cōmuni q̄ est considerare de ente inquantum ens: sed etiā eius est considerare de entibus separatis a materia fm esse ⁊ rationem simul: qr talia entia cuz sint intelligibilia debēt considerari in aliqua parte pbie. Aliter pbia non esset sufficienter tradita. Sed similia non considerantur in scientia naturali: qr scientia naturalis cōsiderat ea que in se habent principium motus. Neq3 etiam considerantur a mathematica: qr 3 abstrahat a materia ⁊ motu. fm rationez cōsiderandi: tamen est de hijs que sunt similibus coniuncta fm esse vt ex dictis p3. Relinquitur ergo q̄ ad hanc scientiam ptineat

Questio

tiam pertineat considerare de ipsis que fm rationem cō siderandi abstrahit a materia ⁊ motu ⁊ etiam fm esse. Unde prima philosophia dicitur: q: est circa entia penitus separata: vt supra in p̄mo huius.q.1.ar.5.⁊ in.6.huius.q.5.ar.2.dictum est. ¶Considerandum vlterius est secundo fm philosophum circa tertiam differentiam: q̄ quelibet mathematicarum scientiarum est circa aliquod vnum genus entis determinatum. Uniuersalis autem scientia est communiter de omnibus. Unde nulla scientiarum mathematicarum est communis ad omnia entia. Sed si sbe naturales essent prime sbe inter entia: oporteret q̄ scientia naturalis esset prima inter scientias q: fm ordinem sbarum est ordo scientiarum. Sed quia ē alia sba ⁊ natura preter sbas naturales que sunt mobiles: necesse est alteram scientiam esse que sit prior naturali. Et ex eo q̄ est prima: oportet q̄ sit vniuersalis. Eadem enī est scientia que est de primis entibus ⁊ que est vniuersalis. Nam prima entia sunt principia omniū aliorum entium. Et loquitur hic philosophus conditionaliter vt dicit hic Doc.S. q: nundum probatum est aliquam sbam separatam esse. ¶Ex predictis infert philosophus prēsertim ex prima differentia q̄ tripler est genus scientia⁊ rum speculatiuarum humanitus inuentarum. vz. scientia naturalis que considerat entia mobilia: que in eorum diffinitione materiam sensibilem communez suscipiunt. Et mathematica que considerat immobilia que non recipiunt materiam sensibilem in sui diffinitione: tz habeant esse in materia sensibili. Et theorica. i. methaphysica que est circa entia penitus separata. ¶Per theoricam.n.scientiam intelligit hic philosophus methaphysicam licet sciētia naturalis ⁊ mathematica sint etiam scientie theorice: quia omne analogum per se positum: statuo suo famosiori ⁊ digniori significato: fm Doc.S. in primo peryermenias lectione quinta: vbi dicit q̄ omne analogum simpliciter dictum intelligitur de eo de quo per prius dicitur. ¶Et tz methaphysica consideret omnia fm proprias rationes in speciali ⁊ tz etiam consideret rerum proprias rationes inquantum sunt entia quedam: non tamen cō siderat res fm proprias rationes in speciali vt sunt tales vt supra dictum est.

Ad primum igitur dicendum q̄ tz sbe immateriales non cadant per se ⁊ directe sub proprio ⁊ adequato obiecto intellectus nostri cadunt tamen sub eo per earum effectus. Unde in presenti statu de eis non habemus cognitionem propter q̄ sue quidditatinam proprie dictam: sed cognitionem q: est ⁊ a posteriori per suos effectus: vt supra in 2° huius q.1.ar.4.⁊.5. declaratum est. ¶Ad secundum dicendū q̄ philosophus hic loquitur de sciētijs humanitus inuētis. Unde ratio non sequitur: quia sacra theologia est diuinitus adinuenta ⁊ a deo inspirata. ¶Et tz sacra theologia a nobis acquiratur per studium ⁊ exercitium: tamen a primis prophetis ⁊ sanctis habita est per reuelationez. A nobis autem habetur per studium quantum ad conclusiones deductas ex eius principijs fm communem cursum hominum: licet eius principia. s. articuli fidei ex reuelatione habeantur. ¶Poteſt etiam quantum ad conclusiones haberi per reuelationem in aliquo homine particulari: sicut p̄z ō sancto Thoma de Agno qui magis ora tione q̄ studio eaz acquisiuit. Et similiter de sancto Bernardo cui reuelata sunt tot misteria sacre theologie ⁊ sic p̄z per Doc.S. in.1ª2ᵉ.q.109.ar.1.i corpore ī fine. ¶Ad tertium dicendum q̄ hec scientia non dicitur vniuersalis de multis alijs sanctis. Sed hoc miraculose factuz est vt per predicationem ita q̄ predicetur in recto de alijs sciētijs sed dicitur vniuersalis per considerationez: q: vz cōsiderat ea que ad omnia se extendunt. Ens enim ⁊ cetera transcendentia ad omnia se extendunt ⁊ de omnibus predicantur: vt supra in 4° huius.q.1.ar.1.⁊ in 5° huius q.7.ar.4. declaratum est.

Octaua

¶Questio octaua. De ente per accidens ⁊ de causa per accidens.

p

Ostea insuper considerandū est in hoc tertio tractatu huius libri ō hijs q̄ phūs recolligit q̄tuz ad ea que dicta sunt tam in sexto libro huius scientie q̄ in libris phyz ō ente iperfecto. ¶Circa quod quinqz occurrunt cōsideranda fm q̄ quinqz sunt capitula huius tractatus fm quinqz lectiones Doct.S. ¶Nam p° considerandum est de ente per accidens ⁊ de causa per accidens ⁊ de vero. ¶Secundo considerandum est de recollectione eoz que dicta sunt de motu fm se. Et hoc in 2° capitulo huius tractatus ibi (Ens autem quod quidem actu ⁊c̄.) ¶Tertio considerandum est de recollectione eoruz que dicta sunt de infinito quod est passio motus. Et hoc ī tertio capitulo ibi. (Infinitum autem quod ipossibile ⁊c̄.) ¶Quarto vero considerandum erit ea que recolliguntur de hijs que dicta sunt circa duas diuisiones motus. Et hoc in quarto capitulo ibi. (Ipermutatur autem quod permutatur ⁊c̄.) ¶Quinto vero considerandum erit de hijs que recolliguntur quantum ad ea que dicta sunt circa primam diuisionez motus ⁊ de hijs que pertinent ad notificationem ipsius motus. Et hoc in quinto capitulo huius tertij tractatus ibi. (¶Si igitur p̄dicamenta diuisa sunt ⁊c̄.) ¶Quantum ad primum queruntur duo. ¶Primo vtrum ad hanc scientiam non pertineat considerare de ente per accidens. ¶Secundo vtrum etiam ipsum verum debeat remoueri a consideratione huius scientie.

¶Sequitur in philosopho ⁊ Doc.S. ibi. Quoniaz autem simpliciter ens. ⁊c̄. ⁊ est 2 ec.8.

1 D primum sic proceditur. Uidetur q̄ ad hanc scientiam pertineat considerare ens per accidēs. Nā ad eandem scientiam pertinet considerare totum ⁊ partes eius subiectiuas. Sz ens diuiditur in ens per se ⁊ in ens per accidens vt in libro de quotiens dictū est. Ergo ad hanc scientiam que considerat ens: pertinet considerare ens per accidens. ¶P̄.2°. Ad hanc scientiaz pertinet considerare accidentia: vt in principio huius libri patuit: per quartam veritatem Doct. san. ibi addu ctam. Sed accidentia sunt entia per accidens vt patet in primo posteriorum circa tertium modum perseytatis. quia illud quod non habet esse per se: dicitur esse per accidens. Ergo idem quod prius. ¶P̄.3°. Consideratio huius scientie cum dicatur scientia vniuersalis habet cōsiderare omnia que scientie speciales considerant. Sed philosophia naturalis vt patet in 2° physicorum cōsiderat causam per accidens. vz. fortunam ⁊ casum tam diffinitiue q̄ diuisiue. Ergo ad hanc scientiam pertinet considerare causas per accidens. Et per consequens habet cōsiderare ens per accidens. ¶Sed ptra est philosophus in primo capitulo huius tertii tractatus ibi. Quoniaz autem simpliciter ens fm plures dicitur modos quorum vnus est qui fm accidens dicitur: considerandum primo de sic ente. Quod quidem igitur nulla traditarū scientiarum negociatur circa accidens: palam. Neqz enim ⁊c̄. 2 ec.10.

Respondeo dicendum breuiter q̄ nec ista scientia neqz aliqua alia habet considerare de ente per accidens: neqz de causa per accidens inquantuz huiusmodi. Quod.n.non habeat cōsiderare de ente per accidens: sic deducit philosophus fm Doc.S. inducendo per singulas sciās. Nā ars edificatiua nō cōsiderat aliqd per accidens. Nō.n. considerat

quid per accidens euenire possit habitantibus in domo: vz aliquod nociuz vel aliquod prosperū. Et sic de alijs scientijs. Sed vnaqueqz sciarum considerat id quod est ppriū sibi. vz. sm̄ q p se accidētia eius. Et in hoc est finis cōsiderationis cuiuslibet scientie. Ratio aūt pbi quare nulla sciētia cōsiderat ea que per accidēs sunt: ē talis. Mā qđ per accidens est nō est ppria ens: sed magis nō ens: sicut nō est ppria vnū. Unū. n. q ens conuertuntur. Omnis autē sciētia est de ente. Unde relinquit q nulla scientia est de eo qđ est per accidēs. Quod aūt ens per accidēs nō sit ppria ens vnū: pbat pbus: q: ens vnū vna generatione generatur: si sit generabile sicut id qđ generatur. sz ens per accidēs nō generat vna generatione. Ergo nō ē ppria vnū q per ons neqz ens. probatio medie sz pbm. Mā si aliquis musicus fiat gramaticus: nō simul factus ē musicus q gramaticus: q: vnū pōt esse altero non existēte in esse producto. Unius autē entis est aliqua vna generatio. Ergo tale ens per accidens nō est ppria ens vnuz.

¶ Sed instabat discipulus. Mā ex mā q forma fit vnuz per se. Et tñ materia q forma nō simul generant: cū materia sit ingenita vt pz p° phy°. Ergo nō opz ad hoc q aliquid fit vnū proprie q vna generatione generent. ¶ Dicit ad hoc hic Doc. S. fm pbm: q talis instātia nulla est q: forma nō generat ppria: sed totū compositū: vt in septimo huius supra probatū est. Materia etiā nō preexistit actu ens sed po[a] tñ. Hic aūt musicus qui fit gramaticus nō est generatio toti[9] qđ est musicū q gramaticū: sz est generatio gramatici tñ. Unde hoc totū homo musicus q gramaticus nō est aliqđ vnū ens. Unde nulla sciētia vera considerat de ente per accidēs: q hoc loquendo de scientia que vere est scia: certitudinez veram habens. Sophystica aūt scia circa ens per accidens negociatur: q ad decipiendū vtitur eo quod est per accidens ac si esset per se ens. Unde ex hoc causatur fallacia accidentis: que est efficacissima ad decipiendum etiā sapientes: vt dicitur in libris elenchoz. Unde nō sine causa pbus dicit q sophystica versatur circa nō ens per accidens. ¶ Qualiter autem ens q vnuz vna generatione generātur: q qualiter vnūquodqz sicut se habet ad entitatem: ita q ad vnitatez q econuerso patuit ad longuz superius in 4° huius. q. 3. ar. 1. ¶ Considerandum aūt est hic p° fm pbm q nō solū verū est q nulla scientiarū considerat de ente per accidens: sed etiam verū est q nulla scientia potest considerare ens per accidēs. Qđ probat pbus dupliciter. ¶ Primo tali ratione. Mā omnis scientia est de eo qđ semper est: aut vt frequenter: sicut etiā probat p° posteriorū. Sz ens per accidens est qđ neqz est semper ens neqz i plus sine frequēter. Ergo eius non potest esse aliqua scientia. ¶ Secundo idem pbat tali ratione. Mā necē est q omnis scientia fit ex causis primis necessarijs q immediatis cū scientia sit effectus demonstrationis vt etiā patuit in p° posteriorū. Sed ens p accidens nō hz causas necessarias per se q ppias. Ergo q̄c. Probatio medie. Mā causa p se q necessaria est qua posita ponitur necessario effectus. Si ergo ens per accidens haberet talem causam sicut hz ens per se: tunc omnia de necessitate euenirent. Et sic tollerentur contingentia casus q fortuna consilium q meritum a rebus. Que omnia sunt impossibilia. Ergo q illud ex quo ista sequuntur. ¶ Considerandum vlterius est 2° hic fm pbm pro amplioriori declaratione predictorum q eorū que dicunt esse quedā sunt semper q ex necessitate nō quidē fm q necessitas pro violentia sumitur: sed fm q vtimur necessitate in demōstrationibus puta duz dicimus esse necessariū q triāgulus habeat tres q̄c. Sic enim necessariū dicit q impossibile est nō esse. Quedaz vero sunt entia que sunt q fiunt vt in plurib[9]: sicut q homo nascat cū quinqz digitis in vna manu. Quod quidez nō semper cōtingit q ex necessitate: cū cōtingat aliquem nasci quandoqz cū sex digitis in vna manu: sed contingit tñ vt in pluribus cū quiqz. Quedā autē sunt entia que neqz vt in plurib[9] neqz semp q ex necessitate: sed cōtingenter eueniūt: sicut si fiat frigus in diebus caniculari[b9]. sed hoc nō fit semper q ex necessitate neqz semp q vt in pluribus. sed tñ qñqz q vt in paucioribus accidit. Et hmōi ens vocat in ppposito ens p accidēs. ¶ Considerandū vlterius est 3°. q ea que semp aut vt in pluribus cōtingūt ita se hñt q vnū eoz̄ est causa alterius: vel ambo reducunt in vnā causaz que p se est cā vtriusqz vt vtroqz modo cōtingat. Et si qdem causa sit talis q indeficiēter producit suū effectum. erit talis effectus ex necessitate. Sīāt talis causa possit deficere pp aliqđ impedimentum: tūc effectus eius erit vt in pluribus. Sed si ita sit qđ illoz̄ duoz̄ vnū nō sit causa alterius neqz hēant vnā causam q se cōem que cōiungat ea simul: eoz̄ cōiunctio erit rarior et sic effectus fiet vt in paucioribus: sicut in hoc q dico musicū edificare: manifestū est q edificatio nō est a musica tanq̄ a causa: sed ab arte edificatiua. Similiter q sit feruor in diebus canicularibus est ex sole nobis appropiquāte. Quod autē tūc sit frigus: est ex aliqua alia causa vta ex saturno quando aliquo mō cōiungitur soli illis diebus. ¶ Considerādum vlterius est 4° fm pbm q licet causam per se nō sit necessariū semp poni in actu: ipsa tñ posita necessario ponit effectus: cōditionibus obseruatis in 6° huius. q. 10. ar. 2. adductis. Mā si sit aliquod preteritū vel presens qđ sit causa futuri effectus: hoc tam positū est: q tamē illud futurū nūdū est. Si autē tale qđ iam positū est sit causa futuri effectus p se q necessario: sequit effectus ille ex necessitate eueniet. Si ergo ens p accidens dicatur habere talem causam: ens per accidens ex necessitate ponetur. Et sic non erit ens per accidens: sed necessarium vel vt in pluribus. Et sic omnia ex necessitate euement. ¶ Et si arguat. Causa futuroz̄ contingentiū nō est causa posita vt presens vel preterita: sed adhuc est cōtingens vel futura. Et ppter hoc effectus sunt cōtingentes ad hoc respōdet pbus dicens q idem inconueniens sequitur si ponatur q causa futuroz̄ effectū nō sit q̄si presens vel preterita. sed q̄si futura: si talis causa dicatur per se q necessaria mō supra expōsito. Sequitur. n. q oia ex necessitate eueniēt sicut dictū est. Quod sic pz. Mā si causa illa futura sit opz q sit futura in aliquo tēpore determinato q determinate distante a presenti nunc: puta cras. Si igitur eclypsis que est per se causa quorūdaz futuroz̄ sit futura cras fiat: q hoc ppter aliquid sed q hoc propter aliquid aliud. Et sic semper per ablationem causarum auferetur aliquid de tempore quod est inter presens nūc q eclypsim futurā. Unde cum illud tēpus sit finitum cōsumitur quodā ablato. Unde quādoqz erit deuenire ad alia quam causaz nunc existentez. Quare si illa iam ponatur posito casu omnes futuri effectus ex necessitate euenient. Cum ergo hoc sit impossibile: manifestum est q ea que sunt per accidens nō habēt causam determinataz qua posita ex necessitate consequantur. ¶ Inconuenientia autez que ad hoc sequuntur in 6° huius. q. ar. circa finem ad longum deducta sunt.

Ad primum igitur dicendum q ad eandē totuz vlē q per se pres elus subiectinas. Ens autē per accidens nō est pars subiectiua per se ipsius entis. nisi considerando ipsum fm q pticipat rōnem entis in communi. ¶ Sed replicabat discipulus. Mā methaphyfica non considerat entia particularia per se fm proprias rationes: sed solum fm q conueniunt in ratione entis in cōi. Alter scientie speciales essent superflue. Ergo eo mō ens p accidēs pertinet ad considerationē huius scie: sicuti q ens per se: si solutio p̄dicta sit valida. ¶ Dicendum q ens per accidens fm q est ens per accidens: magis habet rationem non entis: q̄ entis: cum vt sic non sit ens vnum vt patet ex dictis in principio cozporis articuli. Ens autem per se fm eius propriam rationem est proprie ens q non solum fm communē rationem entis in communi.

Unde nō

Unde non est simile. ¶Ad secundū dicendum sicut dicit hic Doc. S. q̄ cum loquimur de ente per accidens: non accipitur ibi accidens p̄o eo quod est in aliquo genere accidentis: sicut albedo est quoddaz accidens ⁊ sic de similibus. Sunt enim multe scientie que circa huiusmodi accidentia versantur: q̄z huiusmodi accidentia etiā ꝑz se habent speciez quandā et causas determinatas in ſbo. Sed dicuntur accidentia: q̄z non per se sed in alio habent esse. Sed accipitur hic accidens p̄o ente per accidēs. vt album est musicum. ¶Nō.n. neq; aliquaz speciem habent ꝑm se: neq; aliquam causam determinatam. Unde circa huiusmodi non versatur aliqua scientia. propter rationem superius adductam. ¶Ad 3m dicendum q̄ pbya naturalis non considerat casum ⁊ fortunaz ꝑm q̄ sunt entia per accidens. sed ꝑm q̄ habent aliquā reductionē ad motuz. ¶Nihil autem est adeo per accidens: quin aliquā entitatis rationem participet. Et vt sic bene casus et fortuna pertinent ad considerationez huius scientie licet imperfecte ⁊ ꝑm q̄ conueniunt in ratione entis in cōmuni. ¶Sequitur in pbo ⁊ Doc. S. ibi. Quoniam autem ⁊ vere ens ⁊ ꝑm accidens ⁊c.

a ¶Ꝺ secundū sic p̄cedit. Videtur q̄ verum pertineat ad considerationem huius scientie. Maz ad eandem scientiaz pertinent consideratio subiecti ⁊ p̄opr̄ie passionis eius. Sed verum est p̄opr̄ietas entis. Ergo ad hanc sciētiam que considerat ens pertinēt consideratio veri. ¶P̄. 2o. Uerum cum sit obm intellectus pertinet ad considerationem alicuius scientie. Sed non ad considerationem alicuius specialis scientie: cum ipsum verum sit transcendens. Ergo consideratio eius pertinet ad hanc scientiam. ¶Sed contra est phylosophus in 6a parte huius capituli ibi. Quod autez vt vere ens ⁊ ꝑm accidens hoc quidez in complexione est ⁊c.

Respondeo dicendum q̄ verum potest accipi dupliciter. Uno mō transcendenter. Et sic pertinet ad considerationem huius sciētie vt voluerunt argumenta iam adducta. Alio modo accipitur verum ꝑm q̄ significat veritatē p̄opositionis. Et sic non pertinet ad considerationez huius scientie. Quod ꝑz ꝑm pbm. Nam hec scientia considerat de ente qđ est extra animam: cū sit scientia realis vt supra p̄obatuz est. Sed verum illo modo acceptum non est ens extra animam existens sed consistit in cōpositione intellectus tāq̄ quedam passio circa operationem anime existens. Unde eius non querūtur p̄incipia in hac scientia: neq; eius cōsideratio ad hanc scientiam pertinet. ¶Causa etiam per accidens cū sit indeterminata: non pertinet ad hanc scientiam: nec ad considerationem eius: sicut nec ens per accidens: vt in p̄cedenti articulo declaratum est. ¶Considerandū autez est hic primo ꝑm pbm q̄ fortuna est causa per accidens eoꝝ que fiunt p̄opter finem: non quidem a natura sed ꝑm electionem. Sicut si aliquis eligat fodere in agro vt plantet arborem. ⁊ inueniat thesauruz hoc dicimus esse a fortuna. Et q̄z electio non fit nisi ab intellectu: opz q̄ circa eadem sit fortuna ⁊ intellectus. Unde rebus carentibus ratione non est fortuna p̄opr̄ie accipiendo fortunaz: vt in 2o physicoꝝ. q. ar. ¶Probatū est ꝑm pbm. Neq; etiam fortuna est in pueris qui carēt vsu rationis: vt etiam ibidem patuit. q. ar. ¶Considerandum vlterius est 2o ꝑm phylosophum q̄ q̄: infinite quasi sunt cause a quibus potest aliquid fieri a fortuna ideo fortuna est incerta humane cognitioni: q̄z omne infinitum est ignotum. ¶Fortuna etiam que nullius est causa simpliciter est per se sed causa per accidens: dicitur bona vel mala. Bona quidem: quando bonum fortune euenit. Mala vero: quando malum fortune euenit. Sed fit magnum bonum quod fortuite euenit: dicitur enfortunium. Si magnum malum: dicitur infortunium. ¶Et q̄: nullus per accidens est prius his que sunt per se causa per accidens non potest esse p̄ior causa per se. Unde cum fortuna sit causa per accidens: non potest esse prima causa rerum. Sed oportet q̄ intellectus ⁊ natura que sunt cause per se sint p̄iores: ipsa fortuna dato q̄ fortuna esset causa celi. vt aliqui antiqui voluerunt: vt patuit sc̄o phy^z. q. ar. ¶Ad argumenta igitur patuit solutio ex dictis. ¶Qualiter autem verum sit obiectum intellectus concomitative ⁊ non essentialiter aut formaliter: diffusius patuit ꝑ 6m huius. q. vltima ar. vltimo.

¶Questio nona. De recollectione eorum que dicta sunt de motu ꝑm se in libro phyſicorum. Et est. 1 ec. 9.

Deinde considerandum est ō his que hic philosophus recolligit de motu que i tertio physicoꝝ declarauit. ¶Circa quod querūtur duo. ¶Primo vtrum diffinitio motus hic a philosopho adducta: sit bene assignata. 2o. q̄ motus est actus existentis in potentia ꝑm q̄ huiusmodi. ¶Secundo vtrū idem motus sit actus motiui ⁊ mobilis subiective in ipso mobili existens.

¶Sequitur in phylosopho ⁊ Doc. S. ibi. Ens autem hoc quidem actu solum ⁊c.

a ¶Ꝺ primum sic procedit. Videtur q̄ motus non sit actus existentis in potentia ꝑm q̄ huiusmodi. Nam motus est actus motiui seu mouentis vt probat pbus in hoc capitulo. Sed motiuum inquantum huiusmodi non est ens in potentia: sed in actu. Omne.n. mouens mouet ꝑm q̄ est in actu. Ergo motus non est actus alicuius existentis in potentia. ¶P̄. 2o. Motus est fluxus forme vt etiam hic dicitur. Sed quelibet forma cum sit actus dicitur esse in actu dum existit. Ergo idez quod prius. ¶P̄. 3o. Si motus esset actus vel esset actus primus vel secundus. Non est actus primus: cum non sit forma ſbalis. neq; est actus secūdus. q̄ actus secundus ponitur in aliquo genere. Motus autem non ponitur in aliquo genere cum sit post p̄dicamenta. Ergo motus non est actus. ¶Sed contra est phylosophus in hoc scōo capitulo huius tertij tractatus ibi. Ens autez hoc quidem actu solum: hoc autem potentia: ⁊ hoc quidem potentia ⁊ actu ⁊c.

Respondeo dicendum q̄ phylosophus recolligendo ea que dicta sunt de motu ꝑm se in 3o physicoꝝ ad concludendum diffinitionem motus p̄emittit quinq;. ¶Quoꝝ primū est q̄ entium quoddā est in actu tm̄ vt albū. Quoddā est potentia tm̄ vt mā prima. Quoddā vero ens est actu ⁊ potentia sicut omnia intermedia. Uel vt dicit hic Doc. S. pbus dicit illud esse actu tm̄: quod iā perfecte hz formaz puta qđ iam pfecte est albū. Esse autē in po^a tm̄ dicit illud qđ nundū hz formā neq; mouetur ad formam. Ens vero dicit esse in po^a ⁊ actu qđ nūdum hz formā sed est in moueri ad formā. ¶Ex quibus datur intelligi ista diuisio. vz q̄ ens diuiditur p actum ⁊ potētiā. ¶Scōm q̄ pbus p̄mittit c̄ q̄ ens diuidit p decē p̄dicamēta. ¶Tertiū est q̄ motus nō hz aliquā naturā seperatā a reb^9 aliis. Sz vnaqueq; forma ꝑm q̄ est in fieri est actus ꝑfect^9 qui dr̄ motus māliter loquēdo ſhoc.n. ipsum est moueri ad albedinē ipsam actu fieri in ſbo: sz nūdū est in actu pfecto. Et sicut nō est aliqđ cōe decē p̄dicamētis qđ sit eor genus: ita nō est aliqđ cōe gen^9 oīum motuū. Et ꝓpter hoc motus nō est aliquod vnū p̄dicamētū ab aliis distinctum: sed sequitur ad alia vt patuit in post predicamētis. ¶Quartū qđ p̄mittit est q̄ ī vnoquoq; gnē inuenit aliqđ duplr. vz. ꝑm pfectionē ⁊ īperfectionem: sicut in gnē ſbe vnū est vt forma: ⁊ aliud vt priuatio. Et in gnē qualitatis

aliquid est vt perfectum: sicut album in genere coloris: ⁊ aliquid vt imperfectum: sicut nigrum. Et in genere quantitatis est aliquid vt perfectum: sicut magnum: ⁊ aliquid vt imperfectum sicut paruum. Et sic de alijs generibus Cuius ratio est. Nam omnia genera diuiduntur per contrarias differentias. Contrariorum autem semper alterū est vt perfectum: ⁊ alterum vt imperfectum. ¶ Quintū vero quod premittit sequitur ex premissis. videlicet ꝙ tot sunt species motus: quot sunt species entis. Quod quidē non dicit philosophus eo ꝙ in quolibet genere entis sit motus: sed q̄ sicut ens diuiditur per actum ⁊ potentiam ⁊ per perfectum ⁊ imperfectum: ita ⁊ motus. Et ideo dictum est ꝙ motus non est preter res ad quas est motus. ¶ Ex predictis concludit philosophus diffinitionē motus. vm. ꝙ motus est actus existētis in potentia fm ꝙ huiusmodi. Quam diffinitionem probat dupliciter. Primo vm quantum ad singulas eius particulas. ⁊ per dicta antiquorum de motu. Quod enim motus sit actus: sic declarat. Nam edificatio est actus edificabilis. sanatio sanabilis ⁊ sic de alijs motibus. Ergo motus est actus mobilis. Quod autē sit actus entis in potentia: sic deducit philosophus. Nam motus est actus mobilis. Mobile autem dicitur illud: quod est potens moueri. Ergo motus est actus alicuius existentis in potentia. Quod autem motus sit actus existentis in potentia p̄m ꝙ huiusmodi. sic pm. Nā es est ens in actu fm se. ⁊ est in potentia ad statuam. Unde idem est ſm es ⁊ in potentia ad statuam. Non tñ est idē ratione. Sed alia est ratio eris inquantum es. ⁊ alia est ratio eris inquantum habet potentiam vt ex eo fiat statua. Sequitur ergo ꝙ statue factio que est motus: ē actus entis in potentia fm ꝙ huiusmodi: q̄ si es iam eēt statua in actu: non esset ad eā motus. ¶ Et licz potentia eadē materialiter ⁊ subiectiue sit cōtrariorū: non tamē potentia eadē fm rationez potest esse cōtrariorum. Dō sic pm: nam potentie distinguuntur per actus. et ratio potētie sumitur ex actu. Sed sanari ⁊ infirmari sunt distincti actus: Ergo posse sanari ⁊ posse infirmari non sunt idem fm rationē. Aliter quando aliquis sanaretur ifirmaretur q̄ illa que vni ⁊ eidem per se sunt eadē re ⁊ ratione: illa inter se sunt eadez. ¶ Secundo probat philosophus eā dē diffinitionem per dicta antiquorum. Nā motus nō p̄t congrue aliter diffiniri. q̄ non potest in alio genere poni nisi in genere actus. Unde phy qui dixerūt motū esse alteritatem: aut inequalitatez aut non ens ex eo ꝙ illud qō mouetur semper alio modo se habet: male diffinierunt motum. Quod sic pm. Et primo ex parte subiecti ipsius motus. Si. n. motus eēt inequalitas aut alteritas aut nō ens: sequeretur ꝙ omne nō ens alteruz vel inequale moueretur necessario. Sz nullū illorū mouetur necessario. Ergo ⁊c. ¶ Scdo idem pm ex parte terminorum ipsius motus. qui sunt terminus a quo ⁊ terminus ad quez. nō enī magis est motus ad non ens q̄z ad ens: aut ad inequale q̄z ad equale: aut ad alteritatez q̄z ad eius oppositum. Ergo tales phy male diffinierunt motū. Alij vero diffinierunt motū dicētes motū esse exitū de potentia in actū non sbito. Qui etiā errauerūt ꝙ nesce est ꝙ in diffinitione ipsius exitus ponatur motus. Et similiter in diffinitione eius quod est subito ponitur tēpus. Et in diffinitione tēporis ponitur motus. Unde esset circulatio in diffinitionibus. Hec omnia patent in 3° phy^x. q. ar.

Ad primum igitur dōm ꝙ motus est actus ipsius motiui effectiue: sed est actus ipsius mobilis formaliter ⁊ subiectiue inquantum huiusmodi vt patebit in sequēti articulo. Unde ratio nō sequit. ¶ Ad 2^m dōm ꝙ motus est actus alicuius existētis in actu p̄°: tñ in po^a ad vlteriorē actum. vel ad alios gradus pfectiōis eiusdē forme. ¶ Et p hoc pz solutio ad 3^m.

¶ Sequitur in philosopho ⁊ Doc. S. ibi. Quod gdez motus est in mobili ⁊c.

D secundū sic proceditur. Videtur ꝙ motus non sit idē actus mouētis ⁊ mobilis in mobili subiectiue existens. Nam motus qui est actus mouentis dicitur actio: ⁊ qui est actus mobilis dicitur passio: vt hic dicitur in textu. Sed actio ⁊ passio non sunt vnus actus: cū genere differant. Ergo motus non est vnus ⁊ idē actus motiui ⁊ mobilis. ¶ P̄. 2°. Actus est in eo cuius est actus. Si ergo motus est actus mouētis: erit in mouente subiectiue: ⁊ non in mobili. quia vnuz accidens numero non potest esse in diuersis subiectis: cum accidentia numerentur ad numerositatez subiectorum. ¶ Sed contra est philosophus circa finem huius capituli. ibi. Quod quidem igitur motus est i mobili: palaz. Actus enim est huius a motiuo ⁊c.

Respondeo dicendum primo ꝙ motus est in mobili subiectiue. Quod sic patet scōm philosophum. Nam omnis actus est in eo cuius est actus. Sed motus est actus mobilis: vt patuit per eius diffinitionem. Ergo ⁊c. ¶ Dicendum secundo ꝙ motus est actus motiui. Quod sic patet secundū philosophum. Nam illud est actus alicuius: quo aliquid est actu. Sed motus est quo motiuum dicitur actu. Sz motiuum dicitur ex eo ꝙ est potens mouere. Mouens autem dicitur ex eo ꝙ est actu. Ergo motus est actus motiui effectiue: non autem subiectiue inquātum huiusmodi. ¶ Dicendum tertio ꝙ vnus ⁊ idez motus est actus motiui ⁊ mobilis. Quod sic patet secundum philosophum. Nam motus dicitur actus ipsius motiui: quia facit motum. Et dicitur actus mobilis inquantuz in eo suscipitur motus. Sed motiuum facit illum motum qui est in mobili. Ergo vnus ⁊ idem motus est actus motiui ⁊ mobilis. Quod quidem etiam per exemplia patet. Nam vnus ⁊ eodem est distantia duorum ad vnum: ⁊ vnius ad duo. Sed differt ratione. propter quod diuersimode significatur. scilicet per duplum ⁊ dimidium. Similiter vna ⁊ eadem est via ascendentium ⁊ descendentium materialiter: sed differt ratione. propter quod dicuntur hij ascendere: ⁊ alii descendere. Et ita est etiam de mouente ⁊ moto. Nam vnus ⁊ idem motus secundū ſbam: est actus vtriusqz. sed differt rōne. Est enim mouentis vt actio: ⁊ mobilis siue patiētis vt passio. ¶ Et si arguatur. Si actio ⁊ passio sunt idem fm ſbam: sequitur ꝙ non sunt duo predicamenta. ¶ Ad hoc dicit hic Doc. S. ꝙ predicamenta diuersificantur fm diuersum modum predicandi. Unde licet idem sint: q̄ tamen diuersimode de diuersis predicantur: ad diuersa predicamenta pertinent. fm. n. ꝙ predicatur de eo in quo est: constituit predicamentum passionis. fm autem ꝙ predicatur de eo a quo est: constituit predicamentum actionis. Hec ille. ¶ Qualiter autem hoc intelligendum sit fm sententiam Doc. S. patuit superius fm 5° huius. q. 22. ar. 3. vbi querebatur vtrum predicamenta sint realiter ab inuicem distincta. ¶ Conueniunt enim actio ⁊ passio fm ſbam ⁊ materialiter. Differūt tamen essentialiter: cum essentie predicamentorum sint immixte: vt etiam patuit vbi supra. q. 22. ar. 3. f. de diffinitione actionis ⁊ passionis. ¶ Et etiam ibidem patuit. q. 22. ar. 2. qualiter actio est in agente ⁊ passio in patiēte subiectiue: accipiēdo ea formaliter fm rōnē predicamentalē. ¶ Ad argumenta ergo pz solutio ex dictis.

¶ Questio. 10^a. de recollectione eorum que dicuntur de infinito quod est passio motus.

Insequenter restat considerandum in 3° capitulo huius tertij tractatus de hijs que in tertio physicorū dicta sunt de infinito qō ē passio motus postq̄z visum ē de ipso motu. ¶ Circa quod q̄runtur duo. ¶ Primo

Questio Decima

¶Primo vtrum sit dabile infinitum in actu. ¶Scõdo vtrum infinitum possit diffiniri.

¶Sequitur in ꝑphylosopho et Doctore Sancto. ibi. Infinitum autem quod impossibile est pertransire ⁊c. et est 7. ec. 10ª.

Dprimũ sic ꝓceditur. Videtur ꝙ sit dabile infinituz actu. Nam dabile est deum esse. Sed deus est infinitus: cum habeat potentiam infinituz. Ergo est dabile infinitum in actu. ¶Ꝑ 2º. Scientia que est certissima vt est mathematica: est entium in actu. Sed talis scientia vtitur linea infinita. Ergo idem qõ prius. ¶Ꝑ 3º. Si subiectum est actu: necesse est ꝙ passio eiꝰ sit actu. Sed motus est actu. Ergo et infinituz quod est eius passio erit actu. Et sic dabile est infinituz in actu. ¶Sed cõtra est ꝓbus in ꝓsenti capitulo. ibi. Infinitum autez est quod impossibile est pertransire ⁊c.

Respondeo dicendum ꝙ non est ponendum infinitum in actu. ꝓpter cuius probationẽ ꝓbus premittit duo. Quorum primũ est ꝙ infinitum dicitur quattuor modis: sicut et impertransibile. Nam omne finitum dividendo pertransiri potest. Igitur infinituz ꝓprie dicitur illud quod mensurando non pertransitur. ¶Primo igitur modo dicitur infinitum siue impertransibile quod non potest pertransiri mensurando: neqz aptum natuz est pertransiri. Sicut dicimus punctum aut vnitatem aut aliquid huiusmodi qõ non est quantuz et mensurabile esse infinituz seu intransibile. ꝓper quem etiam modum vox dicitur inuisibilis: qz non est de genere visibilium. ¶Secundo modo dicitur infinitum siue impertransibile qõ nundũ est trãsitũ lz inceptum sit transiri. Et hoc habet transitionez impfectam. ¶Tertio modo dicitur infinituz siue impertransibile: quod vix transitur. Ut si dicamus ꝓfunditatem maris esse impertransibilem aut infinitam aut altitudinem celi: qz excedit vires mensurantis. ¶Quarto modo dicitur infinitum siue impertransibile quod nõ habet terminum: aptum tamen natum est habere terminum secũdũ suuz genus. Sicut linea aliqua. Et isto modo ꝓprie dicitur infinitum. ¶Secunduz qõ ꝓmittit phylosophus est ꝙ tripliciter aliquid dicitur infinitum. Nam aliquid est infinitum appositione: vt numerus. Alio modo diuisione. vt cõtinuuz. Tertio modo vtroqz modo. Sicut tẽpus: quod est quoddam continuum: et numerus qdam motus ⁊c. ¶Quibus ꝓmissis phylosophus ꝓbat propositum tali ratione. Nam si esset infinitum in actu ponendum: aut esset a sensibilibus substantijs separatum principium omniuz rerum et substantia: vt platonici posuerunt: aut si esset in actu ponendum esset ponendum in rebus sensibilibus non vt substantia sed vt accidens eaz: vt naturales antiqui phylosophi voluerunt. Non est dicendum primum. Quod ꝓbat phylosophus tribus rationibus. ¶Quaz prima est. Si infinitum est quedam substantia separata per se existẽs et nõ est alicui subiecto: oportet ꝙ infinitum sit absqz magnitudine ⁊ multitudine: qz magnitudo et numerus sunt subiectum ipsius infiniti. Et sic oportet ꝙ sit indiuisibile: qz omne diuisibile aut est magnitudo aut multitudo. Sed si est indiuisibile non erit infinituz: nisi primo modo: sicut vox dicitur inuisibilis. De quo modo non inquirimus nunc: neqz etiã platonici sic loquebantur de infinito. Sed hic fit sermo sicut ipsi loquebantur de infinito qõ est intrãsibile quarto modo. Ergo si infinitum sit substantia per se existens: nõ erit vere infinitum. Et sic hec positio destruit seipsam. ¶Secunda ratio est talis. ꝓpassio non est magis ens ꝙ se existens: cuiꝰ eius subiectum. Sed infinitum est passio magnitudinis et numeri. Magnitudo autem et numerꝰ non per se existunt: cuz sint accidẽtia: vt in primo huius qõne. 12. ar. 5. habitum est. Ergo infinituz non est substãtia per se existens separata a sensibilibus. ¶Tertia ratio est talis. Si infinituz tale esset ponendum: aut esset substãtia aut accidens inherens alicui substantie separate. Si secundũ: sic ipsum infinitũ non erit principiuz. Sed hoc ipsum quod est. Sicut principium locutionis non dicit inuisibile: sed vox. Si primum: aut tale infinituz esset diuisibile aut indiuisibile. Si sit diuisibile: erit in infinituz diuisibile. Et tale infinitum ponitur substantia. Igitur oportet ꝙ quelibet pars eius sit infinita: quia ideꝫ est infinitum et infinito esse. Unde sicut quelibet pars aque est aqua et quelibet pars aeris est aer: ita et quelibet pars infiniti est infinita: qz infinitum cuz sit substantia ꝼm hypothesim predicat ꝓpriam rationem eius quod est infinitum. Et si sic si sit diuisibile: erit diuisibile in multa infinita. Sed hoc est impossibile: qz vnũquodqz diuiditur in ea ex quibus componitur. Sed infinitum non potest componi ex multis infinitis: quia omne totuz est maius sua parte qualibet. Sed vnum infinitum non est maius altero infinito. Ergo non potest esse diuisibile. Si vero sit indiuisibile: sequitur ꝙ non erit actu infinitum: qz infinitum oportet esse quantum. Relinquitur ergo ꝙ infinitum non est substantia neqz accidens. Et per cõsequens non est actu ponendum: vt ꝓz. ¶Secundum vero. videlicet ꝙ non est ponendum infinitum in actu in substantijs sensibilibus ꝓbat phylosophus dupliciter. ꝓprimo logyce: siue per rationes probabiles. Secundo physice: siue per rationes naturales. ¶ꝓprimo probat sic. Nam si tale infinitum actu esset ponendum: aut esset corpus aut numerus. Non primum: qz nullum infinitum est termi natum determinata superficie. Sed quodlibet corpꝰ est superficie determinatum. Describitur enim corpus ꝙ est longitudo cum latitudine et profunditate: cuius extremitates sunt due superficies. Ergo nullum corpus naturale siue intellectuale. i. mathematicum est actu infinituz. Neqz potest dici secundum. Nam nullum numerabile est infinitum: cuz qõlibet numerabile sit mensurando ꝓtransibile. Infinitum autem est impertransibile. Sed omnis numerus et habens numeruz est numerabile. Ergo nullus numerus est infinitus. Hee autem rationes vt dicit hic Doctor Sanctus non sunt naturales: quia non sumuntur ex principijs corporis naturalis: sz ex principijs cõmunibus et probabilibus et non ex necessarijs: qz qui poneret corpus infinitum non poneret ipsum terminari superficie. Hoc enim est de ratione corporis finiti. Et q poneret multitudinem infinitoꝝ. non poneret eaz numerum: quia numerus est multitudo mensurata per vnuz: vt in decimo huius habitum est. Nullum autem infinitũ est mensuratum. Hec ille. ¶Sed per rationes naturales phylosophus ꝓbat idem dupliciter. ꝓprimo ex parte actiui et passiui. Secundo ex parte loci et locati. Actiuum autem et passiuum locus et locatum sunt ꝓprietates corporis naturalis inquantũ huiusmodi. Ideo tales rationes dicit phylosophus esse naturales. ¶Ex parte igitur actiui et passiui ꝓbat phylosophus ꝙ non sit ponendum actu infinitum in sensibilibus corporibus tali ratione. Nam tale corpus aut est compositum: aut simplex. Non primum: supposito ꝙ corpora simplicia que sunt elementa sint finita multitudine: quia oporteret quod omnia essent infinita magnitudine siue in quantitate: aut quod vnum sit infinitum ex finitis composituz in quantum huiusmodi. Non potest dici quod omnia talia elementa sint infinita magnitudine: quia quodlibet corpus extenditur in omnem dimensionem. Sed infinitum est quod habet dimensiones infinitas ex omni parte. Ergo oportet quod corpus infinitum ex omni parte habeat dimensionem infinitam. Et sic duo infinita non possent coniungi in vnum. Aliter esset penetratio dimensionum. Neqz potest dici quod vnum sit infinitum et alia finita: quia finiti ad infinitum nulla est adequatio siue proportio. Sed in corpore mixto oportet contraria esse adequata. Aliter corpus mixtum non posset conseruari naturaliter in esse. Unde si vnum elementorum esset infinitum alijs existentibus finitis: corrumperet alia. Qõ est contra naturales. ¶Sed diceret aligs: ꝙ corpꝰ

quod est finitum quantitate: est potentius virtute. Et its ibi poterit esse equalitas. ¶Pura si quis dicat q̄ in corpore mixto sit ignis finitus et aer infinitus. ¶Ad hoc respō det phūs in textu: q̄ quāuis virtus vnius corporis finiti aliquando deficiat a virtute alterius corporis cuiuscunq; finiti: nihilominus finitus corrumperetur ab infinito: q; corporis finiti necesse est esse virtutes finitam: et corporis infiniti virtutem infinitam. Sic ergo virtus ignis finiti sit centupla et virtus aeris infiniti sit infinita: si prescindamus centuplum de aere infinito: habebimus equales virtutes igni. Et ita totus aer infinitus habebit in infinitū maiorem virtutem q̄ ignis. Et sic corrumperet ipsum: vt pz. ¶Sed q̄ non sit dicendū secūdū. videlicet q̄ tale corpus infinitum sit simplex. pbat sic phylosophus. Naz non est aliq̄ corpus simplex preter elementa. Sed nullum elementor pōt esse infinitū. ergo ꝛc. ¶Probatio maioris. Nam vnūquodq; resolvitur in ea ex quibus componitur. Sed in nihil aliud videmus resolui corpora mixta nisi in quattuor elementa. Ergo nō est aliquod aliud corpus simplex preter quattuor elementa. ¶Quod aūt impossibile sit aliq̄ elementor esse actu infinituz: sic pz. Nam si aliq̄ tale esset infinitum: impossibile esset aliq̄ alior elementor esse preter id qd̄ esset infinituz: q; illud repleret vndiq; totum. Et etiam si aliud elementuz esset finituz: oporteret q̄ cōuerteret in illud infinituz propter excessum virtutis eius. Omnis enim permutatio naturalis est de cōtrario in cōtrariuz. Sed elementor fit permutatio in corpore mixto. Ergo habent virtutes cōtrarias. Sed vnum cōtrarior corrumpit reliquuz. Si ergo vnū elementuz esset infinituz: corrumperet reliqua elemēta. ¶Phylosophus autem nō facit hic mentionez de corpore celesti qd̄ est simplex: cuz nō sit composituz ex quattuor elementis. Sed vocatur quinta essentia siue natura: quia naturales phylosophi ponentes corpus actu infinituz nō pervenerant ad noticiaz corporis celestis. Aristotiles aūt in libro de celo ⁊ mundo probat tale corpus nō esse actu infinituz. ¶Ex predictis ergo pz q̄ ex parte actiui et passiui nō est ponendum aliquod corpus esse actu infinituz. ¶Ex parte autem loci et locati probat hoc idez phylosophus quattuor rationibus. ¶Pro quaruz prima premittit duo. ¶Quor primū est q̄ omne corpus sensibile est in loco: Et dicit sensibile sm Doctorem Sanctum ad differentiam corporis mathematici: cui non attribuitur locus motus aut tactus: nisi per similitudinem. ¶Secundum premittit est q̄ idem est locus naturalis totius et partis .s. in quo naturaliter quiescit: et ad quem naturaliter mouetur sicut pz de terra et eius partibus. Utriusq; enim locus naturalis est deorsum. Quibus premissis prima ratio est talis. Nam si ponatur corpus sensibile esse actu infinituz: aut erit eiusdem speciei in suis partibus: aut diuersar speciem. Si sit eiusdem speciei quantū ad omnes suas partes: sequitur aut q̄ totuz erit imobile: et semper quiescens aut totuz semper mouebit. Sed vtrunq; horum est impossibile ⁊ repugnans sensui. Quod enim alteruz istor sequatur: sic pz. Nam per presupposituz idez locus est totius et partis. Corpus autem infinitum si esset actu: occuparet omnem locum: et sic nō moueretur ad locuz: neq; aliqua pars eius. Unūquodq; enim quiescit: cum est in suo ꝓpꝛio loco naturali. Si autem dicatur q̄ nō est ei naturalis: sequitur q̄ totum et quelibet pars eius est extra suum locum proprium. Et sic totum et quelibet pars eius mouebitur semper. ¶Sed diceret aliquis: q̄ aliqua pars loci est naturalis toti et partibus eius: et aliq̄ non naturalis. ¶Sed hoc dicit hic phylosophus nō potest dici: q; si corpus sit infinitum: oportet locum eius esse infinitum: q; locus est equalis locato. In loco autem infinito non potest inueniri ratio diuersitatis. videlicet q̄re aliquid eius est locus naturalis ipsius corporis: et aliqd non naturalis: quia oportet esse aliquam determinatam distantiam et proportionem loci naturalis ad non naturalem. Talis autem determinata distantia in infinito inueniri non potest. ¶Ex quo patet q̄ corpus eiusdē speciei et rationis in omnibus suis partibus non potest esse actu infinitum. ¶Neq; potest dici secunda pars. videlicet q̄ aliquod corpus dissimiliū partium in specie sit actu infinitum. Tum primo: quia illa que sunt dissimilia secūm speciem: non possunt esse continua. Unde ex eis non constituitur vnum. Tum secundo: quia si esset corpus quod constaret ex partibus dissimilibus secundum speciem: aut talia dissimilia essent finita: aut infinita. Non primuz: quia ex finitis secundum magnitudinem non potest constitui corpus infinitum. Unum etiam eorum non potest esse infinitum et alia finita: quia vt dictum est illud infinitum corrumperet reliqua. ¶Neq; potest dici secundum: quia si essent infinite partes dissimiles secundum speciē: oporteret ponere loca diuersa secundum speciem. Nō patet esse impossibile. Nam species infinite locorum sub aliquo numero determinato collocantur que sunt sursuz deorsum et sic de alijs. ¶Elementa etiam esse infinita: est impossibile: quia vt sic essent ignota: et ipsis ignoratis omnia ignorarentur. Sed si elementa sint finita: loca erūt secundum speciem finita: et per consequens corpus erit finitum quod est ex huiusmodi elementis. ¶Secunda ratio est talis. Nam si sit aliquod corpus infinitum: oportet q̄ illud sit graue aut leue. Et si sic: tunc habebit grauitatem aut leuitatem infinitam. Sed hoc est impossibile: quia graue tendit ad determinatam speciem positionis. videlicet deorsum. Similiter leue tendit sursum. Sed in infinito non est dabile aliquid determinatum: quantum ad differentiaz positionis. Igitur ꝛc. ¶Tertia ratio est talis. Omne corpus sensibile est in loco: quia non datur corpus sensibile aut naturale sine loco. Sed in loco sunt tantum sex species positionis. videlicet sursum deorsuz: ante et retro: dextrum et sinistrum. Sed impossibile est in infinito assignare similes differentias. Ergo non est ponendum corpus infinitum in actu in corporibus sensibilibus. ¶Quarta ratio est talis. Nam omne corpus sensibile est in loco. Si ergo aliquod corpus sensibile esset actu infinituz: oporteret q̄ locus esset infinitus. Sed hoc patet esse falsum. Nam de quocunq; predicatur aliq̄ commune: oportet q̄ de eo predicetur aliquod contentum sub eo: quia non est aliquid sub genere: quod non contineatur sub aliqua suarum specierum. Neq; aliquid est in specie: quod non contineatur sub aliquo individuo eius. Sed nullus particularis locus est infinitus: vt ad sensum patet. Ergo nullus est locus infinitus.

Ad primum igitur dicendum q̄ deus est infinit⁹. nō tamen quarto modo de quo modo est hic ad propositum. ¶Qualiter aūt deus sit infinitus: patebit in duodecimo huius⁹ questione quarta articulo quarto. ¶Ad secundum et tertiuz patet solutio ex dictis.

¶Sequitur in Phylosopho et Doctore Sancto. ibi. Infinitum autem non secundum. ꝛc.

a **Ostendit** sic proceditur. Uidetur q̄ infinitum sit diffiniri. Nam Phylosophus hic diffinit infinitum dicens: q̄ infinitum est quod est intransibile. aptum tamen natum pertransiri. Ergo infinitum potest diffiniri. ¶ 2°. In tertio physicorum dicit Phylosophus q̄ infinitum est cuius quantitatem accipientibus impossibile est aliquid aliud superaddere. Ergo ꝛc. ¶ 3°. Ratio quam significat nomen est diffinitio: vt patet in quarto huius. Sed nos aliquid significamus per hunc terminum nominalem infinitum. Ergo habet diffinitionem. ¶Sed dicebat quod infinitum in potentia bene diffinitur: non autem infinitum in actu: cum non sit ens. Diffinitio autem est entium: et non entium: vt patet primo posteriorum. ¶Contra. Nam aliquam rationem siue conceptionem significat infinitum in actu. ¶Aliter nihil per talem terminum intelligeremus. ¶Cum ergo ratio quam significat

Lec. 9.

Lec. 10.

Lec. 11.

significat nomen sit diffinitio: sequitur q infinitum possit diffiniri. ¶ Sed incōtrarium arguitur. Nam illud quod potest diffiniri est nobis notum. Sed infinitum secundū q huiusmodi non est nobis notum: qz fm q huiusmodi est nobis ignotum: vt patet in primo et tertio physicoz. Ergo non potest a nobis diffiniri.

Respondeo dicendum q infinitum potest accipi dupliciter. Uno modo pro infinito in actu. Et tale infinitū nō potest diffiniri: cuz non sit actu: neqz possit esse: loquendo de infinito de quo est hic ad ppositum. s. de infinito fm magnitudinez ppter dictam rō. ¶ Et per hoc pz solutio argumenti in cōtrarium adducti. ¶ Alio modo accipit infinitum pro infinito in potentia. Et tale infinitum pōt diffiniri diffinitione quid nominis: vt voluerunt argumenta ante in cōtrariū adducta. ¶ Qualiter autem sit intelligendum q ratio quaz significat nomen est diffinitio: patuit ad longum in. 4°. hui⁹ ius. q. .ar. . ¶ Quotuplex etiam est diffinitio. patuit in 7°. huius. q. .ar. . ¶ Considerandum aūt est hic p° fm pōm: q infinitum in potentia reperit in magnitudine numero et tempore diuersimode: et nō tamen vniuoce predicatur: sed fm prius et posterius: qz semper illud qō in eis est posterius dicitur infinitum fm q illud qō est prius dicit infinitum: sicut motus dicit infinitus fm magnitudinem in qua aliquid monetur localiter aut augetur aut alteratur. Et tempus dicitur infinitum fm motum rō.

¶ Considerandū vlterius est hic scdo fm Doc. S. q illud qō dictum est sic est intelligendū: qz infinitum diuisione attribuit ptinno qō primo attribuit magnitudini ex qua motus habet ptinuitatem. Quod qdem manifestum est in motu locali: qz partes motus localis accipiunt fm partes magnitudinis. Et similiter manifestum est in motu augmēti: qz fm cōditionē magnitudinis augmentū attenditur. Sed in alteratione nō est ita manifestū. Sed etiam ibi aliqualr est verum q qualitas fm quam fit alteratio p accidens diuidit ad diuisionē magnitudinis. Et iterum intensio et remissio qualitatis attenditur fm q pōm magis vel minus participat qualitatem. A cōtinuitate etiam mot⁹ ipsum tempus est cōtinuū. Nam tempus fm se cum sit numerus: nō habet ptinuitatem: sed solum ex subiecto numerato: sicut decem vine pāni cōtinue sunt: eo q pānus qōdam cōtinuus est. Oportet igitur q eodem ordine infinitum dicatur de istis tribus sicut et cōtinuum. Hec ille formaliter. ¶ Ad argumenta aūt pz solutio ex dictis. Et iz aliqō infinitū sit actu fm q ly actu determinat hoc verbum sit: nullum tamen infinitum est actu fm q ly actu determinat infinitum. ¶ Cuz ergo arguitur: linea est qōdā infinitum. Et linea actu est. Ergo infinitum actu est: cōmittitur fallacia diuisionis. ¶ Ista autem ppositio est vera. Infinitum aliqō in potentia est actu: aut ad longum disputauimus in. .physicoz. q. .ar. .

¶ Questio vndecima. De his que recollīgit pōus circa ea que dicta sunt in quinto physicoz de diuisione trāsmutationis qua diuiditur in generationez et corruptionez et motum ppter dictum.

Asuper considerandū restat in hoc quarto capitulo ō diuisione mutationis fm quā diuiditur in generationez et corruptionē et motuz physicuz siue in motum ppter dictum. ¶ Circa quod queruntur duo. ¶ Primo vtruz sit aliqua mutatio de nō subiecto in subiectum et ecōuerso. ¶ Secūdo vtruz talis mutatio fiat in instāti et non successiue. ¶ Sequitur in pōo et Doc. S. ibi. Permutatur autez qō rō. et est Lec. 11ª.

D primū sic proceditur breuiter. Uidetur q nō sit aliqua mutatio de nō subiecto in subiectum et ecōuerso. Nam vt in. 10. huius cōcessum est oīs pmuta

tio est de ptrario in cōtrariū. Sed terminus affirmatiu⁹ et negatiuus nō ptrariantur: cum cōtraria sint forme positiue: vt ibidem patuit. ergo rō. ¶ Ō 2°. Si aliqua mutatio esset de nō ente: sequeretur q inter nō ens et ens esset aliqō mediū. Et sic inter ptradictoria eēt dabile mediū. Qō est cōtra pdeterminata. ergo rō. ¶ Ō 3°. Si sic: aut talis mutatio esset de nō ente simpliciter: aut de non ente tali. Non primū: qz creatio dicitur esse de nō ente simpliciter. Neqz scōm: qz sic nulla esset generatio substantialis. Qō est hic ptra pōm. ergo rō. ¶ Sed cōtra est pōus in psenti capitulo ibi. pmutatur aūt qō rō.

Respondeo dicendū q est aliqua mutatio de nō subiecto in subiectū et ecōuerso: que tamen nō dicit motus. ¶ Pro cui⁹ probatione pfideranduz est primo q pōus premittit aliquas diuisiones. ¶ Quaruz prima est q pmutatio est triplex. Nam quedaz est mutatio per accidens. s. quando aliqd dicitur pmutari ex eo q id in quo est pmutatur: sine fit in eo ficut accidens est in subiecto sicut musicuz dicim⁹ moueri: sine ficut forma substantialis est in materia: sicut aīa monetur moto corpore: sine ficut pars in toto ipso toto moto: sine ficut cōtentuz est in cōtinēte: moto ipso continente. ¶ Secundo modo aliqd dicitur permutari fmpliciter. s. ex eo q aliquid eius permutatur: sicut ea que mouentur fm partem: sicut corpus hominis dicit sanari qz sanatur oculus. Et hoc quidem est per se moueri: sed non primo. ¶ Tertio modo dicitur aliquid permutari primo et per se: puta si aliqd totū moueatur fm se totū: sicut si lapis deorsum feratur ¶ Considerandum vlteri⁹ est secundo fm phylosophum q sicut ex parte eius qō permutatur sumitur triplex mutatio: ita etiam ex parte eius quod mouet. Nam dicitur aliquid mouere triplici ter. Uno modo quia monet fm accidens: sicut musicus edificat. Secundo modo fm partem: quod est mouere per se: non primo sed per alteruz: sicut homo manu percutit. Tertio modo per se primo: sicut ignis calefacit et medicus sanat. ¶ Considerandum vlterius est tertio fm phylosophuz q in qualibet mutatione reperiunt qnqz. videlicet id quod est mouens: et id quod monetur: et tēpus in quo fit mutatio: et terminus a quo est mot⁹: et terminus in quem est motus. Non igitur diuiditur motus seu mutatio in suas species fm ipsum mouens aut scōm id quod monetur: neqz scōm tempus in quo fit motus: qz illa sunt cōmunia omni mutationi: sed diuiditur scōm terminos. videlicet fm terminos a quibus: et fm terminos ad quos: quia fm eos motus specie distinguuntur. ¶ Considerandum vlterius est quarto secūdum phylosophum q species. i. forme et passiones. i. qualitates et locus sunt termini motuum: quia ad ea mouentur que mobilia sunt. Phylosophus autem nominat species propter generationem et corruptionem. Passiones vero propter alterationem. Et locum propter loci mutationē. ¶ Sed aliquis antiquorum phylosophorum argueret: q qualitas est ipsa alteratio. Ergo qualitas non est terminus alterationis. ¶ Ad hoc respondet phylosophus q qualitas non est ipsa alteratio: sed est terminus alterationis per se: vt statim patebit qōne duodecima articulo primo. ¶ Considerandum vlterius est quinto secunduz phylosophum q mutatio que non est secundum accidēs sed per se non existit inter quoscunqz termínos: sed oportet q termini eius vel sint vt contraria: sicut cum est mutatio de albo in nigrum: vel inter media sicut cuz est mutatio de albo in rubeum vel de rubeo in paliduz: vel est mutatio inter contradictoria sicut de non albo in album aut econuerso. Tacet autem phylosophus vt dicit hic Doctor Sanctus de priuatiue oppositis: quia sunt media inter contraria et contradictoria: et sub eis continentur. Loquitur etiam hic phylosophus de mutatione per se: et non per accidens: quia mutatio per accidens non habet terminos determinatos. Fit enim mutatio per accidens de albo ad dulce non inquantum est album: sed inquantum est amarum: et sic deinceps.

¶Considerandum vlterius est sexto fm phylosophum q̄ inter predictos terminos solū est ꝑmutatio. Quod sic ostendit phylosophus. Nam soluz quattuor modis possumus imaginari terminos mutatiōis. Uno modo ita q̄ vterqz terminorum sit affirmatiuus: vt si aliquid dicatur mutari ex albo in nigrū. Et hoc fm phylosophū est mutari de subiecto in subiectū. Secūdo modo ita q̄ vterqz terminorum sit negatiuus: vt si aliquid dicat mutari de nō albo ad nō nigruz. Et hoc esset mutari de nō subiecto in nō subiectuz fm phylosophū. Tertio modo ita q̄ fiat mutatio de termino affirmatiuo ad terminū negatiuuz: siue de subiecto in nō subiectū: vt si dicatur aliquid mutari de albo in nō albuz. Quarto modo ita q̄ fiat mutatio de termino negato ad terminū affirmatū siue de nō subiecto ad subiectū: vt si aliquid dicat permutari de non albo ad album. Sed secūdus modus nō potest dici: videlicet q̄ sit aliqua mutatio de nō subiecto in non subiectū siue de termino negato ad terminū affirmatū: cuius ratio phylosophi est talis. Mā omnis mutatio vel est inter cōtraria vel inter cōtradictoria. Sed terminus a quo negatus ⁊ terminus ad quē negatus nō ꝓtrariant neqz contradicūt: quia possunt verificari de eodem: q: multa sunt entia que neqz alba sunt neqz nigra. Ergo de nō subiecto in nō subiectuz nulla est permutatio. Et sic necesse est soluz tres esse permutationes in genere: duas: videlicet secundum ꝓtradictiones ⁊ vnā fm cōtrarietatez. ¶Ex quib⁹ infertur responsio ad quesitū: videlicet q̄ est aliqua mutatio de nō subiecto in subiectum siue de termino negato ad terminū affirmatū que dicit generatio. Et econuerso est aliqua mutatio de subiecto in nō subiectū siue de termino affirmato ad terminū negatū que dicit corruptio.

¶Uerūtamen duplex est generatio. Quedaz est substātialis: que dicit esse de nō ente simpliciter ⁊ terminat ad formā substantialem. Alia est generatio accidentalis que est de nō ente fm quid: ⁊ terminat ad formā accidentalem. Et similiter duplex est corruptio: cum tot modis dicatur vnum oppositorum sicut ⁊ reliquum: vt patet primo thopicorum.

Ad primū igit̄ dicendum q̄ omnis mutatio physica est de contrario in ꝓtrariū aut in medium: nō autem mutatio instantanea. Unde ibi cōmittit fallacia accidentis: arguendo ab inferiori ad superius distributiue. Licet enim valeat homo currit: ergo animal currit: nō tamē valet quilibet homo currit: ergo quodlibet animal currit: cum antecedēs possit esse verum ꝓnte exīte falso: vt de se pz. ¶Ad secundū dicendū q̄ nō ens ⁊ ens inter que est generatio: nō ꝓtradicunt si accipiant cum limitatione quadā: lz absolute loquēdo cōtradicant: quia nō ens quod est terminus a quo generationis: lz sit nō ens actu: est tamen ens in potentia. Et ens quod est terminus ad quē generationis dicitur ens actu. Ens autem in potentia ⁊ ens actu nō cōtradicunt cū vnū ordinet ad reliquū. Nō ens autez vniuersaliter ⁊ ens cōtradicunt. Generatio vero est aliquo modo ens cum sit via ad ens: vt disputatum est in quarto huius questione tertia articulo secūdo. ¶Ad tertium dicendū q̄ ly simpliciter in presenti accipit dupliciter. Uno modo vt distinguitur ꝓtra fm quid. Et sic generatio est de nō ente simpliciter: cum sit de ente in potentia siue de nō ente in actu. Alio modo accipit ly simpliciter vt idem est quod vniuersaliter. Et sic dicit nō ens simpliciter quod nullo modo est ens quantuz ad preexistentiaz actualez. Et isto modo sola creatio est de nō ente simpliciter: q: nihil presupponit. Non autē generatio. Unde ratio laborat grauiter in equinoco.

¶Sequitur in phylosopho ⁊ Doc. San. ibi. Si itaqz non ens ⁊c̄.

a **B secundū** sic procedit. Uidet q̄ mutatio q̄ est de non subiecto in subiectū que dicit generatio: nō fiat in instāti sed successiue: ⁊ per consequēs q̄ sit motꝰ. Nam vt supra habitū est in.10. huius queli/bet mutatio est inter terminos cōtrarios. Sed mutatio q̄ est de ꝓtrario in cōtrariuz est successiua: cum fiat trānitus ab vno extremo ad aliud per mediū: vt etiam in.10. huius patuit. Ergo quelibet mutatio est successiua: ⁊ p consequēs nulla fit in instanti. ¶Ꝑ 2°: Ut in hoc capitulo adducit phylosophus in qualibet mutatiōe requirūt quinqz: quorum vnū est tempus. Quilibet ergo mutatio fit in tēpore: ⁊ p cōsequens quelibet est successiua. ¶Ꝑ 3°. Mutationi de nō subiecto in subiectū cōuenit diffinitio ipsius motus: vt patet in.3°. physicoꝝ. Generatio enim que dicit talis mutatio est actus existentis in potētia fm q̄ huiusmodi. Est.n. actus generabilis inquantū generabile ē. Ergo talis mutatio est motus: ⁊ p cōsequens est successiua: quia motus sicut ⁊ tempus est de genere successiuorū ⁊ nō permanentiū. ¶Ꝑ 4°. Si talis mutatio que dicit generatio nō esset motus ꝑpie dictus: hoc esset q: subiectum generationis nō moueꝝ. Sed hoc est falsuz: q: illō mouet q̄ aliquid acquirit per mutationē. Sed subiectū generatiōis: videlicet mā per generationē acquirit aliquā formā substantialē quam prius nō habuit. Ergo materia mouetur. ¶Ꝑ 5°. Nullū agēs cuius substātia ⁊ in tempore: agit in non tempore: vt dicit actor libri de causis circa finem. Sed generantis substātia naturaliter est in tempore: ⁊ p cōsequens generatio mensurat tē pore. Ergo est successiua. ¶Ꝑ 6°. Si introductio forme substantialis in mā esset in instanti ⁊ nō successiua: sequeret q̄ accidens naturaliter esset sine subiecto. Sed consequens est manifeste falsuz. Ergo ⁊ antecedens. Proba/tio cōsequentie vt deducit hic Antonius Andree. Mā forma illa fm quā est alteratio precedēs talem introductionem si fundat in aliquo subiecto: hoc erit mediāte aliqua forma substātiali. Calor ergo precedens formā substātialem ignis introducendaz in aqua fundabit in materia aqē mediante aliqua forma substātiali. Queritur que sit illa. Nō enim mediāte forma aque: quia cū forma aque repugnat calori: magis est ratio corrūpendi calorem q̄ ipsuz causandi in materia aque. Nec etiā est ibi mediante forma ignis generanda: quia illa nūdum est. Accidens enim naturaliter posterius forma substantiali mediāte qua fundat in subiecto. Calor autez iste precedit formā ignis generandā. Ergo accidēs est sine subiecto. ¶Ꝑ 7°. Omnis forma que est actu extensa habens partē ⁊ partē in partē ducit successiue. Sed quelibet forma substātialis naturalis est extensa habens partez ⁊ partem. Ergo successiue introducit in materia. Et sic generatio est mutatio successiua. Probat minorē predictus Antonius Andree. Nam omnis forma que nō respicit materiā indiuisibiliter: extenditur ad extēsionē materie ⁊ habet partē extra partē. Sz quelibet forma substantialis naturalis est huiusmodi: vt patet p phylosophū in secūdo de anima: vbi dicit q̄ anima brutoruz diuidit ad diuisionem corporis: sicut inducit in animalibus anulosis: que diuisa in partes adhuc sentiunt partes ⁊ mouent. Et per consequens anima diuidit in eis. ¶Ꝑ 8°. Omnis forma que habet gradus essentiales intrinsecos fm quos suscipit magis ⁊ minus: successiue acquirit ⁊ nō subito: vt de se patet. Sed quelibet forma substantialis naturalis habet gradus essentiales intrinsecos fm quos suscipit magis ⁊ minus ⁊ intrinsecam diuisionē vt dicit predictus Antonius Andree in prima sua cōclusione q̄stionis vnice huius vndecimi libri. Ergo ⁊c̄. Minorem ꝓbat primo. Nam calidū intendit ⁊ remittitur: vt patet ad sensum. Ergo ⁊ ignis. Probatio consequētie. Nam causa naturali similiter se habēte causatuz est similiter se habens. Sed calor qui reperit in diuersis individuis ipsius ignis nō similiter se habet: sed vnus est intensior ⁊ alter remissior: vt etiaz de se pz. Ergo ignis qui est causa naturalis ipsi⁹ caloris nō similiter se habet: lz vnus est intensior q̄ alius. Maior huius ꝓbationis sic ꝓbat. Nam omnis causa naturalis agit quantū potest: ⁊ fm ex tremū sui posse. Et sic omnis causa eque pfecta causabit effectum eque perfectuz. Ergo a destructione cōsequētis effectu naturali nō eque pfecto existente ⁊ nō similiter se habente

habente: neq3 causa naturalis similiter se habebit. ¶Sz aliquis diceret q̄ diuersitas ista caloris in causato accidit ꝑpter cōtrarium agens ⁊ impediens actionē cause. ℔Nā ipse ignis quantuz est de se semper causaret calorē eque intensum. Sed qz impeditur per contrarium: ideo quā doq3 intensum q̄q3 remissum causat calorem. ¶Sed contra hoc arguit idem Antonius Andree. ℔Nam excluditur omne contrariū. ℔Patet q̄ individua ignis sibi derelicta non sunt eque calida: qz maior ignis calidior est paruo igne ceteris paribus: vt ad sensum pz. ¶Sed diceret quis aliter ad p̄dictam probationez: vt ipse recitat. Sz q̄ calor non causat ab igne effective. Sed ignis est in sola potentia passiua respectu caloris. predicta aūt ꝓpositio illius rationis habet veritatē solum in causis naturalibus effectiuis. ¶Contra hoc idē sic arguit. ℔Nam omnis potentia mere passiua est potentia p̄dictionis: vt patuit nono hui⁹. Sed ignis nō est in potentia p̄dictionis ad formam caloris. Aliter nō posset esse calidus ⁊ nō calidus. Ergo non in potentia mere passiua ē ad calorē. Ergo est eius causa effectiua. Et sic ratio in suo robore permanet. ¶P̄. 2°. In alteratione precedente corruptionem aque ab igne inducitur calor: vt de se pz. Ergo inducitur forma ignis. ℔Nō intense. Ergo remisse. Et sic idem qō prius. Sz q̄ forma substātialis nālis intendit ⁊ remittitur. ¶Probat prima ꝓsequentia primo. ℔Nam nullus proprium accidens potest esse sine forma ꝓprij subiecti. Unde fm pbz in 2° de anima duo corpora in aere vel aqua non tangunt se inuicem imediate: qz humiditas aeris vel aque non potest esse sine subiecto proprio. Sed calor est ꝓprium subiectū ignis: ⁊ maxime calor generatus in alteratione facta ab igne. ¶Probatur eadē consequentia 2° qz eadem ratione totus calor ignis posset esse in aqua absq3 forma ignis. Quod videtur omnino esse extra rationem. ¶Secunda ꝓsequentia eiusdez rationis sic probatur: qz due forme specifice repugnantes nō possunt eē in eadem mā fm esse intensum. Ergo ibi habent esse remissum: puta in proposito forma aque ⁊ forma ignis. ¶P̄. 3°. Omne quod permutatur partim est in termino a quo ⁊ partim in termino ad quem: ex. 6. physicoꝝ. vbi dicit Commentator q̄ hoc habet veritatem in quatuor generibus entis ⁊ per consequens in mutatiōe substantiali. Aliter non haberet veritatem nisi in tribus generibus entis. Tunc queritur ly partim ⁊ partim aut accipiuntur p̄o diuersitate forme fm quam est motus: aut fm diuersitatem subiecti q̄ō mouet. Si primū: habetur ꝓpositum: quia forma substantialis esset diuisibilis. Sed 2m: contra. Tum primo: qz propositio philosophi erit falsa. Nam sit illa vna pars nobilis. a. puta pedale. Illud ergo pedale permutatur. Et tamen fm te non est partim in vtroq3 termino sed in altero solum. Tum 2°. qz contingit aliquod totum simul alterari ex. 8. physicoꝝ ⁊ ex libro de sensu ⁊ sensato. Ergo in tali alteratione ly partim ⁊ partum non possunt sumi ex parte subiecti mobilis. Tum 3° q̄ tunc Aristotiles peteret idē quod nitit̄ ꝓbare. Ultn. ꝓbare q̄ omne mobile est diuisibile. Acciperet ergo id quod oportet ꝓbare. ℔Nam si mobile beat partem ⁊ partem: iam pz q̄ est diuisibile. ¶P̄. 4° Omnis perfectio que potest numerari aut inueniri in pluribus: maiorem perfectionem dicit in illis pluribus q̄z in vno fm Augu. in. 4. de trinitate capitulo primo. Sz forma substantialis ignis est numerabilis in pluribus individuis. Si ergo duo vt ita dixerim ignes iunganť ⁊ fiat vnus ignis quis debet ambigere quin iste vnus ignis perfectiorem ⁊ intensiorem formam habeat q̄z illi duo ex q̄ bus componitur seorsum sumpti. ℔Nam duo perfecta perfectius aliquid possunt: q̄z vnum tm̄ ceteris paribus. ¶P̄. 5°. Ubi est mino: repugnantia ⁊ maior: ibi est acquisitio termini velocius ⁊ tardius. Sed sic est de generatione substantie: qz in habentibus symbolum facilior ē transitus vt dicitur in 2° de generatione. Ergo acquisitio substantie per generationem erit in tempore. ¶P̄. 6°. Ubicunq3 est ꝑfectas: ibi est acgsitio alicuius in tpe. Sz vt patuit in. 10. huius in substantia est prima ꝑfectas que est causa ꝑfectatis alioꝝ. Ergo idem quod prius. ¶P̄. 7°. Si forma substantialis acquireretur in instanti: hoc esset qa est indiuisibilis. Sed hoc non potest dici: quia sic: sequeret q̄ aliqne forme accidentales crearent̄ in instanti: quia etiam figura est quid indiuisibile. ¶Ex quibus omnibus videtur aperte q̄ generatio que est mutatio de nō subiecto in subiectū fit motus ⁊ mutatio successiua vt ꝓpter argumenta adducta concludit Antoni⁹ Andree cum suis adherentibus. ¶Sed contra est philosophus circa finem huius capituli. ibi. Si itaq3 nō ens ⁊c. Lect. 5.

Respondeo dicendum q̄ neq3 generatio neq3 corruptio est motus proprie dictus: sed est mutatio instantanea. ℔Prima pars ꝓbatur sic fm pbm nam subiectuz motus ꝓprie dicti mouetur. Sed subiectuz generationis cum sit non ens non mouetur. Ergo ⁊c. ℔Probatio minoris. ℔Nam Iz nō ens in actu ens tamen simpliciter possit moueri: tamen non ens simpliciter quod dicitur subiectum generationis nō contingit moueri: qz quicquid mouetur per se est in aliquo loco. Sed non ens simpliciter idest fm substantiam nusq̄ est: qz locus soli corpori debet̄. Ergo non ens simpliciter non potest moueri motu physico. ¶Secunda pars sic ꝓbatur. s. q̄ generatio ⁊ corruptio est mutatio instantanea: qz nō ens generatur. Est enim generatio ꝓgressio de non ente ad ens: vt nunc supponitur. Ergo gnātio nō est motus: sed est mutatio instātanea. Et similis ratio est de corruptione: qz ipsi motui non cōtrariatur nisi quies vel motus. Sed generatio non est motus neq3 quies Ergo corruptio non est motus: cum generatio opponat corruptioni. ¶Considerandū autem est hic primo fm philosophuz q̄ oīs motus est aliqua permutatio. ℔Permutationes aūt soluz sunt tres. Due que sunt fm contradictionem. s. generatio ⁊ corruptio: non sunt motus: vt declarat hic philosophus. Ergo relinquitur q̄ sola illa mutatio que est de subiecto in subiectum sit motus. Et cum illa inter que est motus oporteat esse opposita: necesse est q̄ sint ꝓtraria vel intermedia. privatio enim ad cōtrarium reducit̄: qz privatio est prima contrarietas: vt in 10. huius ostensum est. Dicit aūt ꝓbus hic nigrū esse privationem non simplr̄ sed inq̄tuz defective participat naturam sui generis. Sz coloris. ¶Considerandū vlterius est 2° fm pbm q̄ non dicit̄ multipliciter. Est enim non ens ⁊ ens vnomō idem quod ens fm compositionem ⁊ diuisionez ꝓpositionis. Et hoc cum non sit in rebus sed in mente: non potest moueri. Alio mō dicitur ens fm q̄ ens diuidit̄ per actum ⁊ potentiam. Illud aūt quod est ens actu: ⁊ ens simplr̄. Quod vero est ens fm potentiā: non est ens simplr̄: fm q̄ in proposito sumitur simpliciter. ¶Cōsiderandū vlterius est 3° q̄ Antonius Andree ꝓpter argumenta ante in contrarium adducta putans ea esse demonstrationes concludit hic contra Docto. San. q̄ generatio quelibet est successiua ⁊ quelibet est motus proprie dictus. Sed hoc est cōtra pbm exp̄resse in p̄ti. capitulo: ⁊ similiter in. 5. physicoꝝ ⁊ in primo de generatione p̄sertim etiam in primo physicoꝝ vbi disputat contra antiquos pbos: vbi exp̄resse habet pro incōuenienti q̄ nulla sit mutatio instantanea que nō sit generatio aut corruptio. Baptizetur ergo illa. ¶Cōsiderandū vlterius est 4° q̄ ille opinator concedit hic q̄ ad substantiam est per se motus. Quod est contra philosophum 5. physicoꝝ: ⁊ exp̄resse hic in capitulo sequenti: vbi philosophus dicit q̄ soluz ad tria genera est per se motus. vz ad quantitatem qualitatem ⁊ ad vbi. Dicit etiaz predictus opinator q̄ generatio substantialis non differt ab aliqua alia mutatione accidentali per successiuum ⁊ instantaneum: sed penes terminos tm̄. Dicit etiam vt pz per argumenta sua adducta q̄ forma substantialis habet intrinsecos gradus fm quos suscipit magis ⁊ minus: ⁊ q̄ habet latitudinem essentialē in se. Ab huiusmodi etiaz positione non remouet nisi animam rationalem: sed omnes alias formas naturales ⁊ etiam omnes animas bru- Lect. 12. Lect. 3.

torum dicit esse diuisibiles partem habentes post partē. propter rationes dictas: que tñ nihil cōcludunt: vt infra patebit dum earū solutiones adducentur. ¶Contra hāc ergo eius positionem sic primo arguitur. Nam philosophus in p̄dicamentis: ⁊ actor. sex principioꝝ dicunt expſe q̄ ſba non ſuſcipit magis neq; minus. Ergo poſitio falſa. ¶Sed ad hoc nititur reſpondere dicens q̄ dictū pbi ⁊ actoris ſex principioꝝ veritatem habet quantum ad eē ſpecificū. Sed tamen ſuſcipit magis ⁊ minus q; habet gradus indiuiduales eſſentiales ſm quos poteſt intrinſece participari ſm magis ⁊ minus. ¶Contra. Omnis forma ſuſcipiēs magis ⁊ minus ſuſcipit per gradus qui ſunt modi intrinſeci per ipſum in octauo huius. q. 3. modi dico intrinſeci ipſius indiuidui. Et quelibet forma ſpecifica eſt indiuiſibilis quantū ad gradum ſpecificū vt dicit ibidem. Sequitur ergo q̄ ſi predicta ſolutio ſit valida: q̄ nō erit aſſignanda ratio quare Ariſtotiles negauit de ſubſtantia q̄ ſuſcipit magis ⁊ minus: de qualitate vero affirmauit. ¶P̄. 2°. Suſcipere magis ⁊ min⁹ eſt aliquid intendi ⁊ remitti in ſuo ꝓpꝛio eſſe ſpecifico: vt patet per actorē ſex principiorum ſicut etiam patuit in octauo huius. q. 4. ar. 5. ⁊ 6. ⁊ 7. Sed nulla forma ſubſtantialis pōt intendi ⁊ remitti ſm ſuum eſſe ſpecificum: cuius eſſe in indiuiſibili cōſiſtat: vt dicit princeps ſeptimo ⁊ nono huius. Ergo forma ſubſtantialis non poteſt intēdi ⁊ remitti nec ſuſcipere magis ⁊ minus. Et ſic non acquiritur per motum. ¶P̄. 3°. Si ſit materia diſpoſita vltima diſpoſitione que vocatur neceſſitas: queritꝛ an neceſſario introducat forma tota in primo inſtāti introductionis: aut in illo inſtanti introducat vna pars ⁊ in alio alia pars. Si primum: habetur intentum. vz q̄ non introducitur per motū ⁊ ſucceſſiue. Si dicatur 2m: ſequitur primo cum inter quelibz duo inſtantia mediet tempus ſm
Lect.1. principem in. 6. phyſicorum q̄ in aliquo tēpore erit materia abſq; forma. vz in illo tempore medio. Sequitꝛ 2° q̄ talis forma accidentaliter erit diuiſibilis. Sequitur 3° q̄ anima etiam brutoꝝ non erit tota in toto iam diſpoſito vltima diſpoſitione. ¶P̄. 4°. Introductio luminis in aere ēt ſm p̄dictū opinatorē: ⁊ vt ad ſenſuz p̄z fit ſubito. Et hoc ideo: q; aer ē diſpoſitus vltima diſpoſitione ad ſuſceptionē luminis. Quādo ergo materia eſt diſpoſita vltima diſpoſitione ad ſuſceptionem forme ſubſtantialis: illo tunc introducetur ſubito in ea forma ſubſtātialis Talis autem introductio vocatur generatio. ¶Sed ad hoc nititur reſpondere q; aer de ſe eſt diſpoſitus. Materia vō de ſe non eſt diſpoſita ad ſuſceptionem forme ſubſtantialis: ſed requiritur diſpoſitio que non fit ſubito. ¶Contra. Nam talis diſpoſitio fit per alterationem: vt p̄z primo de generatione: que alteratio eſt motus phyſicus ⁊ ſucceſſiuus. Sed generatio in propoſito accipitur ꝓ introductione forme in materia totaliter diſpoſita vltima diſpoſitione: ſm q̄ generatio diſtinguitur cōtra alterationem. Ergo reſponſio illa nulla eſt: licet generatio p̄ſupponat alterationem. ¶P̄. 2°. Introductio luminis in aere ſereno que vocat illumiatio: dicitur eſſe mutatio Non autem eſt augmentatio aut diminutio neq; alteratio aut loci mutatio vt ex ſe p̄z: ſm q̄ predicti opinatoris ſcola concedit. Ergo aliqua generatio fit in inſtanti ⁊ non ſucceſſiue. ¶Si autem dicatur q̄ talis illuminatio eſt generatio accidentalis ⁊ nō ſubſtantialis de qua fit in preſenti diſputatio. ¶Contra. Nam phyloſophus hic ponit duas generationes: ſicut ⁊ in primo de generatione: quarum vnam vocat generationez ſm quid que dicitur generatio accidentalis que terminatur ad formaz accidentalem. Si ergo generatio accidentalis que terminatur ad formā accidentalez fiat ſubito: a fortiori generatio ſubſtantialis fiet ſubito que nō eſt minus indiuiſibilis q̄z forma accidentalis p̄ſertuz iꝑ lumen: q; lumen poteſt intendi ⁊ remitti: vt etiaz ab aduerſario conceditur. Ergo reſpōſio nulla. ¶P̄. 2°. Si generatio eſſet ſucceſſiua: ſequeretur q̄ generatio eſſet motus. Sed conſequens eſt
Lect.2. contra phyloſophum hic ⁊ .5°. phyſicorum q; ſubiectum motus eſt quod mouetur. Subiectum aūt generationis non generatur: vt p̄z hic per phyloſophuz. Dicit etiam primo phyſicorum q̄ materia que eſt ſubiectum generationis: eſt ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. Conſequentia p̄z: q; motus ⁊ mutatio dicuntur differre penes ſucceſſiuū ⁊ inſtantaneum: vt p̄z hic ⁊ .5. phyſicorum: ⁊ ſm Commentatorem ibidem. Ergo nō. ¶Sed ad hoc dicit q̄ generatio ⁊ motus non diſtinguuntur penes ſucceſſiuum ⁊ inſtantaneum: q; Ariſtotiles vt dicit collocat. 5. phyſicorum generationem ſub mutatione que eſt a non albo in album. Sed conſtat q̄ talis mutatio eſt alteratio que eſt ſucceſſiua nullo diſcrepante. ¶Contra. Illas mutationes diſtinguuntur aut per terminos aut per momentaneum ⁊ ſucceſſiuum. Sed conſtat q̄ mutatio de nō albo ad album que ibi dicitur generatio vt ipſe dicit ⁊ mutatio de non albo ad album que ſm ipſum etiam dicitur alteratio nō diſtinguuntur ſm terminos vt de ſe p̄z: cuz terminus a quo vtrobiq; ſit non album ⁊ terminus ad quem ſit album. Relinquitur ergo q̄ diſtinguuntur penes ſucceſſiuum ⁊ momentaneum. ¶Hec valet dicere contra ypotheſim. Fit enim nunc diſputatio de generatione ſm q̄ diſtinguit ab alteratione. ¶P̄. 2°. Talis generatio licet ſit generatio ſm quid ſine accidentalis: ſit tamen in inſtanti licet ad eam cōcomitetur alteratio ſucceſſiua ⁊ ad eam antecedat. Quod ſic patet. Nam alteratio motus nō eſt niſi quidam fluxus forme ab imperfecto ad perfectum ſine a minus perfecto ad magis perfectuz vt patet ſm phyloſophum ⁊ Commentatorem. 5. phyſicorum. Sed ante q̄z talis forma ſic fluat: oportet q̄ ſit introducta in mobili ſm aliquod eſſe imperfectum. Talis autem introductio in materia diſpoſita vltima ⁊ perfecta diſpoſitione cum non ſit aſſignanda cauſa illius ſucceſſionis. Sed talis introductio dicitur generatio. Quod vō materia diſponitur vltima ⁊ perfecta diſpoſitiōe hoc fit ſucceſſiue per alterationem precedentem illius forme introductionem. Inde eſt q̄ phyloſophus dicit q̄ alteratio eſt mutatio de ſubiecto in ſubiectum ſine de termino affirmato in terminum affirmatum. Generatio vō eſt mutatio de termino negato ad terminuz affirmati. Verbi gratia ad hoc q̄ inducatur caliditas in aliquo ſubiecto materia frigida prius diſponitur ad introductionem caliditatis per alterationez. Unde talis alteratio dicitur eſſe de frigido in calidum. Quando vō talis materia eſt perfecte ⁊ ſufficienter diſpoſita in toto tempore precedente ipſum inſtans introductionis caliditatis: tunc in illo inſtāti remouetur frigiditas ⁊ amodo non eſt: ⁊ introducitur caliditas. Unde talis introductio dicitur generatio a non calido ad calidum ⁊ non a frigido: cum in illo inſtanti frigiditas non ſit. ¶P̄. 3°. Si generatio eſſet ſucceſſiua: aut talis ſucceſſio eſſet ex parte forme: aut ex parte materie. Materia autem eſt que in generatione ſubijcit: forma vero que per talem generationem acquiritur. Non ex parte materie: q; ipſa eſt indiuiſibilis. Neq; ex parte forme: cum forma ſit ſimplex ⁊ inuariabilis ſm ſex principiatorem. Forma etiam ſe habet ſicut numerus. Sicut ergo in numero non poteſt aliquid addi vel minui niſi varietur ſpecies numeri: ita neq; forme ſubſtantialis poteſt ſucceſſiue aliquid addi vel remoueri ab ea eadem ſpecie remanente. Sed ad hoc dicit q̄ talis ſucceſſio poteſt prouenire ex parte vtriuſq;. Et licet materia de ſe ſit indiuiſibilis: tamen eſt diuiſibilis per accidens ratione quantitatis. Licet etiam forma ſm eſſe ſpecificum vt ipſe dicit ſit inuariabilis atq; indiuiſibilis: vt intelligit principes ⁊ ſimiliter ſex principiatos: tamen habet gradus indiuiduales eſſentiales: ſm quos poteſt intrinſece partiri diuiduales eſſentiales: ſm quos poteſt intrinſece materia ¶Contra. Nam talis quantitas ratione cuius materia dicitur per accidens diuiſibilis aut in primo ſigno introductionis forme remanet eadem in numero indiuiduali aut non. Si primum: ſequitur q̄ forma ſubſtantialis adueniet enti in actu: Et ſic erit forma accidentalis. Sequitur etiam q̄ compoſitio ſecunda que dicitur accidentalis precedet

precedet cõpositionẽ primã que dicit substãtialis. Et sic ex introductione forme substantialis non fiet vnum per se. Quod est contra physosophũ in .2°. de anima: fm q deductum est supra cum de pluralitate formaruz disputaretur in .7. hui⁹. q. 24. ar. 4. Et in .5. huius. q. 27. ar. 2. ostensuz est q forme substantiali nõ conuenit modus totalitatis fm quantitatem. Si autem dicatur fm: vz talis quantitas in illo signo non remanet eadem in numero in diuiduali sed corrumpitur: sequitur q in tali signo materia non est diuisibilis ratione quantitatis. ¶ P. 2°. Secundum Lõmentatorem in 4° physicorum capitulo de vacuo successio in motu vel est ex resistentia mobilis ad motorem vel medij ad mobile. Sed in generatione fm q distinguitur contra alterationem puiam aut concomitantem vt nunc fit de ea sermo non potest dari primuz: q: mobile est ipsa materia que non habet de se vnde resistat cum forma vniatur materie summe & vltimo disposite. Neqz etiam potest dari 2m: q: nullum est medium in generatione. Tum q: forma immediate vnitur materie. Unde in 2° de aĩa dicitur q nõ oportet querere causa vnionis forme cum materia: neqz querenda est causa quare ex ipsis fit vnum. Tum etiam q: termini generationis sunt contradictorij. s. esse & non esse: vt dicit hic physosophus & in 5° physicorum. Similiter & Lõmentator in eodez quinto. Si ergo talis successio esset ex parte medij: tunc inter contradictoria esset dare medium. Quod est contra physosophum & Lõmentatorem in 4° huius & in .10. huius. q. 7. ar. primo & in 4° huius. q. 8. ar. 2. vt ibidem disputatum est. ¶ Sed ad hoc dicit q talis successio prouenit ratione vtriusqz. Et licet materia fm se non habeat vnde resistat: sed tamen: vt est sub forma & dispositione contraria forme introducẽde habet vnde resistat generanti. Et sic est ibi resistentia mobilis ad motorem. Et est etiã ibi resistentia medij ad mobile pro ut dispositio contraria tenet locum medii. Et licet forma vniatur materie immediate corrupta prima forma: tamen prius ex natura rei corrumpitur prima q̃ secũda introducatur. Et tale prius mediat inter formam & formã. Termini etiam generationis non sunt contradictorii: sed priuatiue oppositi. Aristotiles vero per esse & non esse intelligit priuationem & habitũ. Nec ille. ¶ Contra. Naz quando fit generatio accipiendo generationem fm q distinguitur contra alterationem precisam aut concomitantem: vt accipit hic Doc. San. materia est dispositia vltima dispositione ad introductionem forme: que existens sub tali dispositione nõ resistit generanti: ymo talis dispositio necessitat vt forma introducat. Inde est q talis dispositio vltima vocatur necessitas. Talis etiam dispositio non contrariatur forme: sed est via ad ipsam. Unde in ipso generari nulla est resistentia ex parte materie sic disposite. Talis etiam dispositio non tenet locum medii: q: vt dictum est non contrariatur forme introducende. ¶ Et quia dicit q forma vnitur materie immediate corrupta forma precisa: ideo habetur intentum: quia hic loquitur Doct. San. de generatione pro introductione forme in materia vltimo disposita. Sed talis introductio nõ fit nisi corrupta forma prima. Sequitur ergo q ibi nullus est medium. ¶ Et quando dicit q prius ex natura rei corrumpitur &. Hoc est contra physosophũ in .6. physicoz & primo de generatione: quia inter prius quodcunqz & posterius in motu mediat motus: sicut etiam inter prius quodcunqz & posterius in tempore mediat tempus. Inter enim quecunqz duo nunc vt dicit physosophus mediat tempus. Si ergo forma abicienda prius corrumpatur: & postea secluſa quacũqz operatione intellectus ex natura rei & physice loquendo generetur forma introducẽda: sequitur q in illo tempore medio materia erit absqz forma naturaliter. Quod est etiam contra seipsuz in septimo huius. q. 17. & contra omnes physosophantes. Quando etiam subiungit q illud prius mediat inter formam & formaz: queritur quid sit illud prius. Si enim nihil sit: tunc ibi nullum erit medium. Si autẽ sit aliquid: aut est

Lect. 1.

Lect. 1.

Lect. 8.

ſba. Quod fm scolam eius propriam est absurdum. Aut est accidens. Si igitur est accidẽs: queritur in quo sit subiective: & quid sit illud ratione cuius ipsum prius quod ipse ponit esse mediũ resistit mobili vel motori. ¶ Medium etiaz est in quod ꝓmo permutatur id quod permutatur q̃ in extremum: vt patuit in .10. huius fm physoLect. 10.
phum. Oportebit ergo q illud quod generatur ꝓus permutetur ad ipsum prius quod ipse dicit esse medium.
¶ Sequitur etiam q ipsum prius medium participet ambo extrema. s. formam & formam: quia mediũ inter extrema participat aliquid de vtroqz extremoꝝ: vt
etiam dicit physosophus in .10. huius. Quando etiã subLect. 10.
iungit q falsum est dicere terminos generationis esse cõtradictorios expresse concedit Aristotilem falsum dixisse & Lõmentatorem: cũ sepius hoc dicant. Tenendo ergo Aristotilem & Lõmentatorem vt in libris physicoruz libro. .q. .ar. .ad longum deductuz est: necesse est dicere q generatio ꝑprie accepta non est motus successiuus: sed est mutatio instantanea. ¶ Considerandus tamẽ vlterius est 5° vt superius sepe dictum est q generatio potest accipi dupliciter. Uno mõ pro introductione forme substantialis & pro alteratione simul fm quam materia disponitur. Et isto modo etiã generatio substantialis fm Docto. San. est mutatio successiua. Alio modo accipitur generatio ꝑprie. vz solum pro ipsa introductione forme substantialis in materia summe & vltimarim disposita: fm q distinguitur contra alterationem & contra alias species motus. Et isto mõ vt vult hic phus generatio non est motus neqz mutatio successiua: sed est mutatio instantanea. ¶ Per quam distinctionem rationes pro vtraqz parte de facili possunt solui.

Ad primum igitur dicendũ q physosph⁹ accipit ibi contrarietatem fm q se extendit ad omnẽ oppositionem vt quidam dicunt Sed accipiendo ꝓtrarietatem ꝓprie: tũc accipit ibi generationem primo mõ & nõ 2° modo iam exposito in vltimo notabili. ¶ Ad scdm dicendũ q physosophus loqtur ibi de mutatione stricte eam accipiendo vz pro mutatione que dicitur motus physicus que dicitur motus successiuus & non pro generatione & corruptione. Diuiditur aũt mutatio in mutationem & motũ: sicut in primo thopycoꝝ ꝑpium diuiditur in ꝑpium & diffinitionẽ: & similiter quantũ diuiditur inquantuz & quotũ. Et est vniuersalis regula thopyca q quãdo vni membroꝝ diuidentium non est nomen impositũ: tunc nominatur nomine diuisi. Uel dicenduz q. Accipitur etiam ibi tẽpus a physosopho non solũ pro mensura durationis rei temporalis: sed etiam vt se extendit ad principiuz temporis. vz ad ipsum instans siue ad ipsum nunc. Et illo mõ potest concedi q generatio fit in tẽpore. i. in ꝓncipio temporis partes eius continuante. ¶ Ad tertiũ dicendũ q in tertio physicoruz diffinitur motus in cõmuni fm q se extendit ad quãlibet mutationem. Non autem accipitur motus ꝑprie ibi. vz pro motu physico fm q ponitur speciLect. 3.
es quantitatis continue a põo in 5° huius. ¶ Ad quartũ dicendum q materia que est subiectum generationis licet acquirat formam nõ tamen ꝓprie mouetur accipiẽdo motum ꝑprie imõ iam exposito: q: id quod mouetur fm talem motũ ꝑprie dictum est ens in actu substantiali: licet sit in potentia ad actũ siue ad formam accidentalẽ
¶ Ad quintũ dicendum q nullũ agens cuius substantia est in tempore agit in non tẽpore accipiendo actionem ꝑprie. s. que fit cũ transmutatione naturali. Non tamen est inconueniens q agat in non tẽpore fm q tempus distinguitur contra instans tẽporis accipiendo actionem large s. non pro actione que est cum trãsmutatione materie sed pro quacunqz introductione forme: vt dictũ est de illuminatione aeris sereni a sole. ¶ Ad sextum dicenduz negando consequentiã. Et ad eius probationem dicenduz q talis calor suscipitur in aqua ab igne mediante forma substantiali ipsius aque. Que forma substantialis lz mediante frigiditate repugnet calori: tamen non potest esse

causa cōruptionis caloris ignis super excedētis. Unde non oportet q̄ ibi sit accidens sine subiecto. ¶Et mirabile satis est q̄ similia argumenta tantus vir adduxerit pro demōstrationibus: cum nihil concludant. Ad sensum.n.apparet q̄ ab igne introducit calor in aq̄ que de se est frigida: ⁊ fundatur in ea calor mediante forma substantiali aque. Querere aūt rationem vbi sensus viget: infirmitas est intellectus. ¶Ad septimum dicendum q̄ maior cum sit vniuersalis est falsa: quia quantitas dimensiua in introductione forme substantialis in qua ſm philosophum fit resolutio, vsq̄ ad mām primam introducit in materia vltimatum disposita in instanti: ⁊ non successiue etiā ſm ipsum opinatorem. Et tamen talis forma est extensa. Minor etiā non solum est falsa: sed falsissima: q̄ diuisibilitas extensionis alicuius forme non arguit diuisibilitatem gradualem intensionis. Unde nouelli logyzantes solent dicere ⁊ bene: q̄ ly vna quantitas sit maior altera: non tamen est magis quantitas. Aliud est.n.suscipere maius et minus extensiue: ⁊ aliud est suscipere magis ⁊ minus intensiue. Mira res. Unde valet ista consequentia. Sanson est maior homo q̄ pygmeus. Ergo ē magis homo. ¶Et illud quod adducit de anima animalis anulosi nihil est: quia licet ſm ipsum talis forma sit extensa: tamen non dicitur intēsior vel remissior in vna parte q̄ in altera. ¶Et dum subiungit q̄ diuiso tali animali tūc dimidiet anima tanq̄ in partes integrales: hoc etiaz est falsissimum. Nam in corpore talis animalis est vna anima in actu: ⁊ sunt ibi plures anime in potētia: que potētia potest reduci in actum per vnicū actum dimidientis si debite fiat diuisio: sicut si portet vna aqua in actu in vno magno vase que sit magne quantitatis: erit actu vna forma substantialis in tali aqua. Sed si vna pars aque separet a tota aqua: erit ibi vna nona forma substantialis in illa aqua in actu: que prius erat ibi in potentia: nō aūt est pars forme totalis aque. Et inde est q̄ in animalibus iperfectis pōt fieri reductio potentie ad actū per vnicum actū: non aūt in animalibus pfectis: quia animalia perfecta requirunt debitā ⁊ pportionatam ⁊ maiorē organizationem vt introducatur anima: sicut in.7.huius.q.24.ar.6.ostēsuz est. ¶Sed etiā dato q̄ anima animalis anulosi esset diuisibilis in partes: non sequitur: q̄ ergo quelibet forma substantialis naturalis sit diuisibilis seu q̄ habeat partem ⁊ partem. Arguitur enim ibi ab inferiori ad suū superius cum distributione superioris. Ac si argueret sic. Homo currit. Ergo quilibet hō currit. ¶Ad octauum dicendum q̄ idem ignis vno ⁊ eodem mō se habens inducit equalem effectum in materia eadem pportionabiliter per se. Sed si vna materia combustibilis sit maior ⁊ altera minor: ratione subiecti vnus ignis erit calidior q̄ alius. ¶Ergo forma substātialis vnius ignis erit magis forma q̄ forma alterius: non valet ꝯsequentia. ¶Ad nonum ⁊ ad decimū dicendū q̄ nihil sunt ad ꝓpositum: q̄ procedunt contra solutiones ab eo positas quas solutiones nos admittimus. ¶Ad vndecimū dicendum negando primam cōsequentiam. Et ad pbationem dicendum q̄ quilibet calor absolute loquendo non est ꝓpria passio ignis: cum in alijs rebus possit inueniri calor sine forma substantiali ignis. Et hoc quod adducit ſm philosophum. vz q̄ duo corpora si sint i aqua vel in aere nō possunt se tangere: hoc ideo est vt dicit hic dominus Antonius archyepiscopus q̄ si aliqua sint in medio illorum corporum cū talia sint corpora subtilia subintrant: ⁊ sic illa corpora sunt humectata ab eis. Non tamē oportet q̄ si aliquis stet prope ignem ⁊ caleſiat in manu ab igne q̄ existente calore nouo in aere ⁊ in manu sit ibi forma substantialis ignis nouа. Et sic auctoritas pht ab aduersario adducta nihil est ad propositum. ¶Ad duodecimū dicendum q̄ philosophus loquit ibidem de permutatione physica que dicitur motus successiuus: ⁊ non de generatione aut corruptione. Unde ratio illa nihil est ad propositū: sed falsum presupponit. ¶Ad decimūtertiuz dicendum q̄ ipse vehementissime petit principium. Dato enim q̄ ex duobus partialibus aut paruis vt ita loquamur ignibus fiat maior ignis extensiue: non propter hoc sequitur q̄ ille erit magis ignis intensiue. Querilis est enim hec argumentatio. In equo magno totaliter albo est maior albedo q̄ in parvo lapide precioso. Ergo in illo equo est albedo intensior. Non valet illa consequētia. Unde non sine causa pht superius in hoc vndecimo libro ⁊ in 2° elenchorum dicit q̄ fallacia accidentis decipit etiam peritos viros. ¶Motus etiam nō est intēsionis ne extensionis forme accidentalis: sed ratione intēsionis eius. Unde in minima albedine quantū ad extensionem potest esse motus intensissimus vt pz 6° physicorum. ¶Ad decimūquartū dicendū q̄ cā quare in elementis symbolū habentibus sit facilior transitus: est ratione cōtrarietatis qualitatum ipsorum elementorum: ⁊ nō ratione forme substantialis ipsorum. Elementa.n.illa dicuntur habere symbolū: que in vna qualitate conueniūt: ⁊ in altera differunt: sicut ignis ⁊ aer: aqua ⁊ terra: ⁊ similiter aer ⁊ aqua. Aer enim est calidus: similiter ⁊ ignis. Sed aer est humidus: ignis vō siccus. Aer etiam est humidus: similiter ⁊ aqua. Sed aer est calidus aqua vō frigida. Terra etiā est frigida: similiter ⁊ aqua. Sed terra est ficca: aqua vō humida. Terra etiaz est ficca: similiter ⁊ ignis. Sed terra ē frigida: ignis vō calida. Unde dicunt habere symboluz quantum ad qualitates in quibus conueniunt. Sed illa elementa que repugnant quantum ad ambas qualitates: sicut ignis ⁊ aqua aer ⁊ terra: non habent symboluz. Ex quo pz q̄ talis resistentia non est ex parte formarum substantialium: sed accidētalium. Unde ratio illa nulla est. ¶Ad alia duo argumenta pz solutio ex dictis in .notabili. Licet enim in substantia sit contrarietas accipiendo cōtrarietatem large: non tamen ꝓprie Alique etiam forme accidentales in instanti acquirūtur in subiecto ⁊ non successiue vt dictuz est in .notabili. Unde idem opinator accipit pro inconueniēti quod nō inconueniens est sed necessarium: vt ex dictis pz.

¶Questio vltima. De Recollectione eorum que ad ducit phūs hic circa diuisionez entis qua dividitur in decem predicamenta: ostendendo ad que predicamenta sit per se motus ⁊ ad que non: cum quibusdam que pertinent ad notitiam motus.

Ltimo in capitulo finali tertij tractatus huius libri vndecimi considerandū est ad que predicamenta ⁊ ad que non sit per se motus: ⁊ de quibusdam que pertinent ad notificationem motus: vt in 5° physicorum determinatū est.

¶Circa quod querūtur duo. ¶Primo Utrum solum sit per se motus. ¶Secundo Utruz ea que hic phūs recolligit ad notificationem motus sint vera.

¶Sequitur in phō ⁊ Doctor. San. ibi. Si igitur ꝓdicamenta diuisa sunt ⁊c. ⁊ est Lectio.12.

Primum sic procedit. Uidetur q̄ non solum ad hec tria predicamenta. vz ad quantitatem ⁊ ad qualitatem ⁊ vbi fit per se motus. Nam ad illa predicamenta in quibus est contrarietas: est per se motus vt hic concedit phūs ⁊ in 5° physicorum. Sed in actione ⁊ passione est contrarietas vt patet per septimum Ethicorum. Ergo ad actionē ⁊ passionez est per se motus. ¶Ad primum. Licet in quantitate non sit contrarietas ſm eundem intellectum in predicamentis. Ergo in quantitate nō est per se motus. ¶Sed dicebat q̄ ly in quantitate non sit cōtrarietas ꝓprissime sumpta

Respondeo dōm q̄ vt hic adducit Doc. S. bonū qō ē finis alicui⁹ ē duplex. Est. n. finis extrinsecus ab eo qō ē ad finē: sic locus dr̄ finis ei⁹ qō mouet̄ ad locū. Alt⁹ ē finis itrinsecus: sic forma ē finis ei⁹ qō mouet̄ ad locū. Alt⁹ ē finis itrinsecus: sic forma ē finis ḡnōis ⁊ alterati⁹: ⁊ forma iā adepta ē bonū qō dā itrinsecū ei⁹ cui⁹ ē forma. forma āt alicui⁹ toti⁹ quod ē vnū p ordinationē quādā ptiū ē ordo ipsi⁹. Vñ relinquit̄ q̄ sit bo^m ei⁹. Querit ergo phus vtrū nā toti⁹ vniuersi bēat bo^m ⁊ optimū. i. finē ꝓpriū q̄si aliud sepatū a se vt alicui⁹ rei nālis ē forma sua. Quā q̄stionē solui phus oñdēdo q̄ nā toti⁹ vniuersi hz bo^m sepatū ⁊ bo^m ordinis. Nā ē aliqō bonū sepatum qō est p^m mouēs ex quo depēdet celū ⁊ tota nā sicut ex fine ⁊ bono appetibili: vt supra oñē sum ē. Et q: oīa quoz vn⁹ ē finis opz q̄ ī ordine ad finez cōicent: ideo ncc̄e est ēt q̄ ī ptib⁹ vniuersi sit ⁊ bonū sepatū ⁊ bonū ordinis. Qō ēclarat p quādā filitudinē ō exercitu. Nā bonum exercitus est in ipso ordine exercitus ⁊ ī duce q exercitui p̄sidet. Sz magis ē bo^m exercitus ī duce: q̄ in ordine ptiū: q: finis potio: ē ī bonitate hijs q̄ sūt ad finē. Ordo āt exercitus est pp finē ducis ad implendū ducis. s. voluntatem in victorie ꝓsecutione. Sz non ego bonū ducis est pp bonū ordinis. Et q: ratio eoz q̄ sūt ad finē sumit̄ ex fine: iō ncc̄e est q̄ nō solū ordo exercitus sit a duce: sz ēt q̄ bonū ducis sit meli⁹ bono ordinis. Et ideo sicut bo^m ducis est meli⁹ bono ordinis: ita etiā bo^m sepatum. vz p^m mouēs est meli⁹ bonuz bono ordinis quod ē in vniuerso. Eius. n. ordo vniuersi est pp p^m mouēs: vt. s. explicit̄ in vniuerso ordinato. id qō est in intellectu ⁊ voluntate primi mouētis. Unde opz q̄ a p^mo mouēte sit totalitate primi mouētis. Unde opz q̄ a p^mo mouēte sit tota ordinatio vniuersi. Hec oīa Doc. S. formalr̄: fm sniaz phi. Que oīa breuiter sic sumari p̄nt. Nāz sicut hz nā totius exercitus ad suū bo^m ⁊ finē: ita se hz nā totius vniuersi ad suum optimum ⁊ finē. Sed totius exercitus nō solum hz finē intrinsecuz. vz. ordinē ptiū ad totū exercitū hz ēt hz finē extrinsecuz. vz ducē cui⁹ voluntate ordinat̄ exercitus. Ergo nā toti⁹ vniuersi ordinat̄ ad bonū itrinsecum. vz ad p^m mouēs: qō de⁹ est cui⁹ intellectu ⁊ voluntate nā toti⁹ vniuersi ꝓstructa est. ¶Cōsiderādum āt est hic p̄o fm phm q̄ oīa que sunt in vniuerso aliquo modo ordinant̄. Sed nō silr̄ oīa hñt ordinē. vz aialia pisces volatilia plāte ⁊ reliqua. Et tñ hz non sint eodē modo ordinata: nō ita se hñt q̄ vnū eoz nō aliqualiter ptineat ad aliud: imo inter ea ē aliqua affinitas ⁊ ordo. Plante. n. sunt pp aialia: sicut alia pp hoīes. Quod āt oīa que sunt ī vniuerso sint ordinata adinicez: pz ex hoc q̄ omnia simul ordinant̄ ad vnum finē. Sz q̄ oia nō sint similiter ordinata: phus manifestat p quoddā exēplū. Nā in aliqua domo vel in aliqua ordinata familia inueniunt̄ diuersi gradus. vz gradus filioz: gradus seruoz: ⁊ gradus bestiaz que seruiunt in domo: vt canes equi ⁊ similia aialia. Sz hij grad⁹ diuersimode se hñt ad ordinē domus q̄ ponit̄ a patrefamilias gubernatore domus. Filijs āt ñ ꝓpetit vt faciāt aliqd cāualiter ⁊ fine

ꝛ sine ordine: ſz oĩa aut plura eorum que faciunt ordinata sunt. Sic ãt non est de ſuis ꝛ beſtijs: qꝛ parũ ꝓticipãt de ordine. Uñ multũ ꝟuenit̃ in eis qđ casualr̃ accidit. Et hoc ıõ qꝛ paruã affinitatem hñt ad rectorẽz dom⁹ qui intẽdit bonuz cõe. Sic ẽt in toto vniuerſo ita diuerſi gradus ordinis repiunt̃. ¶Conſiderãdũ vlteri⁹ ẽ 2° ſz Doc. S. ꝛ elicitiue ex pho in lra q ordo duo regrit. ſ. ordinatorũ distinctionẽ ꝛ ſua cõicãtia distinctorũ ad totuz. Quãtum ad pm̃ ideficiẽter est ordo ĩ oib⁹ q̃ sunt in vniuerſo. ſz q̃tũ ad ſcõm est qđ̃ ordo indeficiẽter in aliqb⁹ q̃ sunt ſuprema ꝛ prima p° prin°. sicut ſbe ſepate ꝛ corpora celestia in qb⁹ nihil accidit casualr̃ ꝓter nãm. In aliqb⁹ ãt deficit. ſ. ĩ corpozib⁹ corruptibilib⁹ in qbus ĩterdum aliqd accidit casu ꝓter naturã: ꝛ hoc pp remotionẽ a p° prin° ſp eodẽ° ſe hñte. ¶Dec ille. Uñ manifestuz est qꝛ vnaqueq̃ res nãlis ordinat̃ ad bonuz cõe ſm ſuã actionez debitã ꝛ nãlẽ. Uñ illa que nunq̃ deficiunt a ſua actiõe ỏbita ꝛ nãli hñt oĩa cõicantia ſua ad totuz. Illa vo q̃ aliqñ deficiunt ab actiõe debita ꝛ nãli: non hñt oĩa ſua cõicãtia ad totuz: ſicut ſunt iſta iferioꝛa: ız hẽant ordinatorũ distinctionẽ vt dictũ est. ¶Conſiderãdũ vlteri⁹ est 3° ſm Doc. S. in p⁹ pte. q. 48 ar. 2. in corpe qꝛ pfectio vniuerſi regrit ineq̃litatẽ eẽ in rebus: vt oĩs bonitatis gradus ỹpleat̃. Eſt ãt vnus gradus bonitatis vt aliqd ita bonuz ſit: qꝛ nũq̃ deficere poſſit. Alius ãt gradus bonitatis est vt ſic aliqd bonũ ſit: qđ̃ a bono deficere poſſit. Qui ẽt gradus in ipſo eẽ ꝟuenimus. Quedã. n. ſunt q̃ ſuuz eẽ amittere nõ pñt: vt incorporalia. Quedã vero ſunt que ſuũ eẽ amittere pñt: vt corporalia. Sicut igit̃ pfectio vniuerſitatis reꝛ regrit vt nõ ſoluz ſint entia incorporalia ſz ẽt corpalia: ita pfectio vniuerſi regrit vt ſint quedã que a bonitate ỏficere poſſint: ad qđ̃ ſequtur ea interduz ỏficere. Jn hoc ãt ꝓfitit rõ mali: vt. ſ. aliqd deficiat a bono. Uñ manifestum est qꝛ in reb⁹ malũ ꝟuenit̃: ſicut corruptio. Mã ꝛ ipſa corruptio maluz quoddã est. ¶Dec ille. Et ibidẽ ad tertiũ sic ait. Deus ꝛ nã ꝛ qđ̃cũq̃z agẽs facit qđ melı⁹ est in toto: ſz nõ qđ melius est in vna quaq̃ ꝓte niſi ꝓ ordinẽ ad totuz. Jpm ãt totuz qđ̃ est vniuerſitas creaturaꝝ melı⁹ ꝛ pfectı⁹ est ſi in eo ſint q̃dã que a bono deficere pñt: que ĩterduz deficiũt deo hoc nõ ỹpe diẽte. Tuz qꝛ ꝓuidẽtie nõ est naturã deſtruere ſz ſaluare vt dyon̄. dicit. 4. capło de di. no. Ipſa ãt nã reruz hoc hz vt q̃ deficere pñt q̃ñq̃z deficiãt. Tũ qꝛ dicit Aug. in Enchiridion qꝛ deus est adeo potens qꝛ ẽt bũ põt facere de malis. Uñ multa bona tollerent̃ ſi deꝰ nullus malũ ꝓmitteret cẽ. Non ergo generaret̃ ignis niſi corrũperet̃ aer: nꝛ ꝓſeruaret̃ vita leonis niſi occideret̃ aſinus: neqz ẽt laudaret̃ iuſticia vindicãs ꝛ patiẽtia ſufferẽs ſi nõ fuiſſet iniquitas. ¶Dec ille. Jdẽ dicit ibidẽ. q. 47. ar. 2. ¶Cõſiderãdũ vlteri⁹ est 4° ſm Doc. S. 22ᵉ. q. 92. 2. 1. qꝛ cum dr̃ in 2° de celo ꝛ mũdo qꝛ ſi vnũ ỹrioꝝ cẽ in rerũ nã ꝛ reliquũ Le. 4.
hoc põt itelligi dupl̃r: ſm qꝛ de actuali eẽ ỹriorum loqui poſſumus dupl̃r. Uno° ſimpl̃r ꝛ ſm ſe ꝛ in ꝓprio eẽ. Et ſic nõ opz qꝛ ſi vnũ ỹrioꝝ est ĩ actu: qꝛ reliquum ſit ĩ actu. Alio° in ordine ad pfectionẽ toti⁹ vniuerſi. Et iſto° ſi vnũ est in actu: opz ꝛ reliquum eẽ in actu: qꝛ alr̃ nõ eẽt pfecta ỹtinentia vniuerſi. Et ız relatiua poſita ſe ponãt ꝛ oppoſita ſint relatiua: tñ hoc vex est ſi ꝓsiderent̃ oppoſita q̃tuz ad ıtẽtionẽ cõem oppoſiti vel ỹrij. Sed ſi ꝓsiderẽt̃ oppoſita q̃tuz ſita vel ỹria q̃tũ ad res ſubiectas illis ıtentionib⁹: ſic non ſꝑ poſita ſe ponunt vt dcm̃ est: niſi in ordine ad pfectionẽ totius vniuerſi. Et licet in p° thopicoꝝ dicaẽ qꝛ quot modis dr̃ vnum oppoſitoꝝ: tot modis dr̃ ꝛ reliquum: hoc tñ tenet tñ in oppoſitis in quibus est eadem ratio multiplicationis: ſm Doc. S. in. 22ᵉ. q. 92. ar. 2. ad primum.

Ad primum igit̃ ꝛ ad ſcõm admittunt̃ ſolutiões q̃ in obiectionib⁹ a diſcipulo ibidẽ adducunt̃. ¶Ad tertiuz vero dõm ſz doc. S. in de vi. q. 2. ar. 11. qꝛ duplex est ſilitudo. Mã q̃dã que attendit̃ ex eo qꝛ aliqua duo ꝓticipãt vnum: vel ex eo qꝛ vnum hẽt hitudinẽ determinatã ad aliud: ex q̃. ſ. de vno ad altex per ıtellectum cõphẽdi poſſit. Et talis diminuit diſtantiã. Alia est ſilitudo que attẽdit̃ ſm ꝟuenientiã ꝓportionum alicui⁹ ꝓportionalitatis. Et talis ſilitudo non diminuit diſtantiã: qꝛ ſilr̃ inuenit̃ in multã ꝛ parum diſtantib⁹. Non ãt maioꝛ est ſilitudo ꝓportionalitatis ĩter duo ꝛ vnum: ꝛ ſex ad tria: q̃ ĩter duo ꝛ vnum ꝛ cẽtuz ꝛ quinq̃ginta. Et ıõ ſinita diſtãtia creature ad deum ſilitudinẽ predictã non tollit. ¶Dec ille. ¶Sed replicabat diſcipulus. Mã ſi eſſet ſimilitudo creature ad deum: maxime eſſet ſimilitudo analogie ſm ſcolam Doc. S. Sed non põt eſſe analogia dei ꝛ creature. Nam in omni analogia hoc accidit qꝛ vnum ponitur in diffinitione alterius: ſicut ſba in diffinitione accidẽtis: vel vnũ eoꝝ ponit̃ in diffiniti one vtriuſqz: vt ſba in diffinitione quãtitatis ꝛ qualitatis ſm Doc. S. in p⁹ pte. q. 13. ar. 6. ꝛ ar. 10. in corpore. Et in tertio ſententiaꝝ di. 33. q. 1. ar. 1. q. 2. ad p̃m. Et p° ꝯgẽti les cap. 32. ad 6ᵐ. Sz deus non ponit̃ in diffinitione creature: qꝛ ſic diffinitio nõ eſſet ꝑ notius: nec creatura ponit̃ in diffinitione dei: cũ deus nõ diffiniat̃. Similiter nec aliquid est quod ponatur in diffinitione vtriuſqz. Ergo nulla poteſt eſſe ſimilitudo analogie ſiue ſimilitudo ꝓporcionem alicuius ꝓportionalitatis in deum ꝛ creaturas. ¶Ad hoc reſpondet Doc. S. in de vi. q. 2. ar. 11. ad 6ᵐ dicens: qꝛ nulla ratio ꝓcedit de cõitate analogie que accipitur ſm determinatã habitudinẽ vnius ad altex. Tunc enim opz qꝛ vnum ponatur in diffinitione alterius: ſicut ſba in diffinitione accidentis vel aliquid vnũ in diffinitione duoꝝ: ex eo qꝛ vtraq̃z dignoſcunt̃ per habitudines ad vnũ tertiũ: ſicut ſba ponitur in diffinitione quantitatis ꝛ qualitatis. ¶Dec ille. Analogia ãt que est dei ad creaturã nõ attendit̃ ſm talẽ habitudinem ſed ſm ꝟuenientiã duarũ ꝓportionũ alicuius ꝓportionalitatis: vt declarat. D. S. vbi imediate ſupra in corpore dicẽs qꝛ ſicut triplex est ꝟuenietia ſm ꝓportionẽ: ita duplex attendit̃ analogie cõitas. Eſt. n. quedã cõueniẽtia inter ipſa quoꝝ est adunicez ꝓportio eo qꝛ hñt determinatã diſtantiã vel aliquã habitudinẽ adunicẽ: ſicut binarius cũ vnitate eo qꝛ est eiuſ duplum. Alia est cõuenientia que est nõ duoꝝ inter que est ꝓportio ſed magis duaꝝ adunicẽ ꝓportionũ. ſicut ſenarius ꝟuenientiã hz cũ quaternario ex hoc qꝛ ſicut ſenari⁹ est duplũ trinarij: ita quaternari⁹ est duplũ binarij. ¶Prima ergo ꝟuenientia est conuenientia ꝓportionis. Secunda vero est conuenientia ꝓportionalitatis. Unde ſm modũ prime cõueniẽtie inuenimus aliquid analogice dictuz de duobus quoꝝ vnũ ad altex hz habitudinẽ: quam ſba ꝛ accidens habent. Aliq̃z vero aliquid dicitur analogice ſm modũ cõueniẽtie ſecũde: ſicut hoc nomẽ viſus dicit̃ de viſu corpozali ꝛ ſpirituali ꝛ ıtellectu: eo qꝛ ſicut viſus est in oculo: ita ıtellectus est in mẽte. Quia ergo in bijs que primo modo analogice dicuntur opz eſſe aliquã determinatã habitudinẽ inter ea quibus est aliquid per analogiã cõmune impoſſibile est aliquid per hunc modum dicere analogice de deo ꝛ creatura: qꝛ nulla creatura hz talem habitudinem ad deum per quam poſſit diuina ꝑfectio determinari. Sed in alio modo analogie nulla determinata habitudo attẽditur inter ea quibus est aliquid per analogiã cõmune. Et ideo ſm illum modũ nihil prohibet aliquid analogice dici de deo ꝛ creaturis. Sed tamen hoc dupl̃r contingit. Quandoq̃z. n. illud nomen imꝑtat aliquid ex ꝑncipali ſignificatione in quo nõ poteſt attẽdi ꝟuenientia inter deũ ꝛ creaturã etiam modo predicto: ſicut in oĩbus que ſymbolice dicunt̃ de deo: vt cũ dicit̃ leo vel ſol: qꝛ in horuz diffinitione cadit mã que deo attribui nõ poteſt. Aliq̃z vero nomen qđ̃ de deo ꝛ creatura dicit̃ nihil imꝑtat ex ꝑncipali ſignificatione ſz qđ̃ attendi poſſit predicte conuenientie modus inter creaturam ꝛ deum: ſicut ſunt oĩa in quoꝝ diffinitione nõ claudit̃ defectus neqz dependẽt a mã ſm eſſe: vt ens ꝛ bonũ ꝛ ſimilia. ¶Dec ille formalr̃. De quo ẽt dictũ est ĩ pcedẽti q̃ſtione ar. 4. ad tertiũ. Que omnia adducta ſunt ꝓp eos qui doctrinam beati Thome raro videre poſſunt ꝓpter penuriaz librorum. ¶Plurimum. n. valent ad materiam de analogia inter deum ꝛ creaturam: ꝛ ad materiam de vniuocatione ſeu analogia entis: de qua diffuſe declaratũ

est supra in quarto huius.q.2.ar.2.
¶Sequit in pho ⁊ Doc.S.ibi entia vero nolunt ⁊c.

¶ Secundum sic ꝓcedit. Uidet ꝙ bonuz seu optimū totius vniuersi extrinsecū nō sit tm̄ vnū cui nihil sit ꝛriuz qđ est ꝓceps vniuersi quē pbus deū appellat. Mā si deus esset vnus. vl hoc esset accipiēdo vnū ꝓ principio numeri. vel accipiendo vnum transcēdēter. Mō p̄m: qz quantitas nō p̄dicat de deo. Neqz scđm: qz tale vnuz dicit priuationez. Sed priuatio deo nō ꝛpetit cum dicat iperfectionē. Ergo deꝰ non dz dici vnꝰ. ¶ P̄. 2º. Plura sunt prima prinª. Ergo sunt plures princeps primi. Añs pz: qz bona ꝓcedunt a prio bono. Mala vero ab aliquo pº prinº ꝓcedunt. Sed nō a prio prinº bono. Ergo a prio prinº malo. Et sic sūt plura prima prinª. ¶ P̄. 3º. Illud qđ est melius est ponēduz. Sz meliꝰ est ponere plures deos q̄ vnū. Qđ sic pz. Mā ponere plura bona meliꝰ est q̄ ponere vnū tm̄. Cum ergo deꝰ sit bonꝰ: meliꝰ est ponere plures deos q̄ vnū tm̄. ¶ P̄. 4º. Sunt tres ꝓsone i diuinis. vz pr̄ filius ⁊ spūs scūs. Sz qlibz ē deꝰ. Ergo sūt tres dij. ¶ P̄. 5º. vnꝰ agētis est vnica actio: ⁊ vnꝰ actiōis est vnꝰ effectus. Sz plures sunt effectus distincti in toto vniuerso. Ergo plura sūt agētia ēt pria. Et p añs sunt plures dij p̄serī qz ab vno nō ꝓcedit nisi vnū: sicut a bono nō ꝓcedit nisi bom. ¶ P̄. 6º. Deꝰ ē agēs p ītellectū. Sz agēs p ītellectū agit p formā suā. Cū ergo i ītellectu diuino sit vna tm̄ fōza: sequit ꝙ tm̄ vnū ꝓducit effectuz. Sz ꝑstat ꝙ sunt plꝰ ⁊ diuerse res ēt ꝓducte p creationē. Relinquit ergo ꝙ nō ē vnꝰ solus deꝰ siue princeps cōitatis totiꝰ vniuersi. ¶ P̄. 7º. Arguit rōne platonis. Mā oē ens p ꝑticipationē: reducit ad aliqđ prius qđ est tale p essentiā. Sz hō ⁊ equꝰ sūt entia p ꝑticipationē. Ergo reducunt ad hoīez ⁊ equū q sunt ens p essentiā. Sz ea que dr̄ entia nō p ꝑticipatiōnē sed p essentiā vocant dij. Ergo plures sunt dii: ⁊ non vnꝰ tm̄. Et sic idē qđ pr̄. ¶ P̄. 8º. Si deꝰ esset vnꝰ aut eius vnitas differret realr ab eius bonitate: aut rōne tm̄ aut fōzalr. Si p̄m: sequit ꝙ deꝰ nō erit vnꝰ qz in eo esset ꝓpositio plurium: ⁊ p añs essent plꝰ dii: qz qcqđ ē in deo est deꝰ. Si 2m: aut talis ratio bz fundamētuz in re: aut nō Si non: sequitur ꝙ est cassa ⁊ vana sine chymeriaca. Si sic: sequit idē qđ pr̄. vz ꝙ i deo erit ꝓpositio ēt ex nā rei Si vero dicat tertiuz: sequit etiā ꝙ in eo erit ꝓpositio fōzaliter. Et p añs formalr erūt plꝰ dii. ¶ P̄. 9º. Deus aut est in oībus entib⁹ prioz p̄ioritate originis: aut nō. Non p̄t dici pr̄m: qz sic filiꝰ nō esset deꝰ: qz nō est prioz prioritate originis. Sz eꝰ prioz est pr̄ filio prioritate originis: cū filiꝰ ꝓcedat ⁊ esse accipiat a pr̄e. Si detur 2m sequit ꝙ plures poterūt esse dii: qz plura sunt que nō sunt prioza prioritate originis qualibz creatura. ¶ P̄. 10. Scōz phyloſophū in lib. methauroꝝ ⁊ in 2º de aīa: tūc vnūqōqz pfectū est: qñ p̄t ꝓducere sibi simile. Sz deꝰ est perfectissimꝰ. Ergo potuit ꝓducer aliū sibi similē. Potuit: ergo fecit: qz i ꝛpetuis nō differunt ee ⁊ posse: vt pz in 3º phyc ⁊ vt etiā supius adductuz est. Relinquit ergo ꝙ non est vnus princeps siue deus: qui totū mundum gubernat.

Lec.6. ¶Sz ꝛ ē phs i fine huiꝰ libri ibi. Entia vo ñ volūt male dispōi. Palitas āt pricipatuū mala. Unꝰ ergo ꝓnceps.

¶ Respondeo dom ꝙ tm̄ est vnū. optimum bom totiꝰ vniuersi: qđ est princeps eius. vz deꝰ oīum rex ꝓditor ⁊ redemptor. Quod ꝓbat fm pbm tali rōne elicitiue. Mā oīa que sunt in vniuerso sunt ordinata adinuicē: dum quedā qbusdā deseruiunt: vt in alio articulo deductuz est. Sed illa que diuersa sunt in vnū ordinē nō ꝙuenirent: nisi ab aliquo vno ordinarent. Melius.n. ordinant in vnū ordinē p vnuz deuz q̄ p multos: qz pluralitas principatuū mala. Unius.n. p se vnum est cā. Et multa nō sunt causa vniꝰ nisi p accidēs inq̄ntum. s. sunt aliquoꝰ vnum. Cum ergo id qđ est pr̄m sit pfectissimū vt supra patuit ⁊ sit p se ens ⁊ nō p accidēs opz ꝙ primum omnia reducens in vnum ordinē sit vnū tantum: qđ est ipse deus. Hanc etiam rationem adducit Doc. S. in prima parte. q. 11. ar. 3. Et est tertia ratio ibi adducta. ¶ Adducit autem ibidem duas alias rationes. Quarum prima sumitur ex simplicitate dei. Nam id vñ singulare est hoc aliquid: nullo modo est multis cōicabile. Jd.n. vnde sortes est homo. potest cōicari multis. Sz id vnde est hic homo non potest cōicari multis sed vni tantum. Si igit sortes p illud esset homo per qđ est hic homo. sicut non pñt esse plures sortes. ita non possent esse plures homines. Sed hoc ꝙuenit deo. vz. ꝙ fm idez est deus ⁊ hic deus. cumipse sit sua natura ⁊ suum esse. Ergo impossibile est plures esse deos. ¶ Alia ratio Doc. S. ibidem sumitur ex infinitate perfectionis dei. Nam deus ꝓprehendit in se totā perfectionez essendi. Si ergo essent plures dii oporteret eos fm aliquid differre. Ergo aliquid conueniret vni. quod non cōueniret alteri. Et si hoc esset priuatio siue imperfectio non esset simpliciter perfectus. Si autē hoc esset perfectio quedam. sic alteri eorum deesset. ⁊ sic non includeret omnem perfectionez essendi. Impossibile ē igit esse plures deos. Unde ⁊ antiqui phylosophi quasi ab ipsa veritate coacti ponentes primum principiū infinitā posuerūt vnū tantū principiū. Hec ille ibidem. ¶ Alia ratio sumi potest ex rōne vni⁹ siue ex vnitate dei fm Doc. S. vt ipse adducit ybi immediate supra ar. 4. dicens. Mā vnum dicit ens indiuisum. Illō ergo ē maxie vnū qđ ē maxie ens ⁊ ē maxie idiuisū. Utrūqz autem compet deo. Est.n. maxime ens inquātum non hz aliquod esse determinatū per aliquā naturaz cui adueniat. sed est suuz esse subsistens omnibus modis indeterminatū. Est etiā ens maxime indiuisuz. inquātuz neqz diuiditur actu neqz potentia fm quēcunqz moduz diuisionis. cum sit omnibus modis simplex. Relinquit ergo ꝙ deus non soluz est vnus. sed maxime vnus. Hec ille. ¶ Et ibidē ad primum sic ait. Licet priuatio fm se non suscipiat magis ⁊ minus. tamē fm ꝙ eius oppositū recipit magis ⁊ minus. etiam ipsa priuatiua dicuntur fm magis ⁊ minus. Secunduz igit ꝙ aliquid est magis diuisum vel diuisibile vel minus vl nullo modo fm hoc aliquid dicit magis vel minus vl maxime vnū. Hec ille. ¶ Et ibidem ad sic ait. Licet omne ens sit vnum per suam ſsam ⁊ essentiam: vt dicit in quarto huius. non tamen equaliter se habet ſsa cuiuslibet ad vnitatem. qz ſsa quoꝝdam est ex multis ꝓposita quoꝝdam vo non. hec ille. ¶ Et si arguat. Illud est magis vnum quod est vnū re ⁊ ratione formaliter ⁊ ex natura rei. q̄ illud quod est vnum re differēs rōne aut ex natura rei. Sz in deo est diuersitas rationis fm Doc. S. in materia attributorum ⁊ formalis siue ex natura rei fm scolā scotistarum. Ergo in deo non est summa vnitas. Et per consequēs non est maxime vnus. Quod tm̄ ꝓcludit quarta ratio adducta. ¶ Dicendum ꝙ illud est magis vnum in quo nulla est diuersitas sed omnimoda vnitas. q̄ illud in quo est aliqua pluralitas si tale esset dabile. Modo nihil est dabile in quo non sit diuersitas rationis aut fundamentalis qualitercunqz sit indiuisibile. Unde argumentum ꝑsupponit falsum. ¶ Uerumtm̄ pluralitas rationis attributalis non preiudicat summe vnitati absolute ⁊ simplicitati dei. q. talis distinctio non est formaliter ⁊ inhesiue fm Doc. S. i ipso deo. sed in intellectu nostro. licet sit in deo fundamentaliter non ꝙ sit in eo distinctio fundamentalis. sed in eo est fundamentum simplicissimum ⁊ vnum qđ correspondet diuersitati ⁊ distinctioni rationum in itellectu nostro. Unde non est in deo pluralitas quantum ad essentiā fundamenti. sed quantum ad correspondētiā ⁊ obiectiue. qz est causa veritatis plurium ꝓceptionum imperfectarum in intellectu nostro. ¶ Consideradum autem est hic primo fm phylosophum ꝙ phi antiqui vario modo erraverunt circa naturā prime ſse immālis. Quidam.n. dixerunt omnia principia esse contraria. Alii vero dixerunt principia esse quasdā naturas siue ſsas separatas. Illi ergo qui posuerunt principia esse contraria erraverunt vt dicit hic phylosophus in tr. bus. Primo in hoc ꝙ dicunt res esse ex contrariis. quia contraria fm se accepta

sunt impassibilia

sunt impassibilia admittere. Non.n.albedo patitur a nigredine: neqz e3o. Ex principijs aũt nihil posset ostitui nisi patterent admittere: vt sic reducerent ad aliqd medium. Sed hec dubitatio vt dicit hic Doc.S. de facili pot̃ esse fz
L.e.13. sniam phylosophi: q: phus posuit pter duo ẽntia tertium prin^m. vt pz p^o physico^z qd est mã. Sic ergo vnũ ẽntioz potest pati a reliquo inq̃tum mã subiecta vni ẽntioz a reliquo patit. Sz alij posuerunt mãm esse altez ẽntioz. Qd nõ recte dictum est: q: mã est cõe sbm ẽntioz. Subiectum aut̃ ẽntioz nemini est ẽntium. 2° defecerunt in hoc q dicũt oĩa esse ex ẽntijs. Tum p̃mo q: ẽma gnã ẽntioz sunt bonũ et malum. Semp.n.altez ẽntioz est vt pfectio et sic hz rõnẽ mali. Si ergo oĩa essent ex ẽntijs: sequeret̃ q oĩa in se haberẽt defectum et malum. Qd est falsum. qa in coꝛporibus celestibus et in substãtijs sepatis nõ reperit̃ corruptio nz malum. Tum 2°. qa talis positio nõ obuenit positioni aliozꝛ physicoꝛ. qa quidã phõꝛ nõ posuerunt bonũ et malum eẽ p̃n^a: fz posuerũt id qd est bonum tm̃ esse p̃n^m rez. Qui tm̃ etiã vt dicit hic phus defecerũt: q: nõ determinauerunt quo bonum eẽt p̃n^m rez: vtrum. s. vt finis aut vt forma: aut vt mouẽs. Hec.n.tria hñt rõnẽ boni et pfecti. Non autẽ materia que nõ pficit̃ nisi per formã. Vñ phus de ea nõ facit hic mẽtionẽ in spãli. Empedocles vero posuit aliqd bonum esse p̃im^m rez. vz amoꝛẽ. Sz deficiẽter: q: posuit amoꝛẽ esse p̃n^m duplex. Uno^o vt mouens: q: hz vnire et ogregare. Alio^o sicut mã. Posuit.n.amoꝛẽ eẽ ptẽ mixtoꝛum: q: lz idẽ possit esse p̃ncipium sicut mouens et mã: non tm̃ fm idẽ et eandem rõnẽ. nam ignis pot̃ esse mouẽs fm formam: et mãle p̃n^m fm mãm: non aũt fm idez: q: mouens inq̃tum hmõi est in actu: mã vero inquãtum hmõi est in potẽtia. Vñ opz assignare fz quid amoꝛ est p̃n^m vt mouens et fm quid vt mã. Qd tm̃ pdictus phus nõ posuit. Defecit ẽt in hoc q posuit litẽ esse p̃im^m: q: lis hz rõnez mali. Sz fm recte opinãtes vt ẽt ipse ogcedit solũ p̃n^m hz rõnem boni. Sz Anaxagoꝛas posuit p^m p̃n^m esse bonum vt mouẽs. ponit.n.intellectum esse p̃n^m: qui intellectus sp mouet. Sz etiã ipse defecit: q: intellectus mouet gr̃a alicuius. vz pp finem. Vñ opz ponere aliqd aliud p̃n^m pp qd mouet: nisi forte diceret q idẽ esset intelligẽs et intellectum: et qd ũtellectus moueat pp se ipm. Contrariat ẽt opinio Anaxagoꝛe cõi opinioni aliozꝛ phoꝛũ: qui dicebãt p̃im^a reruz eẽ ẽntia. non.n.ponit aliqd ẽntium intellectui.

¶ Cõsideradum vlterius est 2° q tertio defecerunt ponẽtes p̃n^a esse ẽntia in hoc q nõ oñderunt quo ex principijs ẽntijs res sint. Primo q: nõ pñt reddere cãm quare aliqua sunt icoꝛruptibilia ẽt et aliqua coꝛruptibilia: cũ ponã litatis: et nõ incoꝛruptibilitatis. 2° q: nõ pñt assignare vniuersalẽ cãm generationis. 3° q: opz eos assignare q altez ẽntioz sit p̃ncipalius p̃ncipium: vel q sit aliqd p̃ncipalius vtroqz ẽntiorum. Quod tm̃ nõ fecerunt. Unũ.n. ẽntiorum vt dictum est hz rationẽ impfecti respectu alterius. Quod si necesse sit p̃ncipia esse ẽntia: sequitur q sapie p̃me et bonoratissime scie sit aliqd ẽntium. Quod tm̃ est falsum: q: cõtraria hñt materiã que est in potẽtia ad vtrũqz ẽntioz. Principiũ aut̃ p̃mum et p̃ma sapiẽtia est quoddã ima/teriale: vt supra pbatum est: cũ nullo mõ sit in po^a. Unde relinquit̃ q p̃mo p̃ncipio nihil sit ẽntium: et q p̃me sciẽtie nõ sit aliqua ẽntia scia: sz solum ignoratia: et hoc ẽt sumendo ẽntietatẽ largo modo. ¶ Considerandũ vlterius est 3° fm pbm q inconueniens est nõ ponere aliquas substãtias separatas: et etiã inconueniẽs est eas ponere sicut aliqui pbi posuerunt. Primũ pz: qa si non sint aliqe substãtie immateriales pter sbas sensibiles: nõ erit p̃mũ p̃ncipium: sicut ostensum est: nec ordo rez qualis assignatus est: nec generatio ppetua nec p̃ncipia qualia supra posuimus. qa non erit aliqd vle p̃ncipium p̃mum pter ista p̃ncipia particularia et sensibilia. 2^m pz dupliciter. Primo q̃tũ ad eos qui ponebãt hmõi substãtias hẽre ordinẽ quandã originis. 2° q̃tũ ad eos qui hoc nõ ponebãt. Quãtũ ad p̃mũ: ducit phus ad quatuoꝛ inconueniẽtia. Quoꝛ p̃mũ est q substãtia et numeri quos ponebãt quidã preter sensibilia nullius cãe esse videntur

Et si sint cause alicuius: nõ videbitur aliqd esse causa motus. qa hmõi nõ vident̃ hẽre rõnem p̃ncipioꝛũ moueniuz. 2^m inconueniens est. Illã numerus nõ est magnitudo Sz magnitudo nõ est nisi ex magnitudinib^9. Unde impossibile videt̃ assignare quo magnitudo et ctinuũ sunt ex numeris qui nõ sunt ctinui: cuz ctinuum nõ fiat nisi ex cõtinuis. Non.n.pot̃ dici q numerus causet ctinuũ sicut p̃ncipiũ motiuũ vel formale. 3^m inconueniens est q species et numeri sint p̃ma p̃ncipia: cuz in spẽbus non inueniatur ctrarietas fm ipsos: sequit̃ q non erũt ctraria p̃ma principia: que ponunt̃ factiua et motiua. Et sic ctinget nõ esse generationẽ et motũ: q: si p^a p̃n^a nõ sunt monẽtia et posteriora causent̃ ex principijs: primis: sequit̃ q sint ĩ po^a priorũ p̃n^z: nõ qdẽ actiua sed passiua: si nõ sint p̃n^a mouentia. Qd ãt pt eẽ. pot̃ non esse. Uñ sequit̃ q gnãtio et motus nõ sunt etiã sempuerna. Qd ẽ falsum: vt supra ostẽsuz est. Ergo et id ex quo sequit̃. vz q p̃ p̃n^a nõ sint mouentia. 4^m inconueniẽs est q nullus istoꝛ dicere pot̃ qd facit mãm esse vnũ aut animã aut coꝛpus et vlt̃ formam et cuius est forma: nisi dicat q mouẽs hoc facit: sicut supra dictum est in. 8°. huius. Species aũt numeri nõ hñt rationẽ mouentis: cũ non sint suppositaꝛ. Actiones.n. sunt suppositoꝛ vt in p^o huius dictũ est. ¶ Considerandũ vlteriuz est. 4°. fm pbm circa finẽ hui^9 capli q ponẽtes p^m p̃n^m esse numerũ mathematicũ: vt pytagoꝛici posuerũt: et sic filii alicuius nãz osequentẽ punta post numeꝛ magnitudinẽ: et post magnitudinem sensibilia: et dicẽtes cuiuslibz nãe esse alia p̃n^a: vtputa alia numeroꝛ alia magnitudinũ. et alia numeroꝛ sensibiliũ: tales faciũt sbam vniuersi esse inconexam et sine oꝛdine: ita q vna pars nihil oferat ad aliaz: siue sit: siue non sit. Et similiter faciũt multa p̃n^a iconnexa. Sz hoc est icõueniẽs: q: entia nõ volũt male disponi. Dispositio.n. est tm̃ nãlium: et est q̃lis optima pot̃ esse: cũ optimi sit optima p̃ducere fm ꝓpriam eoꝛ capacitatem. Et hoc videmus in singulis: vz q vnũqqz est optime ꝓpositionis in sua nã. Unde multo magis opz hoc ẽxtimare in toto vniuerso. Sed pluralitas principatuum nõ est quoddaz bonũ: sicut non esset bonum q essent diuerse familie inoꝛdinate in vna domo: que minicem non cõcarẽt. Unde relinquit̃ q totũ vniuersum est sicut vnus princi/patus et vnum regnũ. Et ita opz q oꝛdinet̃ et regatur ab vno gubernatoꝛe. Unde finaliter ocludit phus q est vn^9 princeps totius vniuersi. ideſt primum mouens penitus mobile primum intelligibile et primum optimum bonũ appetibile: quod supra vocauit deum: qui est benedictus in secula seculoꝛ. Hec omnia Doc.S. fm sententiaz tex tualem pbi. ¶ Considerandũ vlterius est quinto q Scotus in p^o sententiaꝛ. di. 2. probat tm̃ vnum esse deum septez rationibus. Quaꝛ sex adducit Antonius Andree in vltima questione huius duodecimi libri. ¶ Prima ratio sumit̃ ex infinitate intellectus dei. ¶ Secũda ex infinitate sue voluntatis. ¶ Tertia ex infinitate sue bonitatis. ¶ Quarta ex infinitate sue po^e. ¶ Quinta ex neccitate essendi. ¶ Sexta ex oĩmoda oipotentia eius. ¶ Septima quã nõ adducit Antoni^9 Andree sumit̃ ex rõne ifiniti absolute. ¶ Prima igit̃ ratio sic breuiter format. Naz intellectus diuinus intelligit pfectissime vnũqqz intelligibile. vz oĩbus modis quibus est intelligibile. Sed si eẽnt plures dii vtputa a et b: a non intelligeret perfectissime b. Ergo intellectus eius non esset infinitus. Et per consequens non esset deus. Probatio minoris. Si ipsum a intelligit b. aut ergo intelligit b per essentiam eius: aut nõ. Si secundum sequitur q non cognoscet b perfectissime cum b sit cognoscibile per essentiã eius. Nihil.n.pfectissime cognoscitur nisi cognoscat̃ per essentiaz eius: vel per aliquid perfectius in quo sua essentia includit̃ perfectius q̃ ipsa sit in se. Sed cum b per ypothesim dataz sit deus: essentia eius in nullo includit̃ perfectius q̃ in ipso b. Si aũt detur primũ. vz q a cognoscit b per essentiã ipsius b. sequitur q actus intelligendi ipsius a erit quid posterius naturaliter essentia ipsius b. Omnis enim actus cognoscẽdi qui non est idem cum suo obiecto: est eo posterior:

quia non est prior nec simul natura. Sequitur ergo q̄ a nō erit deus: q̄ a cū sit suus actus intelligēdi vt supra cōcessum est erit posterior ipso b. Et sic a nō erit deus: quia vult pbus q̄ p̄m ens simplr sit deus ⁊ nihil aliud simplr p̄o intelligit. ¶ Secūda ratio que sumitur ratione infinite volūtatis dei: sic format. Nā si essent duo dei: sequit q̄ volūtas infinita nō infinite diligeret omne diligibile omnib⁹ modis qb⁹ est diligibile. Sz ꝓns est falsuz: q̄ alias nō esset volūtas infinita. ¶ Pz sequela. Nā a nāliter plus diligit se q̄ aliud a se. vz. b. Qđ ēt nā dictat. Unūqđq; n. nāliter plus diligit esse suū: q̄ eē alteri⁹: cuius nō ē pars neq; effectus. A aūt nō est b casu posito: neq; aliqd ipsi⁹. Ergo a plus diligit se nāliter q̄ b. Sz volūtas libera q̄ñ est recta cōformat volūtati nāli. Nō ergo a diligit b infinite: ⁊ p ꝓns nō q̄tū diligibilis est. ¶ Tertia ratio que sumit ex infinitate bonitatis dei sic format. Nā si essent plures dii: sequeret q̄ vnus ⁊ eiusdem effectus essent due cause totales ⁊ p fectissime: in eodē genere cause nō ordinate. Sed ꝓns est falsum. Nā sic aliquid essentialiter dependeret ab aliquo pfecte ⁊ totaliter quo nō existēte: nihilominus erit. ¶ Puta si c hēat duas causas. vz a ⁊ b in eodē genere cause: destructo a nihilominus erit c: cuz b ponatur cā totalis ⁊ p fectissima ipsius c. Et similiter nō existente b erit c: cum a sit eius cōpleta causa eiusdē generis ⁊ ordinis. ¶ Probatio sequele. Nā p̄a infinita est totalis causa respectu cuiuscunq; effectus in rōne ⁊ ordine cause p̄me. Si igit a ⁊ b sint dii qlibet erit p̄a infinite: ⁊ p ꝓns erit cā totalis cuiuslibet effectus in rōne ⁊ ordine cause prime. ¶ Quinta ratio que sumit ex rōne nēcitatis essendi sic format. Nam si essent plures dij: sequeret cum deus esse sit nēcē: q̄ eēnt infiniti dij. Sz ꝓns est falsum manifeste. ¶ Pz ꝓna. Nā species plurificabilis in individuis nō determinatur ex se ad certū numerum individuoꝝ. sed q̄tum est de se nō repugnat sibi esse in idiuiduis infinitis: sicut pz de specie humana. Ergo si ratio ipsius nēcē esse sit plurificabilis in individuis nō determinat se ad certū numeꝝ. Si autem possent esse infinita nēcē eē p necessitatē sunt. Alr nō eēnt nēcē esse sz possibilia esse ⁊ nō esse. Sequit ergo q̄ erunt infiniti dij: quoꝝ qlibet erit nēcē esse. Nō. n. est assignāda ratio quare essent duo dij magis q̄ tres: ⁊ tres magis q̄ q̄ttuor: ⁊ sic in infinitū. ¶ Sexta ratio que sumit ex rōne oīpotentie dei: sic format. Nā si essent duo dii: sequeret q̄ nullus eoꝝ esset oīpotens. Sz ꝓns est euidēter falsuz. Ergo ⁊ antecedens. Consequētia pbat. Nā suo velle a pōt pducere oīa possibilia inesse: ex quo ponit oīpotens. Sed nō est nēcē q̄ b velit oīa illa esse que vult a: q̄ volūtas istius b ꝓtingenter se hz ad illa. Ergo b pōt illa velle non esse. Et per ꝓns nullum illoꝝ erit. Et sic etiam est de velle ipsius a respectu eoꝝ que vult b. Si igitur duo sunt dii ⁊ per consequens omnipotentes: vterq; illorum faceret alium nulli potentem prohibendo. scilicet per suum velle quecunq; aliud velit esse. ¶ Septūa ratio que sumit ratione infiniti absolute est talis: que tñ hic ab Antonio Andree non adducitur. Nā infinituz vt arguit Scotus crescere non potest. Sz quelibz perfectio que potest numerari ī diuersis plus pfectionis hz in pluribus q̄ in vno: vt Augustinus dicit in libro de trinitate. Ergo infinitum nō pōt in plurib⁹ numerari. Cum ergo deus sit infinitus non possunt esse plures dij. ¶ Plures vero alie rationes possent hic adduci ad idem. Sed quia est magis materia theologalis q̄ naturalis: ideo theologi si placet eis id quod in hac materia restat discutiendum profundius dilucidabunt.

Ad primum igitur dicenduz ſm Doc. S. in prima parte. q. 1. ar. 3. ad 1ᵐ q̄ vnuz qđ cōuertitur cum ente cum sit quoddā mathematicū non dependens a materia ſm esse: predicatur de deo. Et lz in deo nō sit primatio ꝓprie dicta ſm rem: tñ ſm nostrum moduz intelligendi deus non cognoscitur a nobis nisi quasi per modum primationis ⁊ remotionis. Et sic nihil pḥibet aliqua primatiue dicta de deo p̄dicari sicut q̄ est inco:po:eus infinitus. Et similiter de eo dicit q̄ sit vnus. Hec ille formaliter. ¶ Qualiter autez vnum transcendens dicat primationē: ad longum disputatum est superius in p̄ma p̄me huius operis lib. 4. q. 3. ar. 1. ⁊ ar. 8. Et in decimo huius. q. 1. ar. 1. Et. q. 5. ar. 1. ¶ Ad secūdum dōm q̄ primū p̄nᵐ est duplex ſm Doc. S. in scōdo sentētiaruz di. 1. q. 1. ar. 1. in co:pore. s. primū simplr ⁊ sic p̄ᵐ in genere vel in ordine aliquo. Si scōdo modo: sic ſm plura genera causarū sunt plura prima p̄nᵃ: vt māle p̄nᵐ qđ est prima mā: ⁊ principium formale qđ est esse: ⁊ sic de alijs. Et vlterius descēdēdo ad diuersa rez generaꝝ inuenīntur diuersa prima p̄nᵃ in diuersis etiā ſm idē genus cause: sicut in liquebilibus prima mā est aqua: ⁊ i aridis terra: ⁊ in animali semen vel mestruuz. Sed primū p̄nᵐ simpliciter: ipossibile est esse nisi vnuz. Hec ille. ¶ Et si dicat q̄ si vnum ꝓriorum est in reruz nā nēcē est eē ⁊ reliquū: vt dicit in scōdo de celo ⁊ mundo. Sed summum boᵐ est in rez nā qđ est cā oīs boni. Ergo ⁊ summū malum oppositum: qđ est causa omnis mali. ¶ Dōm ſm Doc. S. in prima pte. q. 49. ar. 3. ad 2ᵐ q̄ primatio ⁊ habitus nata sunt fieri circa idē. Subiectum aūt primationis est ens in poᵗ: vt dictuz est. Uñ cum malum sit primatio: vt ex dictis pz: illi bono opponit cui adsingit poᵗ. Nō autē summo bono quod est actus purus. Hec ille. Et in scōdo sentētiaꝝ di. 1. q. 1. ar. 1. ad 1ᵐ sic ait. Summum malum nō ꝓtest summo bono ſm rē: sed solum ſm vocem pp duo. ¶ Primo q̄ summum malū esse non pōt. Nihil. n. est a deo malum: in quo nō sit aliqd boni ad minus esse. Et ideo dicit pḥus in 4° ethyᶜ q̄ si esset adeo perfectum malum qđ ꝓueniret ex corri. ptione oīum circūstiarum nec seipsuz sustinere posset. ¶ Scōdo q̄ illi bono cui nullo modo auferri vel minui aliquid pōt nihil opponitur primatiue vel contrarie. Unde nec ipsum ꝑticulare malum opponit̄ summo bono directe. Sed ꝑticulari bono qđ ꝓ ipsum primat. Et dico aliquid directe oppoteri: q̄ opponit ei ſm q̄ hmōi sicut nigredo manᵗ oppoñt albedini manᵗ directe. Sz idirecte ⁊ opponit albedini parietis non inquātū est nigredo vel albedo huius vel illius: sed inquantum est nigredo ⁊ albedo simplr. Per quem modum cuilibet bono quodlibet malum opponit̄ non ſm ꝓpriā rōnem huius vel illius. sed ſm rationem cōem boni ⁊ mali. Et sic si malū sūmo bono opponatur hoc erit idirecte: q̄ nō opponit̄ ei inq̄ntuz ē tale boᵐ: sed inq̄ntuz boᵐ. Hec ille. Et ibidē ī corpe articuli sic ait. Sz primum p̄nᵐ simplr impossibile est esse nisi vnuz. Et hoc tripliciter pz. ¶ Primo ex ipso ordine vniuersi: cuius ptes inueniunt̄ adinuicez ordinate esse: quasi ptes animalis ī toto que sibi inuicē deseruiunt. Talis aūt ordinatio pluribus non est: nisi aliquid vnuz intendant. Ergo opz vnū primū non est: nisi aliquid vnuz intendant. Ergo opz vnū summum esse bonuz vltimum: quod ab omnibus est desiderabile. Et hoc erit primum. ¶ Aliter hoc apparet ex ipsa reruz nā. Inuenit̄. n. in oibus rebus natura entitatis in qbusdā magis nobilis in quibusdā minus: ita tñ q̄ ipsarum rerum nature non sunt hoc ipsum esse q̄ habent. Alias esse esset de intellectu qdditatis cuiuslibet rei: posset falsuz est: cum quidditas cuiuslibet rei: possit intelligi etiam nō intelligēdo de ea an sit. Ergo opz q̄ ab alio eē habeant. Et opz deuenire ad aliquid: de cuius natura sit ipsum suum esse. Alias in infinitum ꝓcederet. Et hoc ē qđ dat esse oībus. Nec potest eē nisi vnuz: cum natura entitatis sit vnius rōnis in oibus ſm analogiā. Unitas. n. causati requirit vnitatē in causa per se. Et hec est via Auicenne. ¶ Tertia via sumitur ex immaterialitate ipsius dei. Opz. n. causam mouentem ipsum celum esse virtutē nō in materia

in materia: vt in octauo phy^{z} probatur. In hijs autē que sunt sine mā nō pōt eē diuersitas nisi ſm q̄ nā vni^{9} ē magis ꝓpleta ⁊ in actu existēs q̄ nā alteri^{9}. Ergo opz q̄ illō qō venit ad pfectionē ꝓplemēti ⁊ puritatē act^{9} sit vnū tm̄ a quo ꝓficiscat oē illud qō po^{c} admixtū ē. Actus aūt pcedit potētiā: ⁊ ꝓpletū diminutū. vt in nono methaphysice pbat. ¶Circa hoc tm̄ tripl^{r} ē creatū. Quidā. n. vt primi nālis nō ponūt nisi cām mālē. Un̄ q̄ ex eis plura p̄n^{a} mālia ponūt: pla p̄n^{a} simpl^{r} p^{a} dixerūt. ¶Quidā vo cuz cā māli ponūt cām agētē. Et dixerūt duo p̄ncia p^{a} esse agētia sicut Empedocles: vt amicitiā ⁊ litē. Et huic ꝓsonat opio pytagore: q̄ diuisit oīa entia i duos ordines. Et vnū ordinē reduxit i bonuz sicut in p̄n^{m}: ⁊ altez in malū. Et exinde pullulauit heresis mānicheoz q̄ ponūt duos deos: vnū creatorē bonoz ⁊ inuisibiliuz incorpalium noui testamēti. Altez creatorē maloz visibiliū corpalium veteris testamēti. ¶Terti^{9} error fuit eoz qui ponunt agēs ⁊ mām: sz agens nō eē p̄n^{m} māe cuius sit vnū agēs tm̄. Et hec est opio Anaragore ⁊ platonis. nisi q̄ plato supaddidit tertium p̄n^{m}. s. formas seperatas a rebus quas exēplaria esse dicebat ⁊ nullū esse cām alterius sz p hec tria causari mū duz: ⁊ res ex quib^{9} mundus ꝓstat. Hec ille. ¶Ad 3^{m} dicēdum negādo minorē: qr vnū illoz hz oēm pfectionem possibilē haberi. ¶Et argumētum illud pcedit de pluribus bonis que p̄nt poni in rez nā. Mō tm̄ adhuc simpl^{r} fallibil^{r} ⁊ indefesse. ¶Ad 4^{m} dom negādo ꝓnam quia loquēdo: sz ſm volūtatē primi pncipis oīa gubernātis in fallibil^{r} ⁊ indefesse. ¶Ad 4^{m} dom negādo ꝓnam quia ꝓsone in diuinis sunt entia relatiua. vñ plural^{r} in diuinis pdicant. Deus aūtē est nomē essentiale. Un̄ cum sit substātiuum: nō pōt plural^{r} in diuinis pdicari: nisi accipiēdo deum methaphorice siue symbolice vnde Doc. S. i p^{a} pte. q. 39. ar. 3. sic ait: q̄ nōium eēntialium q̄dā significat essentiā substātiue: q̄dā vero adiectiue. Illa igit^{r} nōia que substātiue significāt essentiā diuinā nō plural^{r} pdicantur de trib^{9} ꝓsonis. Cui^{9} ratio ē: qr nōia substātiua significat aligd p modū sbe. Nōia vero adiectiua significant aligd p modū accidētis qō inheret sbo. Sba āt sicut p se hz vnitatē vl' multitudinē. Un̄ ⁊ singularitas ⁊ pluralitas nōis substātiui attēdit^{r} ſm rē siue formā significatā p nomē. Accidētia aūt sicut hn̄t essem sbo: ita ex sbo recipiunt vnitatē ⁊ pluralitatē. Et iō in adiectiuis attēdit^{r} singularitas ⁊ pluralitas ſm supposita. In creaturis āt nō inuenit^{r} vna forma in pluribus suppositis: nisi vnitate ordinis vt forma multitudinis ordinate. Un̄ nōia significātia talē formā si sint substātiua pdicant^{r} de pluribus in singulari: nō āt si sint adiectiua. In diuinis aūt essentia diuina significat p modū forme. que qdē simplex est ⁊ maxime vna Unde nōia significantia diuinā essentiā substātiue singulariter ⁊ nō plural^{r} predicant^{r} de trib^{9} ꝓsonis. Hec est igitur ratio quare Socratē Platonē ⁊ Ciceronem dicimus tres hoīes: sz patrē ⁊ filiū ⁊ spiritū sctūm nō dicim^{9} tres deos sed vnū deū: qr in tribus suppositis hūane nāe sicut tres humanitates: sed in tribus ꝓsonis diuinis est vna nā ⁊ diuina essentia. Deus āt substantiue d^{r} in diuinis. Unde nō est ista ꝓcedēda. Sūt tres ꝓsone in diuinis qua rū q̄libet ꝓsona est deus. Ergo sunt tres dei. Et sunt tres oīpotentes adiectiue loquēdo. Ergo sunt tres dii. Ibi sp̄ omittit^{r} fallacia figure dictionis ⁊ accidētis: vt theologi melius nouerunt. ¶Ad 5^{m} dom ſm Doc. S. in de po^{a} q. 3. ar. 16. ad. 11. q̄ cuius actio dei sit vna ⁊ simplex qr ē eius essentia: nō tm̄ opz q̄ sit vnus tm̄ effectus sz multi: qr ex actione diuina pcedit effectus ſm iudiciū sue sapiētie ⁊ arbitriū voluntatis eius. Hec ille. ¶Ad 6^{m} dom ſm Doc. S. vbi imediate supra ad. 13^{m}. q̄ sz forma diuini intellectus sit vna tm̄ ſm rē: est tm̄ multiplex ratione ſm diuersos respectus ad creaturas: put. scz intelliguntur creature diuersimode formam diuini itellectus imitari. Hec ille. ¶Contra hāc solutionē replicabat discipulus. Mā aut isti respectus plures sunt in itellectu diuino: aut sunt solū in apphēsione seu ratione nr̄a. Si p^{m}: sequit^{r} q̄ in deo erit aliqua pluralitas: ⁊ nō summa simplicitas siue vnitas. Si 2^{m} sequit^{r} q̄ deus nō pducit diuersas creaturas nisi q̄ rōnē siue apprehensionē nostrā. ¶Dicendus ſm Doc. S. vbi imediate supra ad 14^{m} q̄ isti diuersi respectus dei ad creaturas non solum sunt i itellectu nr̄o sz etiā in itellectu diuino: qb^{9} de^{9} itelligit: qr itelligit tm̄ vno qō est sua essentia: sed sunt in itellectu eius vt ab ipso cognita. Sicut. n. nos itelligimus q̄ creatura pōt deū mltipliciter imitari: ita ⁊ hoc deus itelligit: ⁊ p ꝑs itelligit diuersos respectus creature ad deū. Hec ille. ¶Ex quibus etiā pz: q̄ pluralitas rōnis attributalis nō preiudicat summe vnitati ⁊ simplicitati dei: vt etiā in corpore huius articuli dictū est. ¶Ad 7^{m} dom q̄ ens p participationē reducit^{r} ad ens qō est ens p essentiā. Nō tm̄ opz hoc ens vtputa hō qō est ens p pticipationē q̄ reducat^{r} ad aliqd qō est hō p essentiā: sed ad aliud qō est ens p essentiaz. s. ad deū. Un̄ nō opz in hac rōne tot phylacteria facere cum dī pp qō vnūqōq; tale ⁊ illud magis: vt supra disputatū est in. 2°. huius. q. 2. ar. 2. Et etiā in p^{o} lib. posterioꝝ analeticoꝝ. q. 11. ar. 2. ¶Ad 8^{m} dom q̄ vnitas ⁊ bonitas dei differunt rōne nō solum rōne ex pte rei rōcinātis: sz etiā rōne ⁊ pte rei rōnabilis. nō qdē essentialit^{r}: sed ſm diuersuz moduz nr̄m itelligēdi: sicut satis ad lōgum disputauimus i Ratio. n. d^{r} multis modis ſm logicos. Un̄ versus. Est ratio diffi. virtus: oratio: forma: Est meduz ratio: p qō ꝓcludit^{r} ergo. ¶Ad 9^{m} dom q̄ deus est omnib^{9} creaturis prior prioritate originis ⁊ oībus alijs modis prioritatis. Tamē nō est prior prioritate originis per respectum ad illas ꝓsonas in diuinis. Alias nō essz filius deus: qr nō esset ens prius omni alio ente: ⁊ sic filius non esset deus: vt ratio volebat. ¶Ad 10^{m} dōz q̄ auctoritas illa pcedit de agentibus corpalib^{9} generabilib^{9} ⁊ corruptibilibus: nō autem de substātijs immālibus vtputa de angelis. Angelus. n. non pōt pducere virtute sua aliū angelum. Ergo a fortiori neq; deus potest pducere aliū deum: qr ꝑdictionē iplicat. Unus est ergo principatuz princeps: qui deus est: qui est benedictus in secula.

¶Explicit liber duodecimus diuine phie ſz magistrū Dn̄icum de Flandria ordinis predicatorum.

Impressum Uenetijs Anno dn̄i
M.CCCC.XCIX.
die. XX. Augusti.

Cum Priuilegio

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y
z ⁊ ꝯ ꝑ A B C D E F G H J K L M
N O P Q. R
Omnes sunt quaterni preter R qui est quinternus



i Hdi=gl

BIBLIOTEKA GŁÓWNA
w Poznaniu
UNIW. IM. A. MICKIEWICZA

BIBLIOTEKA UNIW. W TORUNIU
INKUNABUŁY